167

XVI Century
English Binding

Presens opus h(abe)t v. p(ar)tes principales. Prima est de virtute in co(m)muni. Secunda de tribus virtutibus theologicis. Tercia de .iiii. virtutibus cardinalibus. Quarta de donis. Quinta de beatitudinibus. Prima h(abe)t xii. capitula. In primo ostenditur q(uo)d expediat virtutem co(m)mendari. In secundo nom(en) virtutis notificatur. In tercio descriptiones eius ponuntur et exponuntur. In sequentibus capitulis virtus commendatur. Quarto e(st) tripliciter co(m)mendat(ur). Quinto ostendit(ur) esse optimum p(re)ciosum ... et bonitas aliarum rerum. Sexto ostenditur esse verum p(ro)prium bonum et posse libera et sufficiens. Septimo ostenditur esse magne securitatis et magne dignitatis. Octavo status virtutis assimilatur paradyso terrestri et celesti et ostenditur precellencia gaudii virtutis ad gaudium mundanum. Nono tanguntur .viii. que faciunt ad gaudium virtutis. Decimo co(m)mendatur virtus co(m)paratione ad futura bona. Undecimo auctoritate sanctorum doctorum. Duodecimo a multiplici suo effectu. ii. p(ar)s.

Secunda p(ar)s principalis subdividitur in .iiii. partes. In prima tangitur de numero et ordine theologicarum virtutum. In secunda agitur de fide. In tercia de spe. In quarta de caritate.

De fide.

Tractatus de fide h(abe)t .xxx. capitula. In primo ostenditur quod necessaria sit virtus fidei. In secundo ponuntur fidei descriptiones. In tercio ostenditur quod una sit vera fides et ponuntur multa argumenta quod illa sit fides xp(ist)iana. In quarto fides commendatur. In quinto tanguntur articuli fidei. In sexto agitur de errore illorum qui negant deum esse. In septimo de errore ydolatrie in quo primo ostenditur quid sit ydolatria. Secundo tanguntur de causis eius. Tercio de speciebus. Quarto error ydolatrie destruitur. Octavo capitulo de principali errore manicheorum in quo auctoritates et rationes quibus ipsi innituntur primo eis subtrahuntur, deinde ponuntur auctoritates et rationes quibus error ille directe destruitur. Nono agitur de errore discernencium cibos. Decimo de errore illorum qui dicunt veterem legem malam. Undecimo de errore illorum qui dampnant patres veteris testamenti. Duodecimo tangitur de quatuor erroribus circa animas. Terciodecimo agitur de errore illo qui ponit animas esse angelos apostatas. Quartodecimo de errore illo qui ponit duas animas esse in corporibus humanis. Quintodecimo de errore illo qui ponit omnes animas simul fuisse creatas. Sextodecimo de errore illo qui ponit animas de semine traduci

ſciutur ⁊ corpora. ¶ Septimodecimo de
errore qui ponit xpm non habuiſſe
ueram humanam naturam. ¶ Octa
uodecimo de errore illo qui condemp
nat iohem baptiſtam. in quo tan
guntur. xvi. que pertinent ad comm
dationem iohis. ¶ Nonodecimo oſte
ditur trinitas ⁊ equalitas perſona
rum. ¶ Viceſimo tanguntur ſex
errores pertinentes ad dei iuſticiam
⁊ iram. ⁊ deſtruitur primus illorum
error. ſ. error qui negat filii dei in
carnationem. ¶ Viceſimoprimo agitur
de errore illorum qui dicunt animam
perire cum corpore in quo immortalitas
anime probatur. ¶ Viceſimo ſecundo
de errore illo qui negat corporum
reſurrectionem. ¶ xxiii. de errore
illo qui dicit unumquemque poſſe
ſaluari in ſua fide uel lege. ¶ xxiiii.
de errore illo qui negat eternitatem
pene future. ¶ xxv. tanguntur tres
errores ⁊ agitur de primo illorum. ſ.
de errore qui dicit quod nullum
peccatum eſt ueniale. ¶ xxvi. de erro
re illo qui dicit quod quando dimittitur
culpa dimittitur tota pena. ¶ xxvii.
de errore qui dicit quod ſuffragia ec
cleſie non proſunt mortuis. ¶ xxviii.
de cauſis errorum. ¶ xxix. de diuerſi
tatibus fidei in quo ſex proprietates
tanguntur. que fidem reddunt com
mendabilem. De ſpe.

Tractatus ſpei ſex habet capitula. ¶ In
primo ponuntur deſcriptiones
ſpei. ¶ In ſecundo eius commendationes

¶ In tercio agitur de adiutoriis ſpei
in quo diſtinguuntur. iiii. genera medi
tationum. Prima eſt directe in deum.
Secundo circa ea que pro deo aguntur uel
ſuſtinentur. Tercia circa dei beneficia.
Quarta circa ſanctorum merita quod ſubdi
uiditur in. iiii. ſpecies. quarum prima eſt
reſpectu mediatoris. ſecunda reſpectu
mediatricis. ſ. beate uirginis. tercia
reſpectu angelorum. quarta reſpectu
omnium ſanctorum. Vbi uero agitur de ſecunda
ſpecie harum ultimarum conſiderationum
multum habetur de miſericordia beate uirginis.
¶ In quarto agitur de hiis que ſpei
aduerſantur. Vbi tangitur de triplici
confidentia mala. ⁊ quatuor cauſis
deſperationis. ¶ Quinto agitur de re
bus ſperandis ubi beatitudo deſcribitur.
⁊ tanguntur. xii. quibus cognoſcitur
magnitudo future glorie. et de. xii.
fructibus ligni uite. ⁊ multiplici
materia futuri gaudii ⁊ de differen
tia futuri gaudii ad preſens. ⁊ de
xii. ſtellis que ſunt in corona ſpon
ſe. ¶ Sexto agitur de diuerſitate ſpei. De c

Tractatus de caritate habet. xviii. capi
tula. ¶ In primo caritas deſcri
bitur. ¶ In ſecundo commendatur. ¶ Tercio
agitur de hiis que tanguntur inci
tant ad amandum deum. ¶ Quarto
ſeptem tanguntur que ad hoc ualent
ut aliquis ametur a deo. ¶ Quinto a
gitur de modo amandi deum. ¶ Sexto de
ſpeciebus diuini amoris. ¶ Septimo de
ſignis eius. ¶ Octauo de hiis que in
citant ad amandum proximum. ¶ Nono

de hiis que incitant primum ut amet
nos. ¶ Decimo de modo amandi proximum.
¶ xi. tanguntur species amoris proximi
et agitur de primo, scilicet amore parentum.
¶ xii. de amore inter virum et uxorem
et tanguntur que ad hunc amorem
hominem inducunt. ¶ xiii. agitur
de amore bonorum. ¶ xiiii. de amore
inimicorum, ubi tanguntur viii. que ad
hunc amorem hominem inducunt. ¶ xv.
agitur de vera amicitia. tanguntur
iiii. attendenda in electione amicorum.
et duodecim pertinentia ad veram ami
citiam. ¶ xvi. de ordine caritatis.
ubi distinguitur quadruplex ordo eius.
¶ xvii. de hiis que adversantur cari
tati. ¶ xviii. de gradibus caritatis.
¶ Tercia pars tractatus presentis operis
subdividitur in vi. partes. ¶ In prima
ostenditur quare virtutes iiii. dicuntur
cardinales. et tangitur de numero earum.
¶ In secunda agitur de prudentia. ¶ In
tercia de temperantia. ¶ In quarta
de fortitudine. ¶ In quinta de iusti
cia. ¶ In sexta ponitur divisio virtutum
secundum macrobium. De prudentia

Tractatus de prudentia vi. habet ca
pitula. ¶ In primo nomen pruden
tie distinguitur. ¶ In secundo prudentia de
scribitur. et ostenditur quomodo prudentia
virtus sit cum videatur esse sciencia. ¶ Ter
cio agitur de diversis officiis pruden
tie. Ubi tanguntur xii. stulticie pug
ne spiritualis. ¶ In quarto prudentia
commendatur. ¶ In quinto agitur de spe
ciebus prudentie. Ubi primo triplex eius

divisio ponitur. Secundo agitur de memori
a et oblivione. Tercio de providentia.
Quarto tangitur quedam divisio pruden
tie secundum senecam. et distinguitur quadru
plex ordinatio. ¶ Quinto dividitur
prudentia in prudentiam. circumspecti
onem. cautionem. docilitatem. et agitur
de illis et de docilitate dupliciter. Pri
mo prout ad eam pertinet [illegible] addocere.
et tanguntur xii. que faciunt ad hoc
quod aliquis debito modo doceat et tercia que
doctor debet attendere in sua doctri
na. Secundo agitur de docilitate prout
ad eam pertinet addiscere. et tangun
tur vii. que valent ad hoc ut ali
quis bene addiscat. ¶ In sexto de hiis
que adversantur prudentie. ubi tanguntur
xii. stulticie illorum qui peccant. De
temperancia

Tractatus de temperantia
habet xviii. capitula. ¶ In primo osten
ditur ordo cardinalium virtutum adin
vicem. ¶ In secundo nomen temperantie di
stinguitur. ¶ In tercio temperantia descri
bitur. ¶ In iiii. commendatur. ¶ In v.
ponitur divisio temperantie secundum tullium.
et agitur de prima eius specie, scilicet continen
tia. ubi tanguntur xii. que nobis dis
suadent inordinatum amorem volup
tatum. et xii. dampna que nobis faci
unt voluptates. ¶ In vi. agitur de cle
mentia. et ostenditur quid ipsa sit et quod
principi maxime sit necessaria et tangun
tur xii. que possunt incitare princi
pes ad clementiam. ¶ In vii. agitur de
modestia. ¶ In viii. dividitur tem
perantia prout attenditur circa delecta

tiones sensuum. ¶ In .ix. agitur de
sobrietate. ubi nomen sobrietatis primo
distinguitur. secundo sobrietas commendatur.
tercio de officiis eius tangitur. ¶ In
.x. dividitur temperantia que attenditur
circa delectationes secundum tactum. et pars
illa temperantie que pertinet ad mem
bra generationi deputata describitur et
commendatur. ¶ In .xi. agitur de virgi
nitate. ubi primo nomen virginitatis di
stinguitur. Secundo virginitas describitur.
Tercio commendatur. Quarto tanguntur
sex que timenda sunt virginibus. Quinto
agitur de triplici aureola. scilicet predi
catorum virginum et martyrum. et tangun
tur .v. cause propter quas multum com
petit officio predicatoris. abrenuntia
tio possessionum. ¶ In .xii. agitur de ca
stitate coniugali. ¶ In .xiii. de castitate
ministrorum ecclesie. ubi octo cause tangun
tur quare castitas multum eis compe
tit. ¶ In .xiiii. destruitur error eorum qui
matrimonium dampnant. ¶ In .xv. ma
trimonium commendatur. ¶ In .xvi. tangitur
de modo contrahendi matrimonium. ¶ In
.xvii. ostenditur quod opus carnale
sit illicitum quod et licitum. ubi .xi. tan
guntur que faciunt ad hoc ut opus
carnale fiat sine culpa et mutone.
et quinque que requirunt inseparabilitatem
matrimonii. ¶ In .xviii. tangitur de tem
perantia delectationum secundum visum et
auditum et olfactum. De fortitudine.

De fortitudine

Tractatur de fortitudine subdivi
ditur in .x. partes. ¶ In prima nomen
fortitudinis distinguitur. ¶ In secunda
fortitudo describitur. ¶ In .iii. commen
datur. ¶ In .iiii. .xii. tanguntur que in
vitant fortitudinem. ¶ In .v. divisio
nes fortitudinis ponuntur et numerus
specierum ostenditur. et de prima specie. scilicet
de securitate agitur. ubi multa solacia
circa mortem et alia terribilia tanguntur.
Ubi et tangitur de amore inordinato.
et de securitate commendabili et irrep
rehensibili. ¶ In .vi. agitur de pacientia
que postea subdividitur in sex capitula.
¶ In primo pacientia describitur et de me
rito eius tangitur et nomen eius distin
guitur. ¶ In secundo pacientia commendatur.
¶ In tercio agitur de hiis que iuvant
pacientiam ubi agitur de tribulatione et oste
ditur ei quam multiplex utilitas. ¶ In
quarto dividitur pacientia in pacientiam
divine correctionis et humane persecu
tionis et demoniace impugnationis.
et ostenditur utilitas egritudinum. ¶ In
.v. agitur de temptationibus ubi primo
ostenditur quod demones impugnant
homines. ¶ Secundo ostenditur utilitas tem
ptationum. ¶ Tercio tangitur de vari
is modis impugnandi. quos habet temp
tator. ¶ Quarto de modo repugnandi
quem debet habere qui temptatur et osten
duntur ei qui temptatur octo adiutoria.
¶ In .vi. ponuntur alie divisiones pa
tientie. ¶ In .vii. parte agitur de constan
tia. ubi tanguntur sex que pertinent ad
constantiam. ¶ Item alia sex que per
tinent ad instabilitatem. ¶ In .viii. agitur
de perseverantia ubi ipsa describitur et com
mendatur. ¶ In .ix. agitur de magnani

mitate ¶ In .x. de fiducia et magni
ficentia ubi utraque describitur et offici
a magnificentie tam que in pace que
in bello ostenduntur. De iustitia.

Tractatus de iustitia subdividitur
in .xvi. partes ¶ In prima nomen
iustitie distinguitur ¶ In secunda iustitia
describitur ¶ In tertia iustitia commen
datur ¶ In quarta divisiones eius po
nuntur ¶ In quinta agitur de latria et
religione prout tullius religionem su
mit. ubi utraque describitur. latria eo
commendatur et dividitur et de partibus eius
agitur et quadruplex officium reli
gionis tangitur ¶ In .vi. parte agitur
de dulia. ubi nomen dulie distinguitur et
tanguntur de speciebus eius et errore eorum qui
dicunt esse eam ydolatrare circa sanctos
et ymagines sanctorum destruitur ¶ In .vii.
parte agitur de oratione que post subdi
viditur in .x. capitulis ¶ In primo no
men orationis distinguitur ¶ In .ii. descri
bitur ¶ In tertio commendatur ¶ In .iiii.
agitur de preparatione commendationis
orationis ¶ In .v. de impedimentis eius
¶ In .vi. ostenditur cui sit orandum ¶ In
.vii. ubi sit orandum ¶ In .viii. quomodo sit
orandum ¶ In .ix. quid in oratione sit
petendum ¶ In .x. agitur de speciebus orationis
¶ In .viii. parte agitur de laude dei. ubi
septem tanguntur necessaria laudi divine.
¶ In .ix. agitur de gratiarum actione deo ex
hibenda. ubi tanguntur octo incitantia
ad gratiarum actionem. et tanguntur beneficia
pro quibus homo debet regratiari deo ¶ In
.x. parte agitur de obedientia que subdividitur
in .vii. capitulis ¶ In primo obedientia descri
bitur ¶ In .ii. commendatur ¶ In tertio
agitur de hys que iuvant obedientiam.
¶ In .iiii. de gradibus obedientie ¶ In .v. de
partibus obedientie ¶ In .vi. de hys que ad
versantur obedientie. ubi tanguntur .xii. ma
la que propria voluntas facit homini.
¶ In .vii. destruitur error eorum qui di
cunt deo esse obediendum et non homini ¶ In
.xi. parte agitur de disciplina que post sub
dividitur in .vii. c. ¶ In primo nomen
discipline distinguitur ¶ In secundo tan
guntur de hys que incitant ad correc
tionem faciendam ¶ In tertio ponuntur
octo impedimenta correctoris ¶ In .iiii.
agitur de modo agendi correctionem.
¶ In .v. de hys que incitant ad libenter
recipiendum disciplinam. vel correctionem.
¶ In .vi. de partibus discipline. ubi agitur
de ieiunio quod primo commendatur.
Secundo de speciebus eius tangitur. Tertio
de hys que debent ipsum comitari.
¶ In .vii. primo destruitur error qui
nullum esse excommunicandum ¶ Secundo er
ror qui dicit maleficos non esse puni
endos pena temporali ¶ In .xii. parte
agitur de equitate et tangitur de pie
tate ut tullius et macrobius eam
acceperunt ¶ In .xiii. agitur de gratia
ubi ostenduntur que sunt cavenda dan
ti vel accipienti beneficia et tangitur
de vindicatione ¶ In .xiiii. agitur de
misericordia que subdividitur in .vii. capitulis.
¶ In primo misericordia describitur ¶ In .ii.
commendatur ¶ In .iii. agitur de hys
que iuvant misericordiam. ¶ Quarto po

nuntur divisiones pertinentes ad cari-
tatem ubi agitur de operibus misericordie per ordinem.
primo de spiritualibus. ubi tanguntur octo
incitamenta ad compatiendum crucifixo pro
nobis, deinde de corporalibus. ¶ In .v.
agitur de quo sit elemosina facien-
da ¶ In .vi. cui sit danda ¶ In .vii.
quomodo sit danda ¶ In .viii. parte a-
gitur de veritate, ubi destruitur error
qui dicit nullam veritatem vitam
esse firmanda. ¶ In .xvi. parte agitur
de fide seu fidelitate. De donis
Tractatus de donis subdividitur in
.xii. partes. ¶ In prima ostenditur
quare dona vocentur ¶ In secunda dona
commendantur et numerus eorum mani-
festatur ¶ In tercia agitur de timore
que pars subdividitur in .iiii. capi-
tulis ¶ In primo timor describitur.
¶ In secundo commendatur. ¶ In tercio agitur
de speciebus timoris ¶ In .iiii. .xii. tan-
guntur que incutiunt timorem.
¶ Item tanguntur .xx. attendenda
circa extremum iudicium. et agitur
de maceritate acerbitate infirmi-
te pena et infernalium ¶ In .iiii. par-
te agitur de dono pietatis ¶ In .v.
de dono scientie. ¶ In .vi. tangitur de
dono fortitudinis. ¶ In .vii. agitur
de dono consilii ¶ In .viii. .xii. tan-
guntur in quibus preminet contem-
plativa respectu active. ¶ In .ix. di-
stinguitur contemplatio a simplici
consideratione seu meditatione et co-
gitatione. et tanguntur de speciebus consi-
derationis et contemplationis et pri-
mo ponuntur que dicit B. de hac ma-
teria in libro de consideratione. ¶ In
secundo que dicit richardus. de secundo victo-
re in libro de consolatione. ¶ In .x. parte
tanguntur .xii. que preparant ad divi-
norum contemplationem. et octo gradus
secundum B. quibus viri contemplativi as-
cendunt. ¶ Item .vii. gradus secundum
aug. et distinguuntur diversa genera visi-
onum. ¶ In .xi. parte agitur de dono
intellectus ¶ In .xii. de dono sapientie. De
Tractatus de beatitudinibus beatitudinibus.
subdividitur in .xii. partes ¶ In pri-
ma beatitudo describitur. ¶ In secunda .v.
tanguntur attendenda et admiranda
circa doctrinam illam. que est com-
pendium nove legis ¶ In .iii. primo
ostenditur quid sit paupertas spiritus ¶ Se-
cundo quomodo pauperes spiritu sunt beati.
¶ Tercio quomodo regnum celorum sit
eorum. ¶ Quarto cui dono paupertas
spiritus adaptetur. ¶ In .iiii. parte agitur
de humilitate que subdividitur in
.v. cap. ¶ In primo humilitas descri-
bitur ¶ In .ii. commendatur. ¶ In .iii.
agitur de causis humilitatis ¶ In
.iiii. de signis ipsius. ¶ In .v. ponun-
tur divisiones ad humilitatem per-
tinentes. ¶ In .v. parte agitur de hu-
militate paupertate. ¶ In .vi. de man-
suetudine. ubi ostenditur quid sit
mansuetudo et tanguntur .xvi.
pertinentia ad eius commendationem.
¶ In .vii. parte agitur de luctu qui
primo describitur. ¶ Secundo species eius
distinguuntur. ¶ Tercio luctus co-

mendatur. Quarto impedimenta la
crimarum tanguntur. Quinto ostenditur
cui dono adaptetur. In viii. parte agitur
de esurie iusticie. In ix. tangitur
de misericordia. In x. agitur de mundicia
cordis, ubi mundicia primo describitur.
Secundo tangitur de hys que eam ef
ficiunt uel custodiunt. Tercio tan
guntur .v. cause propter quas mundicia
maxime decet ministros ecclesie. Quar
to tanguntur .xii. que faciunt ad com
mendationem mundicie. Quinto agitur
de partibus mundicie. Sexto quod
donum ei adaptetur. In xi. parte pri
mo descriptiones pacis ponuntur. Secundo
commendationes. Tercio tanguntur
.xii. que ualent ad pacem habendam.
Quarto tangitur de hys que paci
aduersantur. Quinto ponuntur di
uisiones ad pacem pertinentes. Sex
to ostenditur quid sit beatitudo illa que
commendatur uerbo illo beati pacifici.
Septimo quare pacifici sint beati.
Octauo quod donum huic beatitudini
adaptetur. In xii. parte tangitur de
patientia persecutionum. Expliciunt capitula
tractatus uirtutum. Incipit tractatus mo
ralis de uirtutibus.

Cum circa utilia stu
dere debeamus exem
plo salomonis dicentis
cogitaui in corde
meo abstrahere a ui
no carnem meam ut animam meam
transferrem ad sapientiam. deuitaremque
stulticiam donec uiderem quid esset
utile filiis hominum. Ecclesiastes ii. Utilia
enim docere debeamus exemplo domini
dicentis. ysa. xlviii. Ego dominus deus tuus
docens te utilia. uirtutibus autem nichil
sit utilius in hac uita hominibus.
Sap. viii. Circa uirtutes specialiter
debet uersari studium et doctrina pre
cipue cum sine studio et doctrina
uirtus uix uel numquam haberi possit.
Seneca. Virtus sine studio sui esse non potest.
Item. Primum opus uirtutis est docere.
Virtus cum humilitate uult doceri
cum labore queri cum amore haberi.
nec aliter uel doceri uel queri uel
haberi potest. Item Seneca. Cito nequi
cia surrepit difficile uirtus in
uenta est ducem rectorem que desi
derat sine magistro uicia discuntur.
Idem erubescimus discere bonam
mentem et turpe est huius rei magistrum
querere desperandum est posse casu
tantum bonum nobis influere preci
pua pars philosophie est que circa uirtu
tes uersatur studiosis minime
negligenda. Unde Seneca dicit philosophiam
studium esse uirtutis. Ideo ego mi
nimus de ordine fratrum predicatorum
desideraui colligere aliqua que
diffuse in scripturis de uirtutibus
inueniuntur. quod cum dissuaderet
michi ingenii paruitas et materie difficul
tas. materias enim grandes et
ingenia parua non sustinent ut ait
Jeronimus. preualuit superioris auctoritas
qui hoc bonus iniungere curauit
ausus sum contradicere sciens quod

omnis potestas a deo est. et qui potesta-
ti resistit dei ordinationi resistit. Ro.
xiii. et in memoria habens illud verbum
salvatoris. luc. x. Qui vos audit me
audit. verbum a ministro ei dictum habui.
ac si de celo sonuisset. fiducia quoque habens
in deo quod vellet me ministrare quod
per ministrum suum a me dignabatur
exigere. cum tamen sciret me non ab ipso
hoc habere non posse. incassum enim la-
borat in doctrina virtutum qui ali-
unde eam sperandam putat quam
a domino virtutum. ad gloriam domini nostri
ihesu christi qui est virtus et sapientia
patris. ausus sum aggredi tracta-
tum virtutum ad humilitatem humi-
lium. superbi enim dimittendi sunt
sibi quia separatum est convivium
eorum. osee. iiii. Dedignantur enim se-
dere ad communem mensam cum
aliis scripta communia contempne-
tes. Unde eo ipso quod aliqua scrip-
tura humilibus publicatur superbis
absconditur. facies enim eorum nimis
inflata non sinit eos videre que ab
aliis videntur. mat. xi. Abscondisti hec
a sapientibus et prudentibus et reve-
lasti ea parvulis. Superbi erubescunt
aliquid dicere ex quo semel dictum est.
cum tamen dicat seneca. quod numquam ni-
mis dicitur quod satis non dicitur. quibusdam
remedia monstranda. quibusdam in-
culcanda sunt. greg. oportet sepe
reminisci quod mundus cogit obli-
visci. superbi nolunt aliquid dicere
postquam bene aliud sciunt. cum tamen
socrates inquirenti cuidam quomodo
posset optime dicere. dixit. si nichil dixe-
ris nisi quod bene scieris. Aug. in libro
de utilitate credendi. Miseri homines
quibus cognita vilescunt et novita-
tibus gaudent. libentius discunt quam
noverunt. cum cognitio sit finis dis-
cendi. instituunt nescire quam saciari.
cum finis voluptatis sit nec e-
surire nec sitire. nec de solis scriptu-
ris sacris testimonia volui assu-
mere in opere isto. sed etiam de scriptis philosophorum.
Iuxta verbum senece. In aliena castra
transiens non tamquam transfuga. sed
tamquam explorator. nec hoc reprehensi-
biliter. sicut enim dicit aug. in libro
de doctrina christiana. Si philosophi aliqua
forte vera et fidei nostre accommoda dix-
erunt non solum formidanda non sunt
sed etiam ab eis tamquam ab iniustis pos-
sessoribus in usum nostrum vendicanda.
et exo. xii. Egyptii ab hebreis precep-
to domini spoliantur. In principio vero
operis de virtute in communi aliqua
tangere volui. Secundo prosequens de
tribus virtutibus theologicis. Ter-
tio de. iiii. cardinalibus. Quarto de
donis. Quinto de beatitudinibus.

Prima pars operis de virtute in communi.

Si separaveris preciosum a vili quasi
os meum eris. Ie. xv. Preciosum
est anima. pro. vi. Mulier preciosam
animam viri capit. Ideo filius dei se-
ipsum preciosum animam posuit ne anime
nobis vilesceret. preciose etiam sunt vir-
tutes. b. vere divitie non sunt opes

ƺ uirtutes quas secum conscīā poꝛ
tat. ut in ppetuū diues fiat. Vile ū
est corpus. anime enim pond᷑. ac pe
na est. vt ait sen. Immo qđ plus ē
latens ē inmūdicie ⁊ materia pprinq̄
ūmium. i. mach. ij. Glā impij ster
cus ⁊ ūmis. Glā impij uocat᷑ corp᷑.
Vilia ē sunt bona temꝑalia ē que
p̄ciosiora uident᷑. Aurum enim ⁊ ar
gentū scđm b. in quodam sermone de
aduentu. Sunt terra rubra ⁊ alba
que solus error hoīm facit. aū ma
gis reputat p̄ciosā. sap. vi. Omne
aurū in cōparatōe ipius arena est
exigua. ⁊ q̄i lutum extimabit᷑ argen
tum in conspectu illius. Preciosū
a uili sepat qui p̄ciositatē uirtutū
ostendit ⁊ tꝑalium uilitatē. ⁊ ani
mam ab amore tꝑaliū seiungit.
⁊ ad amorem uirtutū inducit. ⁊ ta
lis q̄i os dei est. saluator enim os
suū apiens doctrinā suam a con
temptu tꝑalium inchoauit dicēs.
ch. v. Beati pauꝑes ⁊ c. ⁊ de amore
uirtutis subdedit. Beati qui esuri
unt ⁊ sitiunt iusticiam ⁊ c. Vnde
doctrina q̄ conteptum tꝑalium
inducit ⁊ ad amorem uirtutes alli
cit. q̄i p cessisset ex ore dei hūda. Er
gundo cartusienses. rōnalis creature
uera pfectio est. Vnamq̄nqȝ rem
tanti hēe q̄nti habenda est. Sen.
Quid tam necēm q̄m precia reb3 im
ponere. scđm sen. Tres sunt partes
moralis doctrine. Prima reb3 dig
nitates distribuit ⁊ p̄cia īponit,

maxime utilis. Scđa. impetū ani
mi reprimit. Tercia actionem regit
ostendens q̄n unūquodqȝ ⁊ v̄ ⁊ quē
admodū agi debeat. Ideo cōmenda
tōi uirtutis in hac prima pte opis
insistem᷒. ut eius p̄ciositas appare
at ⁊ ut ad amorem eius homines
alliciant᷑. magna enim ps bonita
tis est. vt ait sen. velle fi bonum.
⁊ aug᷒. Socrates est sitra quib3 hoīb3
satis psuasum eēt. ut nichil mal
lent se eē q̄m bonos uiros. hys re
ligq̄m facilem eē doctrinā. Virt᷒
cōmendatōe indiget q2 est thes
aurus absconditᷓ in agro cordis.
qui ideo ū querit᷑ q2 ignorat᷑. ch. xiij.
Est ē uelud lapis p̄ciosus qui con
culcatur ab hys a quib3 uirtus e᷒
ignorat᷑. eccī. vi. Quasi lapis uir
tus pbatio erit in illis. hoc dcm̄ ē
de sapiā que est sapore uirtutū
condita sciā q̄m repbant ⁊ despi
ciunt qui eius uirtutē ū agnoscēt.
ch. vij. Neqȝ mittatis margaritas
ante porcos ne forte cōculcent eas
pedib3 suis. ex ignorantia p̄ciosita
tis uirtutes accidit qđ ipā a deo
despicit᷑ quod si eēt uenalis ū in
ueniret qui eam emeret. Seneca.
Bona mens nec cōmodat᷑ nec uen
ditur. ⁊ puto si uenalis eēt ū hēēt
emptorē. at mala cotidie emit᷑.
gg. Carnalium m̄tes bona pensa
re ū uellent ū que carnalit᷑ ui
dent. Aug᷒. Vix est aliquis qui
diligat inuiorā bona q̄ sola dile

genda sunt. ceteris autem ad necessitatem utendum non ad gaudium perfruendum est. uirtus quia non agnoscitur, ideo a deo non petitur, nec accipitur qui paratus eam dare. si esset qui desideraret eam recipere. heb. xii. Contemplantes ne quis desit gratie dei. et .i. pe. i. Sperate in eam que uobis offertur gratiam. ceterum habet deus manum dexteram ad largiendum spiritualia sed non est qui aspiciat. omnes enim ad sinistram aspiciunt ut inde temporalia recipiant. Considerationi uirtutis aliqua que pertinent ad eius notificationem sunt premittenda.

Nomen uirtutis notificatur.

Notandum ergo quod nomen uirtutis antiquitus fuit solius fortitudinis ut ait tullius. Ratio autem huius hec est quia non statim innotuit hominibus uirtuositas aliarum uirtutum. sed uirtuosi semper apparuerunt qui laboribus et doloribus non facile uinci potuerunt sed post experientia docuit animum habere multa certamina. circa delectationes diuitias et honores. quorum uictoria difficilis est et utilis. unde et uirtuosi uocati sunt qui tales uincere potuissent. Item notandum quod nomen uirtutis in canone sacre scripture ut frequenter sumitur pro fortitudine uel pro potentia. uel pro opere mirabili. raro autem prout hic de ea intendimus. sed quod philosophi in morali doctrina uirtutem uocant. scriptura sacra ut frequentius gratiam nominat. Ratio autem huius diuersitatis hec est. uirtus duplicem habet comparationem. unam ad id a quo est. scilicet ad dei liberalitatem cuius donum est et sic dicitur gratia. et est gratia bonum a deo gratis datum habentem se deo gratum faciens et opus eius deo gratum reddens. Aliam comparationem habet uirtus ad id quod ab ea est. scilicet ad opus suum. et sic uocatur uirtus et sic uocant eam philosophi. Faciem habent ad donum dei et dorsum ad datorem. Aug. iiii. confes. Dorsum habebam ad lumen et ad ea que illuminantur faciem. et ipsa facies que illuminata cernebam non illuminabatur. philosophi fuerunt proprie glorie amatores. et diuine glorie neglectores de propriis uiribus confidentes. conditori suo gratias non agentes. secundum illud dictum de ipsis. Ro. i. Non sicut deum glorificauerunt nec gratias egerunt sed euanuerunt in cogitationibus suis. Sancti uero faciem habentes ad lumen. in lumine dei agnoscunt insufficientiam suam. ii. cor. iii. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi a nobis sed sufficientia nostra a deo est. Item agnoscunt boni ad consequendum eius eminentiam quod supra uires nostras est. unde super illud. Mt. xi. Regnum celorum uim patitur et uiolenti rapiunt illud. dicit glosa. Grandis uiolentia est in terra nasci et celum rapere et habere per uirtutem quod per naturam non possumus. agnoscunt et hostium inuisibilium potentiam. secundum potestatem et statum malitie. Job. xli. Non est potestas super terram que comparetur ei. nos quasi locuste sumus. et ipsi uelut gigantes. Num. xiii. Vidimus monstra

concupiscentie. et ignem remordentis conscientie.
hec .iiii. enim sunt in inferno. Ve illis
qui multis laboribus et expensis sibi fa
ciunt infernum. Ve illis qui possunt eli
gere habitare in inferno quam in paradi
so. mira insania talium qui infernum
preoccupant. qui timent se nimis tar
de perventuros ad eum. De preminentia
Ex gaudii virtutis ad gaudium mundanum.
notandum quod gaudium virtutis quadru
pliciter precellit respectu gaudii munda
ni. Primo in continuitate. homo car
nalis non semper sedet ad mensam corpora
lem. sed homini virtutis. secura mens est
quasi iuge convivium. pro. xv. Job. xx. Gaudi
um ypocrite ad instar puncti. quam propter
ea est mundus extrinsecus deauratur. Aug.
in li. confes. Si quid arrisisset prospe
rum tedebat apprehendere. quia pene prius
quam teneretur advolabat. gaudium mun
danum venit deforis et facile impeditur
et discontinuatur. Sen. vitam virtutis
comparat luci. vitam vero mundanam ful
gori dicens. magna existimas esse
que relicturus es et cetera. proposuisti illam
securitatem ad quam transiturus es retinere.
te huius vite fulgor a qua transiturus
es tamquam in sordida et obscura ca
suris erras. ex hac vita ad illam
ascenditur. quod interest inter splendorem
et lucem cum hec certam originem
habeat atque suam ille niteat ex alieno.
hoc interest inter hanc vitam et illam.
hec fulgore venientes extrinsecus percus
sa est statim crassam facit illi um
bram quicquid obstitit illa suo lumine

illustris est. fulgor est luminis repercus
sio. Secundo in puritate. dulcedo e
nim felicitatis humane multis
amaritudinibus respersa est. iuxta illud
boecii. homo enim carnalis unam ama
ritudinem habet ex dilatione deliciarum
si vehementer appetit. aliam ex defectu
quem invenit in usu earum. Veruntamen
enim caro querit refectionem in
venit defectionem. iuxta illud Aug.
Excessum est in summo delectabilia
sequitur duplex amaritudo. scilicet remor
sio conscientie et gravamen nature. Sen.
Voluptas quo avidius hausta est ci
tius in contrarium recidit. eccl. xxxi.
Amaritudo anime vinum multum pota
tum. gaudium vero virtutis purum
est. non respersum tot amaritudi
nibus. Aug. in li. confes. Tu semper
aderas misericorditer seviens et amaris
simis aspergens offensionibus omnes
illicitas iocunditates meas ut ita
quererem sine offensione iocundari.
et ubi hoc possem non invenirem quicquam
preter te domine. Tercio in dignitate.
gaudium enim virtutis est de hiis
de quibus dignum est gaudere. unde
super illud gal. v. Fructus spiritus est ca
ritas gaudium. dicit glo. id est elatio
animi de hiis que digna sunt. gau
dium mundi de indignis est. Sen.
In voluptate nichil est magnificum.
nichil quod naturam deo proximo deceat.
membrorum vilium ac turpium ministerio
veniens exitus feda. pro. iii. Stul
torum exultatio ignominia. eid. xv.

Stulticia est gaudium stulto. et dul
therlin gaudenti flens ait. si cognouis
ses et tu. luc. xix. Iuuenis tectatem
causam ee illius gaudij. pv. ij. Qui
letantur cum malefecerint. et exultat
in rebz pessimis. Aug. Quid e sceli
gaudium breuit dico. sceli leticia e
inpunita nequitia. s. luxuriari et spec
taculis inugari. ebriositate inguirgi
tare. turpitudine feteve. et nich mali
pati. hoc gaudium deterius est dolore.
peius enim est gaudere de iniquita
te quam dolere de corruptione ut ait
aug. Quarto in salubritate gaudi
um uirtutis salubre est faciens co
tepni gaudia uana. eccl. i. In multa
sapia multa indignatio. Vel enim sapor
uirtutum sentitur. iocunditas carnalis
despicitur. qr gustato spu desipit om
nis caro. iuxta illum aug. Item
facit triumphare de dia. Unica enim
ad uincendi inimicum est leticia spua
les ut ait antoni. eccl. xxx. Iocunditas
cordis h e uita hois et thesaurus sine
defectione scitatis. qui gaudium sentit
in uita sua bona pseuerare potest
in ea. econtra. In merore animi dei
icitur spe. pv. xv. Deiectus inquam ab al
to uirtutum. gaudium u mundi nox
ium e. nec mirum cum sit adeo maledes
luc. vi. Ve uob diui. qui h he. co sol.
uram. quis audeat gustare cibum
ab aliquo scdo maledcm. cum totum
maledcm a deo. gaudium illud hoiem
infatuat ut patet in salone. qui
n phibuit cor suum qn oi uoluptate

frueretur. eccles. ii. et in fatuatus est. iij. Re.
xi. Iob. xxviij. Sapia n inuenitur in tra
suauiter uiuentium. hoc gaudium in dolore
iuertitur. pv. xiiij. Extrema gaudij luctus
occupat **De hys que faciunt ad gaudium**

Et notandum quod viij. sunt uirtutis
que uidentur facere ad gaudium ei
in quo uirtus est. Primo consciencie pu
ritas. animi enim gloriosus potius quiescit
in lecto conscie quam mundus est quam quid
immundus. naturaliter abhorrens immun
diciam. Vn sup illud gal. v. fructus spus
est caritas. gaudium dicit glo. i. puritas
animi. Secundo sanitas uirium aie quam
gra facit. aia sanata maiorem quietem
hz. pv. xvi. Dulcedo aie sanitas ossium
. i. uirium. et iso. Gra est sanitas mentium.
Tercio libertas. peccato ligatus est ante ad
uentum gre seruitute peccati. ut n possit
facere quod uult supior ps tonis. Iux
illud. pv. v. Iniquitates sue capiunt im
pium et funibz peccatorum suorum quisque constrin
gitur. aug. in li. confes. Suspirabam ligatus
n ferro alieno sz mea ferrea uoluntate
uelle meum tenebat inimicus. et tum in ca
thenam fecerat et constrinxerat me. quippe
uoluntate puersa facta est libido. et dum
seruitur libidini facta est consuetudo. et dum
consuetudini n resistitur facta est necessitas
gra u xpo scilicet adueniens libertatem in
hoie facit. ij. cor. iij. Ubi spc dni ibi lib
tas. Quarto quies a cruciatu in
multuosarum cogitationum et inordinatarum
affectionum. et a cruciatu internis conscie
ab illis enim gra cor liberat omnis qui illi
citam appetunt. Vel in hoc mudo aliud

uideri uolunt. de pressis cogitationum tu
multibus in corde comprimuntur. ut ait gg.
sed non comprimentes huius mundi appetitus nullis
procul dubio in corde tumultibus opprimuntur.
ut idem gg. ait. ¶ Item mali cruciantur in
corde inordinatis affectibus. aug. in li. con
fes. Iussisti deus et sic est ut pena sibi sit in
ordinatus animus. alii cupiditate cruciantur
que fame et siti insaciabili bonorum tempora
lium qui cruciatus non cessat nisi dei gratia fa
mem et sitim huius sedat. Sen. Si uis animum
in perpetua uoluptate esse non uoluptatibus
adiciendum est. sed cupiditatibus detrahendum.
Aug. Qui biberit de flumine paradisi. cuius
gutta una maior est quam occeanus. restat
ut in eo sitis huius mundi extincta est
alii autem timore cruciantur heredes capi
tre multum sicut cayn. Job. xv. Soni
tus terroris semper in auribus eius. et cum
sit pax ille semper insidias suspicatur.
alii cruciantur inuidia animetentes quic
quid alii lucrantur. alii excruciantur ira.
has affectiones gratia cessare facit. unde
animus quiescit et iocundus est. ¶ Item
peccatorem uermis consciencie cruciat. Jere.
ii. Scito et uide quia malum et amarum
est reliquisse te dominum deum tuum. Aug.
tale bonum est deus. ut nemini eum dese
renti bene sit. hec est prima uindicta quia
sentit deus de peccatore. non sinens dedecus
culpe esse absque decore uindicte. Sen.
Scelera etsi non sunt deprehensa cum fie
rent sollicitudo non cum eis abiit. Poe
ta. prima est hec ultio quod se iudice nemo
nocens absoluitur. cum gratia hunc ver
mem cessare facit animus quiescit.

Sicut aliquis in lecto suaui melius quia
spiritus pleno. cant. i. Lectulus noster flori
dus. lectulus inquam conscientie. De conscientia
potest dici quod dixit zeno phs de uxo
re. Uxor inquit aut est perpetuale refu
gium aut perhenne tormentum. ¶ Quin
to. conuenientia uirtutis cum natura. Un
de enim cum quam uirtute non conuenit. uox albi
v. celso. Gratia est cordis delectatio. pv.
xiii. Lux iustorum letificat. lux iustorum
gratia est quia nature coniuncta letificat.
Sexto iocunditas boni operis. ps. In
custodiendis illis retributio multa. Glo. Isto
rum pro eis in futuro reddetur premium
sed et hic in eorum custodia magnum est
gaudium. cuius gaudii ratio potest esse quod
opus uirtutis est intermediate. natura uero
in mediis delectatur et in extremis con
tristatur. ut uisus delectatur in medio
colore qui medius est inter album et nigrum.
sicut mulier naturaliter gaudet cum
peperit filium. si autem peperisset bufonem
uel aliud contra naturam doleret. sic
anima gaudet quando bonum opus facit tam
quam fructum sibi competentem. et contrista
tur de malo opere tanquam de fetu con
tra naturam. Jo. xvi. Mulier cum
parit tristiciam habet quia uenit hora eius
cum autem peperit puerum iam non memi
nit pressure propter gaudium. dicit uictorinus.
ysa. iiii. Panem nostrum comedemus. In
operibus enim eorum quedam refectio spiri
tualis est. ¶ Septimo. discretum regimen
corporum. hii in quibus uirtus est non habent
tot molestias ex parte corporis et diuicia
uiuunt. quia corpus discrete regunt.

ecci. xxv. Vbi qui habitat cum muliere
sensata. mulier sensata et caro discipli
nata. Seneca. Potest nostra prudentia longi
orem prorogare corpusculo moram si volup
tates quibus maior pars perit potuimus regere
et cohercere. Octavo. quod boni volun
tatem suam conformant voluntati divi
ne. Unde sicut voluntas dei impletur in
eis voluntas eorum. augustinus. Iugum Christi suave
est et honus eius leve. quia qui huic iugo
subiectus est. certa ei subiecta sunt et nichil
ei repugnat. Non habent mali pacem qui
deo resistunt. Iob. ix. Quis restitit ei
et pacem habuit? Seneca. Vir bonus quicquid
ei accidit equo animo sustinebit. scit enim
hoc accidisse ex lege divina ex qua
universa procedunt. Via virtutis in prin
cipio habet aliquid difficultatis. quia incon
sueta est. Ieronimus. Insuavem et asperam fecit
nobis viam virtutum longa consuetu
do peccandi. Dulce est lumen et delecta
bile est oculis videre solem. ecclesiastes xi.
et tamen lux solis contristat oculos tenebris
assuetos. sic vita virtutum in principi
o est molesta. sed post iocunda efficitur.
gratia et assuetudine. bernardus. Facillimum
esset et delectabile ad unctio divini amo
ris conditum secundum naturam vivere.
si insania nostra nos permitteret qua sa
nata statim naturalibus non acciderent.
tullius. optima forma vivendi eligen
da. quam iocundam reddet assuetudo.
glo. super illud. mathei xi. Iugum meum suave
est. angusta est via que ducit ad vi
tam. quia non nisi angusto initio incipi
tur. processu non temporis ineffabili de

lectationis dulcedine dilatatur. proverbiorum iiii.
Ducam te per semitas equitatis. quas cum
ingressus fueris non artabuntur gressus tui.
Seneca. Initium eundi ad virtutes arduum
est. quia hoc primum imbecilles animi est
egre est formidare inexperta. itaque co
genda est ut incipiat. deinde non est acer
ba medicina. protinus enim delectat dum
sanat. aliorum remediorum post sanitatem
voluptas est. philosophia preter et salutaris
et dulcis est. comparatione virtutis ad fu

comparatione ad futura tura bona.
bona commendabilis est virtus
multipliciter. primo: quia signum est quo disting
guntur recipiendi ad gloriam eternam a non
recipiendis. ephesios iiii. Nolite contristare
spiritum sanctum in quo signati estis et cetera. apocalipsis
iii. Ecce dedi hostium apertum coram te quod
nemo potest claudere. quia modicam habes
virtutem. id est humilem virtutem. de defectu
huius signi conquerentur dampnati in infer
no. sapientie v. Virtutis inquiunt nullum
quidem signum valuimus ostendere. Item
virtus pignus et arra est hereditatis eterne.
ephesios i. Signati estis spiritu promissionis
sancto qui est pignus hereditatis nostre. quidam
tamen codices melius habent arram. glossa. Interest
inter arram et pignus. quod pignus
quod datur soluto eo pro quo ponitur au
fertur. arra non est cum de toto precio datur
aliquid quod non est auferendum sed complen
dum. virtus vel gratia est arra beatitudinis.
quia quedam inchoatio est eius. ii. corinthios i.
Signavit nos et dedit pignus spiritus in
cordibus nostris. Item. Unctio est ad reg
num. non ad regnum Francie sed ad regnum

glie. Secunda unctionem sequitur es de regno.
.i. Jo. ii. et uos unctionem quam accepistis ab
eo maneat in uobis. hanc unctionem in
quam facit ipse deus .ii. cor. i. Qui unxit nos
deus est. Nec solum unctio est ad regnum
futurum. immo per ipsam uiri sancti iam do-
minantur. regnant in presenti. luc. xvii. reg-
num dei intra uos est. Ro. xiiii. regnum
dei non est esca et potus. sed iusticia et pax et
gaudium in spiritu sancto. non solum regnum
dei dicitur esse in cordibus sanctorum. quia deus in eis
regnat. cui imperio in omnibus obediunt.
sed et quia ipsi quodam modo regnant ad dei si-
militudinem. omnia enim et prospera et aduer-
sa seruiunt eis et cooperantur in bonum.
Sen. Si uis omnia tibi subicere. subice te
deo. Jdem. Vis habere honorem magnum im-
perium dabo tibi. impera tibi. b. Non putent
diuites huius seculi fideles xpisti possidere sola
celestia quia audiunt xpistum dicentem. Bi
pauperes et cetera. possident et terrena. fideli ho-
mini totus mundus diuiciarum est. plane totus.
quia tam aspera quam aduersa ipsius. eque omnia
seruiunt ei et cooperantur in bonum. Sap.
.xvi. Omnia transfigurata omnium nu-
trici gratie tue deseruiebant. Est uir-
tus uel gratia precium est regni celestis.
Ro. vi. Gratia dei uita eterna. Macrobius
quam sapientibus consecrata ipsa secretorum eggregiorum
amplissimum uirtutis est premium. tamen
illa diuina uirtus stabiliora quedam pre-
miorum genera desiderat. Virtus est precium
quodam modo ipsius dei. Aug. in li. de ciuita-
te dei. premium uirtutis erit ipse qui uir-
tutem dedit. Commendatur uirtus
auctoritate sanctorum doctorum.

Quinto commendabilis est uirtus
auctoritate saluatoris qui uirtutem
monet querere cum bona terrena consulat
relinquere. ma. vi. Primum querite reg. di.
et iusticiam eius et cetera. ma. xix. Si uis perfectus esse
uade et uende omnia que habes et da pauperibus et cetera. Aug.
Cum ea que deus laudat et promittit ab
illo petitis. secure petite illa enim deo
propicio conceduntur. Quando autem petitis tem-
poralia cum modo petite. et cum timore illi
committite. ut si prosint det. si scit ob-
esse non det. Quid enim obsit uel prosit
medicus nouit non egrotus. amatores uir-
tutis xpistus beatos predicat. cum contemptores
res temporalium bonos dicat. ma. v. Bi pau-
peres spiritu et cetera. et in eodem. Bi qui esuriunt et siti-
unt. quoniam ipsi saturabuntur. cum xpistus
pauperrimus esse uoluit quantum ad bona
temporalia. tamen quantum ad uirtutes diues-
simus uoluit esse. Vnde Jo. refert se ui-
disse eum plenum gratie. Jo. i. et in eodem.
De plenitudine eius nos omnes accepi-
mus. premiserat deus diuersos sanctos in
mundum ad diuersas uirtutes ostenden-
das. tandem uenit ipse in propria persona
eas docere et per experientiam addis-
cere. Greg. in mor. Ad ostendendam
innocentiam uenit abel. ad docendam
munditiam uenit enoch. ad insinuan-
dam longanimitatem spei et operis
uenit noe. ad manifestandam obedientiam
uenit abraham. ad demonstrandam
coniugalis uite castimoniam uenit
ysaac. ad insinuandam laboris tole-
ranciam uenit iacob. ad rependendam
pro malo bone retributionis gratiam

uenit ioseph. ad ostendendam mansue
tudinem uenit moyses. ad insinuanda
contra aduersa fiduciam uenit iosue. ad
ostendendam inter flagella patientiam ue
nit iob. magisterium humilitatis sibi
asscribit saluator. mt. xi. Discite in
quit a me quia mitis sum et hu. cor. et
eidem x. Docet prudentiam. estote in
quit prudentes. luc. xxi. Sobrietatem
attendite uobis ne forte grauentur
corda uestra in crapula et ebrietate. jo.
xiii. Caritatem et humilitatem in ablu
tione pedum. eidem. xv. caritatem cete
ras uirtutes similiter docet sicut patebit
cum de singulis uirtutibus tractabitur.
addiscere et eas uoluit per experientiam.
Unde lucas ostendit eum profecisse sapientia
et etate et gratia apud deum et homines. luc.
ii. et ad heb. v. Cum esset filius dei ex his
que passus est didicit obedientiam. non
parum efficax est exemplum uirtutum
christi. aug. Exemplo uirtutum christi nostra
uita curatur. ut id quod ostendit esse
faciendum. non solum sine murmure sed et
cum delectatione faciamus. tutis.

Sexto De multiplici effectu u

Commendabiles est uirtus a multi
plici suo effectu. Unde effectus eius est
quod a malis defendit. Unde quidam dicunt
uirtutem dici eo quod ui tueatur possesso
rem suum. Ideo dominus noluit exponere
post passionem suam discipulos pericu
lis antequam uirtute induerentur. luc.
xxiiii. Sedete in ciuitate quousque
induamini uirtute ex alto. Seneca. Nul
lus contra fortunam inexpugnabiles

munitus est. nisi instruamus. si per se illa tunc
est pulsari homo potest, capi non potest. tul
lius. Mors terribiles est his quibus cum uita
omnia extinguuntur. Sapientis animus uir
tutibus omnibus ut membris septus est. Se
cundo uirtus et bona temporalia discernere dispo
nit. aug. Deus ostendit ostendit in opu
lentissimo et preclaro imperio romanorum
quantum ualerent ciuiles et sine uera
religione uirtutes. Ut intelligeretur hac
addita homines fieri ciues alterius ciuitatis
cuius rex ueritas. cuius lex caritas. Unum
uicium ut superbia uel ira uel odium occasio
est quandoque destructionis unius regni. e contra
rio uirtus una occasio est conseruationis.
Tertio uirtus felicem commutationem facit
in anima. stabulum enim conuertit in tem
plum. desertum in celum. habitationem de
monum in dei habitaculum. ysa. xxxv. In
cubilibus in quibus habitabant dracones
uiror calami et iunci orietur. hoc fit
cum anima uirtutibus ornatur in amenum
dei habitaculum. que prius erat habitaculum
demonum. consciencia peccatoris bestialiter
uiuentis quasi stabulum est. b. Porro in
intra dicent se loqui fas esse. ecce adam
quasi unus ex nobis. Aug. Domine inuito dedig
naris habitare corda infidelium. sicut a ceteris
corruptionis. domos luteas. doleam tan
mundicie. consciencia et peccatoris quasi deser
tum est. Joel. ii. quasi ortus uoluptatis ter
ra coram eo et post eum solitudo deserti.
Quarto uirtus siue gratia animam peccato abho
minabilem adeo decoram efficit. quod eius
decorem rex glorie concupiscat. ps. Corrup
ti sunt et abhominabiles facti sunt in iniqui.

sius. Ite concupiscet rex decorem tuum. gratia deformitatem diabolicam expellit. et decorem divinum introducit. decorem anime huius gratiam. sol et luna mirantur. quia decori illorum decore illius vincitur. Ve illis qui de hoc decore non curant. cum tamen in omnibus suis decorem querant. Aug. Cum in quibus omnia sunt pulcra et ipsi sunt turpes. Diogenes cum ille domum suam homo superbus forme ostenderet. omnibus in ea locis lapidibus et auro nitentibus in faciem domini expuit. Dicens aliud vile in domo illa non respexisse. Simile huic accidit in peccatore decorem proprium negligente et in aliis pulcritudinem exquirente. Item virtus vel gratia lux est. eum in quo est non sinens periculose errare. i. Jo. ii. Unctio eius docet nos de omnibus. Sine hac luce homo in periculo est in mundo isto. ysa. ix. Habitantibus in regione umbre mortis lux orta est. sine hac luce non potest homo veram letitiam habere. Tho. v. Quale gaudium erit michi qui in tenebris sedeo et lumen celi non video. Item virtus hominem preciosum facit. pro. xvii. preciosi spiritus vir eruditus. sicut prudentia hominem reddit preciosum sic et temperantia. ecci. xxvi. Omnis ponderatio non est digna continentis anime. Idem intelligendum est de ceteris virtutibus. Unde virtus similis est virtuti que dicitur esse in lapidibus preciosis que unum modicum lapidem prevalere facit multis magnis lapidibus communibus. sic unus homo virtutem habens. videtur prevalere multis hominibus virtutem non habentibus. ecci. xvi. melior est unus timens deum quam mille filii impii. ex hoc perpendi potest fatuitas hominum qui tantum desiderant meliorationem suarum rerum. de sui melioratione non curantes nolentes laborare ut virtutem habeant que adeo melioraret eos ad ostendendam preciositatem hominum. in quibus est virtus designati sunt viri virtuosi. l. xii. patriarche. vel. xii. apostoli. in. xii. lapidibus preciosis qui fuerunt in rationali. exo. xxviii. et in. xii. lapidibus preciosis qui erant in fundamento spiritualis ierusalem. apoc. xxi. Item virtus mira efficit. de mirabilibus vero effectibus eius patebit cum de singulis virtutibus agetur. sed quantum ad presens ipsa operatur mira in celo. in mundo. in inferno. et in corde humano. In celo. quia regno celorum vim facit dum illud qui per peccatum illud sibi clauserant illud aperit. In mundo. quia hominem ne in mari huius mundi mergatur custodit. gen. i. Spiritus domini ferebatur super aquas. ysa. xliii. cum transieris per aquas tecum ero. et flumina non obruent te. ab igne et tribulationis defendit. ysa. xliii. Cum ambulaveris in igne non combureris. ipsa est que eos qui fidem habent intactos in fornace babilonica custodiens. dan. iii. In inferno. quia ignem infernalem quantum ad illum in quo est extinguit. ut nichil possit ignis ille in eum in quo gratia vel virtus est. In corde vero humano quia plus potest una gutta gratie ad extinguendum ibi ignem concupiscentie quam totus mundus. plus et valet ad repletionem cordis humani quam omnes divitie mundi. Una gut-

ra gratie pharaonem infernalem cum exercitu
uiciorum subiugit in amaritudine contriti
onis. quod in mari rubro. Hec sola cor hu
manum replere potest. act. ij. Repleti
sunt omnes spiritu sancto. Jo. iiij. Qui biberit
ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eter
num. Sine gratia anima est sicut terra sine
aqua que in puluerem euanescit. ps. Non
sic impii non sic sed tanquam puluis. anima
sine gratia est quasi terra maledicta spinas
et tribulos germinans. gen. iij. Homo absque
gratia est uelud homo inermis in medio
inimicorum suorum positus qui undique
sagittatur. Nocent enim ei et prospera et
aduersa. tren. iij. Tetendit arcum suum
et posuit me quasi signum ad sagittam.
Item gratia uel uirtus uita spiritualis est. homo
sine gratia nec uirtus nec uita spiritualis est.
Homo sine gratia est uelud mortuus. eccles
ix. Melior est canis uiuus leone mortu
o. glo. canis uiuus peccator humilis. leo mor
tuus potens iniquus. Homo sine gratia quasi
nichil reputatur. ysa. xl. omnes gentes
quasi non sint sic sunt coram eo. gentes sunt
gentiliter uiuentes. ps. ad nichilum
deductus est in conspectu eius malignus. ysa. xli. omnes
gentes que pugnant aduersum te
erunt quasi non sint. esse laudabile. et quod
alicuius ualoris est esse gratie est. i. cor. xv.
gratia dei sum id quod sum. ipsa potentia
recipiendi gratiam uidetur preualere
toti mundo. cuius signum est quod dap
natis potius uideretur expedire esse in
statu in quo gratiam possent recipere
quam totum mundum habere. Homo sine
gratia uel uirtute est uelud arbor ari

da incendio infernali apta. luc. xxiii.
Si in uiridi hoc faciunt in arido quid
fiet? eccli. vi. Non te extollas in cogi
tatione anime tue uelud taurus ne forte
elidatur uirtus tua per stultitiam. et folia
et relinquaris uelud lignum aridum
in heremo. figura hominis absque gratia est
ficus a domino maledicta et arefacta. mt. xxi.
Vita gratie multum esset amanda. cum enim
triplex sit uita nature. scilicet gratie et glorie.
Vita nature ualorem suum habet ex
uita gratie. Sen. Non uiuere bonum est
sed bene uiuere. Vita nature uiuunt de
mones et anime dampnate quibus bonum
esset non esse. Vita uero glorie acquiritur per uitam
gratie. filius dei uitam gratie morte sua
uoluit restaurare et ad sustentandum
eam pabulo doctrine. uel exemplo.
fere xxxiij. annis uoluit in miseria
huius mundi manere. Item uirtus uel gratia ho
minem super se leuat. tren. iij. Leuauit
se supra se. Sen. O quam contempta res
est homo nisi supra humana surrexerit.
Item uirtus non solum grata est deo. i
mo est ipsa gratia hominem faciens gra
tum deo. et opera eius. sine ea nullus
deo gratus est. cum ea nullus potest
esse quin sit deo gratus. Vnica gutta
gratie si in diabolo esset ipsum deo gratum
faceret. omnes in quibus gratia non est filii
sunt ire. gratie est deo unicum opus
a gratia factum quam infinita absque gratia.
ex hoc comprehendi potest fatuitas eorum qui
bus gratia grata non est. qui uel mala
sua uel bona contemptibilia esse exspo
nunt. Sen. Adeo gratiosa est uirtus

ut turpitum sit malis probare meliora.
Seneca in epistolis. errare non vellet et qui
dixit. gratior est pulcro veniens e cor
pore virtus, non enim nullo honestamento
eget. ipsa magnum sui decus est. et corpus
suum consecrat. Explicit prima pars in tota
tractatus virtutum. benedictus dominus virtutum qui
incepit et complevit amen. **Incipit .ij. pars**
operis de virtutibus theologicis

Dictum est de virtute in com
muni. nunc dicendum est de specialibus
virtutibus. et primo de theologi
cis. scilicet fide. spe et caritate.
de quibus .i. cor. xiij. nunc autem manent fides
spes. caritas. hec scilicet tria et 2ª multiplicata mul
tat. ut dicit ibi glosa. augustinus. et in libro de
trinitate dicit augustinus. quod per ista tria in
animo edificanda omnium divinorum librorum
machinamenta consurgunt. Ideo vero prius
dicetur de theologicis quam de ceteris. quia
theologice ordinant animam ad finem sup
premum. cetere vero circa ea que sunt ad finem illum.
In intentione vero operantis prior est finis hiis
que sunt ad finem. causa finalis. causa causarum est.
Secundum enim exigentiam finis causa efficiens
eligit materiam. et in materia electa in
tendit acquirere formam competentem fini.
verbi gratia. Qui vult facere instrumentum ad
secandum eligit materiam duram. si enim
esset mollis potius cederet quam secaret.
In materia vero dura acquirit formam acutam.
Si enim obtusa esset non esset penetrativa.
neque idonea ad secandum. Si finis in inten
tione operantis prior est. hiis que sunt
ad finem tanquam quedam causa motiva ad
illa. et virtutes theologice que ordinant
finem supremum. priores sunt ceteris vir
tutibus que disponunt animam ad ea que
sunt ad finem. Tres vero sunt. ex necessitate
habemus finis bonitatem cognoscere et de
siderare et aliquam fiduciam optinendi
habere. ut scilicet agnoscamus quo debemus ten
dere et velimus venire et spem posse
pervenire. Non enim temptanda sunt que
omnino effici non possunt. ut ait sapiens.
fide. bonitatem finis agnoscimus. carita
te. desideramus. spe. fiduciam optinen
di habemus. cum tria exigantur ad bene ope
randum. scire. posse. et velle. et scire sit
diminutum in vi rationabili. et posse est
irascibili. et velle inordinatum in con
cupiscibili. fides supplementum est
cognitionis in rationabili. spes supplemen
tum fortitudinis in irascibili. et
caritas est ordinatio voluntatis in
concupiscibili. Fide agnoscimus
supremum finem sive summum bonum esse
bonum se communicans. ex qua cogni
tione due affectiones oriuntur. scilicet spes ex eo
quod cognoscitur liberalissimus bona sua
communicando. et desiderium ex eo quod
cognoscitur esse bonum quo nichil melius
potest desiderari. bonum enim est quod de
sideratur ab omnibus. ut ait boecius de consolatione. et
secundum aristotelem. Omnia bonum optant. Vita
hominis absque lumine fidei vaga est. nes
ciens quo tendat. Jo. xij. Qui ambu
lat in tenebris nescit quo vadat.
homo absque fide ad molam temporalium circum
circuit. ad modum samsonis excecati.
Jud. xvi. Eterna nec agnoscens nec
cupiens. ps. In circuitu impii ambu

lant. & iam ciuitatis habitaculi non in
uenerunt. eccles. x. Labor stultorum affli
get eos. qui nesciunt ad urbem pgere.
treni. iiii. Fide. ho in uia dirigitur. & q
uia ardua est. per spem omnipotentiam in
nititur. & per caritatem suauitate summi
boni trahitur. trahit enim sua queque
uoluptas. cant. viii. Que est ista que
ascendit de deserto delicijs affluens
innixa sup dilectum. Aug. in li. de li
ar. Tanta est iocunditas diuini asp
tus qd non potest uideri sine amore. ha
rum trium uirtutum est mentem uirginem
castam exhibere xpo. Virginitas enim
mentis ut ait aug. consistit in hoc qd
fides sit integra. spes solida. & caritas
sincera. & ut ait idem aug. in li. de
doctrina xpiana. ho fide & spe & ca
ritate. subnixus. & eas inconcusse
retinens. non indiget scripturis nisi ad
alios instruendos. & subdit. multi per
has tria etiam in solitudine sine codicibus
uiuunt. Fides ut ait aug. nos deo
supponit. spes erigit. caritas unit.
Fide agnoscimus nos sub deo esse & debi
tores esse seruitij. spes nos eleuat ut
audeamus aggredi qd supra uires no
stras est. Caritas uero nos facit unum
esse cum deo. amor enim est uis unitiua.
ut dicit dio. Inter uirtutes theologicas
prius de fide dicetur. quia actus fidei prior est
actu spei & caritatis. ut patebit inferius.

De fide uero de fide.

Hoc in dicemus. Primo ostendemus
necessitatem huius uirtutis. scdo descriptio
nes eius ponemus. Tercio de unitate fidei
tangemus. Quarto comendatorem insiste
mus. Quinto tangemus de articulis.
Sexto de erroribus & causis errorum. Se
ptimo ad diuersitates fidei descendamus.

qd necessaria sit uirtus fidei. primum capitulum.

Circa primum nota qd cum
homo sit ab aliquo & sub aliquo
& ad aliquid. & supra aliqua. necesse habet
cognoscere illum a quo est. ne sit de
to beneficio ingratus. & per consequens
teris beneficijs indignus. B. Ingratitudo
est uentus urens. siccans sibi fontem
tatis. rorem misericordie. fluenta gratie.
necesse habet cognoscere eum sub quo est ne
sit inutilis seruus. & per consequens in
domini & pena dignus. prov. xiiii. Acceptus est
regi minister intelligens. iracundiam
eius inutilis sustinebit. math. xxv. Ser
uum inutilem proicite in tenebras exteri
ores. Circa illum uero sub quo est necesse
habet cognoscere & eius maiestatem. ut sciat
eum glorificare. maiestas est qd significatur
per hoc adiunctum summe cum dicitur. summe
potens. summe sapiens. summe bonus.
que sit eius uoluntas. ut sciat eius ad
beneplacitum eius seruire. & iusticiam
& iram eius in seruos suos. & exhibi
tam & exhibendam iusticiam in offen
dentes. iram in debito non seruientes.
Item necesse habet cognoscere illud ad qd
est. sine hac cognitione erit in mari h'
mundi quasi sopitus gubernator amisso
clauo. prov. xxiii. & nesciet se dirigere.
nesciet se regere qui ignorat. quo debe
at tendere. In exilio est h' mundi. qui
patria appetet manere. gg. Qui post

nationē p patria appetit mr̄ dolores do
lere nesciat. Et in tribus p̄sentis uite
fatigabit̄ & quiete sua frustrabit̄.
Aug. in li. confes. Dn̄e fecisti nos ad
te & inquietum est cor nr̄m. donec req̄
escat in te. Necessē est ergo hr̄e cognoscere
a quo teneat ea supra que posit̄ est.
ne sit infidelis seruus in hys in q̄
bz solum ministerium hr̄ sibi usurpās
dn̄ium. uel aly cum debeat reddens ser
uitū. & ita qui p fidelitate sciat re
munerand̄. p infidelitate sit puniē
dus. m̄. xxv. Euge serue bone & fi. q̄
sup. p. f. fi. sup m̄. te cō. & luc. xvi. si
in alieno fideles n̄ fuistis quod uēm est
quis dabit uobis? Alienū est bonū
transitoriū. nr̄m est bonū eternū. b. in
quodam sermone de aduentu trene di
uitie nec uē. nec nr̄e sunt. & paulo pt̄.
Denique si ura sunt h. tollite ea uo
biscum. s; hō cum interierit n̄ sumet
omnia nec descendet cum eo glā ei. Con
uenientissim' ū mod̄ cognoscendi p̄
deū p fidem ē. nec mirandum est si
oportet hr̄e cognitionē p fidem de pa
tre inuisibili a quo sum̄. cum & de
parentibus carnalibz alit̄ cognitio
hr̄i n̄ possit ut ostendit gg̃. iiij. lib̄
dialogorum. hys ūbis. audenter dico.
q̄ sine fide neque infidelis uiuit. si eū
dem infidelem p̄cunctari uoluo quem
p̄rem uel quam matrem hūerit? p̄tin'
respondet illum atque illam. quē si
statim requiram. utrū nouit quā cō
cept' sit. uel uiderit quā nat' fuit.
nil uel uidisse uel nouisse fatebit̄

& tn̄ qd̄ n̄ uidit credidit. Ide. si de xp̄o
suo uisibili corpe credunt qd̄ minime
uiderē. cur inuisibilia n̄ credunt qd̄
corpalit̄ uideri n̄ possunt? Iste mod̄
cognoscendi & deo est glōsus & homi
meritori' & laude dign̄. & hunc req̄
rit natura eorum que cognoscenda s̄t
& natura eorum qui cogniti sunt q̄
deo sit glōsus. ex hoc patet qd̄ glō
sum est principi si simplici uerbo
eius credat̄ absque cautiōe pignoris
uel iuramenti uel fideiussoris. Igno
miniosum ū est ei si simplici uer
bo eius n̄ credat̄ & cuilibet uiro no
te bonitatis. & sufficientis facul
tatis. molestum ē si simplici ūbo
eius n̄ credat̄. quanto magis regi glē
qui nec falli nec fallere potest. dis
plicet si n̄ credat̄ uerbis ei sin cau
tione rōnum quam q̄runt gentiles.
uel cautionē signorum quam querūt
iudei. i. cor. i. Iudei signa petunt
greci sapiām querūt. quantum dn̄s
offendat̄ de hoc ostendit. m̄. xii. &
xvi. Gn̄atio mala & adultā signū
querit. eidem. xvij. Gn̄atio puā
atque incredula. usque patiar uos.
ypocras & pigatagoras. dixerunt
hanc legem discipulis suis. ut nō
eēnt ausi in sententys suis intro
gare ppt quid. s; eēt eis p rōne dicē
tes auctoritas. quanto mag̃ auctori
tas diuina p rōne h̄nda est. meri
tori' est & homini hic modus cog
noscendi. cum enim homo assentit
deo in hys que n̄ sunt sensui ma

nifeſta. nec per ſe nota intellectui. non tuo
lentia necte probationis oſtenſa. libera
eſt aſſenſio illa et ideo meritoria. aſſe-
ſio non quam homo aſſentit. vel manifeſtis
ſenſui. vel per ſe notis intellectui. vel
nec probatis. meritum non habet quia quaſi
coacta eſt. Unde glo. ſuper illud heb. x.
Habentes fiduciam in introitum ſanctorum
in ſanguine xpi et c. Fides non habet me-
ritum. ubi humana ratio .i. humanus ſenſus
prebet experimentum. que gratia eſt credi-
tori. Si ſub bona cautione credat
verbo alterius. Item hic modus co-
gnoſcendi laude dignus eſt. non eſt
virtuoſum videre lucidum. ſic non
credere quod manifeſte probabile eſt.
ſed virtuoſum eſt et laude dignum cre-
dere deo in hiis que ſenſus vel ratio
videtur diſſuadere ſicut fecit abra-
ham. de quo legitur ro. iiii. quod contra
ſpem in ſpem credidit. glo. Prior
ſpes ſecundum naturam fuit. dum iuvenis
ex iuvencula ſecundum naturam ſperavit
ſobolem. nec tamen habuit. in contrarium
ille ſpei ſperavit. ſcilicet ut vetulus ex ve-
tula ſterili generaret. de eodem habes
gen. xv. Dixit dominus abraham. qui egre-
dietur de utero tuo habebis eum here-
dem. et ibidem. Suſpice celum et nu-
mera ſtellas ſi potes. ſic erit ſemen
tuum. impoſſibilia poterant hec videri
cum dominus concluſiſſet ſaram. gen. xvi.
et cum ipſa conſenuiſſet et adam ve-
tulus eet. eidem. xviii. et tamen credidit
abraham deo et reputatum eſt illi ad
iuſticiam. eidem. xv. Hiles. Ita virgo

beficatur luc. i. que credidit angelo
in illa ſublimi promiſſione. Ita inqui-
tum credidiſti et c. econtrario non moyſes
et aaron puniuntur de incredulitate. nu.
.xx. quia non credidiſtis mihi ut ſanctificaretis
me coram filiis iſrael. non introducetis
hos populos in terram quam daturus ſum
eis. et zacharias ſilentio punitur. luc. i.
Ecce inquit angelus eris tacens et non
poteris loqui uſque in diem quo hec
fiant. pro eo quod non credidiſti verbis meis.
eccli. xvi. In gente incredibili exar-
det ira. et apo. xxi. timidis et incre-
dulis pars illorum erit in ſtagno igne arden-
ti et ſulphure quod eſt ſecunda mors. Ma-
teria eorum que cognoſcenda ſunt re-
quirit hunc modum cognitionis cum
quedam eorum ſint preterita quedam fu-
tura et c. quedam ſint in celo quedam
in inferno. quorum enim de hiis omnibus
cognitio haberi poteſt non per fidem. Preterea
deus de quo hec cognitio principaliter
eſt lucem habitat inacceſſibilem. quem
nullus vidit hominum. nec videre poteſt
.i. thi. vi. et exo. xxxiii. Non videbit me
homo et vivet. yſa. xlv. Vere
tu es deus abſconditus. Jo. i. Deum
nemo vidit unquam niſi unigenitus filius
qui eſt in ſinu patris ipſe enarravit
et math. xi. Nemo novit filium niſi pater
neque patrem quis novit niſi filius et
cui filius voluerit revelare. Crede-
ndum eſt ergo de deo filio enarranti. et
hiis quibus filius enarravit. cum a
nobis in preſenti videri non poſſit. et
ſecundum verbum hilarii. ſoli deo de ſe

credendum eſt. qui ſe ſolus nouit. Ubi
credit deo qui credit ſcīs in quibꝫ dī
loquitur. nec mirandū eſt ſi neceſſe hūs
credere deo de ſe. cum hominū de in
terioribꝫ ſuis necē hēamus credere. i.
cor. ij. Quis ſcit hominū que ſunt
hominis. ń ſpc̄ hominis qui in ipo eſt.
Ita ⁊ que dei ſunt nemo cognouit ń
ſpc̄ dei. ⁊ ſubdit. Nos autē ń ſpm̄ mun
di huius accepimꝰ. ſꝫ ſpm̄ qui ex deo eſt.
glo. ambꝰ. manifeſtum eſt cogitatōes
a nullo ſciri ń ab animo nr̄o. Non ti
meas uires ſcīs credere aſſenſum tuū.
cum dn̄s eis credidit ſenſum ſuum.
.i. cor. ij. Nos xp̄i ſenſum hm̄s. gg. i. iiij.
li. dyalogorum. Quiſqꝫ incredulitate in
uiſibiliū ſolidus ń eſt. dꝫ procul dubio
maiorū dcīs fidem prebere. eiſqꝫ per ſpm̄
ſ. inuiſibilium expimentum hn̄tibꝫ cre
dere. Nam ſtulte eſt puer ſi matrē ſo
eſtimat de luce mentiri. cum ipſe nil ali
ud quam tenebras carceris nouit. loquitur gg
de puero nato ⁊ nutrito in carcere. cui
mater que grauida de eo. poſita fuit
in carcere. de luce ſolis quam ipſa quando no
uit loquitur. Natura ⁊ corporum que cognitū
ſunt hunc modum cognitionis requirit.
Cognitio enim iſta ptinet ad communi
tatem hoīm. immo ad uniuerſitatē. ē enī
cognitio neccītatis ſine qua ń eſt ſalus.
heb. xi. Sine fide impoſſibile ē placē
deo. multi ū ſunt qui capaces ń ſunt
rōnum quibꝫ ei pſuadere poſſunt ea
que neccīe eſt cognoſci accedentibꝫ ad
deum. Unū opꝫ eos credere hiis qui taliū
ſunt capaces. bruta animalia ń ſunt
dei pceptibilia. ſic nec hoīes aīales ca
paces ſunt eorum que dei ſunt. ń cre
dendo uiris ſpualibꝫ. i. cor. ij. Aīalis
homo ń pcipit que dei ſunt. ut oſtendit

glo. aug. quod animalis quis uel in
uita uel in ſenſu. Uita animalis eſt
quam uitra naturales ordines metas
ſpc̄ rector ń continet. eo quod ipſe deo re
gendum ſe ń ſubicit. animo ū ſen
ſu quis aīalis eſt. cum de deo iuxta
corporum fantaſiam uel leges litterā
uel rōnem phiſicam iudicat. ¶ Iſte
modus cognoſcendi ſupplet defectus
aliarum cognitionū. ſi alicui deficit ingeniꝰ
neceſſe hꝫ credere aliis de uita. ⁊ de aliis
que ad uitam ptinent. ſi eſt intel
lectus pui ⁊ rudis neceſſe hꝫ credere hiis
qui hn̄t magnū intellectū ⁊ exercita
tum. Diſcentē enim opꝫ credere. quo
cum predcā ſenſui ń ſubiaceant ⁊
intellectus humanꝰ ſcdm̄ librum philoſo
phi ſe hꝫat ad diuinā eēntiam. ſicut
uiſus noctue ad ſolem. neccē hꝫ ē ta
lia cognoſcendi. Preterea cum dꝰs abiſ
ſus ſit. ń eſt poſſibile repire ſcalā
ſufficientis rōnis qua quilibet ad
eum attingat. Non attingit
quoūqꝫ attingit gigas. nec attigit
qui eſt pui intellectus ad comphendendꝰ
p rōnes omīa ad que attingit qui ē
pui intellectus. ¶ Et qui ń appinquat rei
ſubtili ń poteſt eam uidere licet ille
qui ppinquꝰ eſt eam uideat. ſic hoīes q
in ſenſibilibꝫ commorantur ń appinquāt uel
ſtudio uel exercitatōe ad ea que ſunt in
uiſibilia. ń poſſunt ea agnoſcere quam ag
noſcunt qui ſtudio ⁊ exercitatōe appi
quant. phs. Imputa uelud longe diſtan
tes ſpeculantur. ¶ Et intellectus groſſus
ſubtilia uidere ń poteſt. Qui hꝫ tur
bidum oculum ń uidet pilum. quē
uidet qui hꝫ clarum. Non uidet uiſus
humanꝰ quicquid uidet aquila. ń po
teſt ergo communitas hoīm cognoſcere

que neccē eſt cognoſci a accedentibȝ ad
deum n̄ p fidem. Fides eſt qua intel
lectus humanū deo ſubditus ē. qui
indubitant̄ ſubiectione ei dȝ. ſicut ꝛ
affect̄. cum ab eo ſilr̄ ſit. Nulla enim
rō eſt q̄re potius intellc̄s ab hac ſub
iectōe ſit exempt̄ q̄m affc̄s. ꝛ cū due
ſint ptes legis dei. ſ. teſtimonia ꝛ ma
data. intellc̄s credit teſtimonia. ſicut
affc̄s implet mandata. Jt̄ cū intellc̄s
induend̄ ſit glā ſicut ꝛ affc̄s. ꝛ glā ip
ſius intellc̄s principalis uideatur ee
ſcd̄m illud qd̄ dicit glo. ſup illd̄ ps. oſtē
dam illi ſalutare meū. i. xp̄m. in ma
ieſtate. hec uiſio eſt tota mcdes intel
lect̄. hic grā fidei induend̄ eſt. quom̄
enī fieret in futuro adeo glorioſius
n̄ in pſenti deo eēt grat̄ uel gratioſ.

Oſtenſa **Deſcriptiones fidei**
neccitate fidei ponende ſt̄ deſcrip
tiones ei. prius tn̄ notande ſūt di
uerſe deſcriptōes h̄ nominis fides. ut
appareat quom̄ hic fidem accipiam̄.
Fides q̄nq3 dr̄ ſponſio. i̅. ad thi. v. qr̄
pmam fidem irritam fecerēt. q̄nq3 fide
litas. pv̄. xx. virum fidelem quis inue
niet. q̄nq3 conſciā. ro. xiiii. Omne qd̄ n̄
eſt ex fide pccm̄ eſt. q̄nq3 creditum ul̄
collectio creditoꝝ. vn̄ anaſtaſius. hec
eſt fides catholica. q̄nq3 ſacramentum
fidei. Aug̃ ad bonefaciū. Quid ē puu
los hr̄e fidem n̄ fidei ſacramētū. q̄nq3
fides informis. i. ad coꝛ. xiii. Et ſi hūe
ro omnē fidem ita ut montes trāſfe
ram ꝛc. q̄nq3 fides uiua. ſic ſumi m̄
hic. ꝛ ſcd̄m hoc ſic deſcribit̄ ad heb. xi.
Fides eſt ſubſtantia rerū ſperandaꝝ. argumē
tum n̄ apparentiū. Fides ſubſtantia ē. ſubſta
ſtat ſub accidentibȝ. ea ſupportans ꝛ
ſuſtinens. ꝛ n̄ eget alio ſubiecto. Sic
fides in edificio ſpūali ſubſtat. totū edi
ficium ſupportans ꝛ ſuſtinens. n̄ eget
uirtute aliqua que eam p̄cedat. Jſta
eſt firma petra. ſupra q̄m ſapiens edi
ficat domū ſuam. m̄. vii. ꝛ eidem. xvi.
Sup hanc petram edificabo ec. m. Pe
tram uocat firmitatē fidei in petro. h̄
fundamentum n̄ timet nec pluuiā. nec
flumina. nec uentos. nec mūdū. Jnnīxū
enim eſt prime ūitati. fides enī innī
tit̄ prime ūitati. m̄. vii. Deſcendit̄ plu
uia ꝛ uenerūt flumina ꝛ flauerunt
uenti. ꝛ n̄ cecidit. fundata enim erat
ſupra firmā petram. Pluuia que de
ſurſum uenit eſt impugnatio aere
poteſtatis. Flumina que de montibȝ
deſcendunt ſunt pſecutoēs potētū.
Venti dn̄r omnium temptationū ge
nera. De hoc fundamēto legit̄. i. ad
coꝛ. iii. Vt ſapiens architect̄ funda
mentum poſui. glo. i. fidem xp̄i. ꝛ pau
lo poſt. Fundamentum aliud nemo pōt
ponere pter id qd̄ poſitum eſt xp̄c ih̄c
. i. fides xp̄i. apoc. xxi. Fundamentum p̄
mum iaſpis. Jaſpis eſt uiridis coloris.
ꝛ fugat fantaſmata ꝛ fidem ſignat.
que uiriditate eterno2 oculos cordis
delectat. ꝛ uanitate h̄ mundi que q̄ſi
fantaſma eſt fugat dum fugitiuam
ee̅ indicat. Aug̃. O munde immunde
quid ſtrepis quid auertere conaris. te
nere uis fugiens. quid faceres ſi ma
neres. Abſq3 fundamēto fidei. vanū
eſt edificium ſpūale. i. uadens in ni
chilum. ſap. xiii. Vani ſunt oīs ho
mines in quibȝ n̄ ſubeſt ſciā dei. ſciā
dei ſeu cognitio. fides ē. ſine hoc fun
damēto eſt edificium ſpūale q̄ſi ſup
arenā qd̄ neccē h̄t corruere ad deſcen
ſum pluuie. uel impetū fluminis

creditur. Ipsa est lucerna quam dei sapientia
accendit ad recuperandum dragmam perditam.
luc. xv. glo. Dragma est nummus terre
quantitatis habens ymaginem regis. Dragma
perdita est homo ad ymaginem dei creatus
in primum lapsus. ad eandem lucernam di
uersa possunt uideri et una fide diuersa
credi. Tercio hoc quod una est ratio credendi
in omnibus articulis. scilicet prima ueritas. cuius
fides una semper principaliter innititur credu
litas que per rationes est. secundum diuersitates ratio
num debet diuersificari. sed non sic est in fide.
Quarto hoc quod natura hominum una et ea
dem est apud omnes. ergo et naturalia hominum
eadem debent esse apud omnes. sed intellectus
debet deo de iure naturali obsequium fidei.
ergo fides una et eadem debet esse apud omnes.
unica ergo est uera fides. Quinto hoc quod
affectiones quas affectus hominis debet deo eedem
sunt apud omnes. ergo et eadem ratione quod debet
intellectus deo idem erit apud omnes. Pre
terea affectionum cause sunt apprehensio
nes preambule. ut timoris causa est appre
hensio diuine potentie uel iusticie. spei
causa est apprehensio diuine liberalitatis. uel
misericordie. Amoris causa est apprehensio diuine bo
nitatis. ergo cum affectiones iste eedem sint
apud omnes. et apprehensiones que sunt cau
se illarum eedem erunt apud omnes. appre
hensiones uero de deo in presenti oportet esse fidei propter
puritatem intellectus hominum sicut prius osten
sum est. ergo uera fides una et eadem est apud
omnes. Preterea aut aliquod obsequium debet
deo intellectus humanus. quod sine eius iniuria
non possit non soluere. aut nullum. Si dicatur
quod nullum ostenditur hoc esse falsum per hoc quod
simili ratione. nec affectus aliquod obsequium
deberet deo. nec etiam corpus. ergo deus non esset
dominus cum nullum seruitium deberetur ei.
Preterea conqueritur dominus de subtractione

seruitii affectus. malach. i. Si pater ego
sum ubi est honor meus? et si dominus ego sum
ubi est timor meus? Preterea certum est cuilibet
habenti rationem bene dispositam quod
sine dei iniuria non potest dici deum non esse
adorandum uel uenerandum uel timendum uel
amandum. Preterea omnis secta igne et fer
ro persequitur sentientes contraria fidei
sue et potius quam fures uel raptores.
philosophus et dicit eos qui dicunt deos non esse
adorandos pena indigere. Relinquitur
ergo quod aliquod certum seruitium intellectus
debet deo quod specialiter consistit in crede
do illi. aliud enim obsequium secundum ueri
tatem non uidetur ei posse soluere intellectus
hominum. cogitare solum siue bonum siue
malum non uidetur esse meritorium uel demi
torium. alioquin deus qui omnia mala
uidet pessimus esset. ergo assensus uel dis
sensus cogitationi adueniens intimus
uel demeritum facit. assensus possibi
lis uniuersitati hominum circa illa que de
deo sunt fidei est. ea autem que homo tenetur
credere de deo non sunt infinita. Sunt
ergo aliqua certa que quilibet adultus
nisi sit mente alienatus tenetur credere de
deo. unde heb. xi. Credere oportet accedentem
ad deum quia est. et inquirentibus se remu
nerator sit. ut dicit glo. Sine hac fide
nemo umquam saluari potuit. Si quis
autem obiciat quod non est necesse eadem credi
de deo ab omnibus propter puritatem intellectus
quorundam. uel propter defectum doctrine uel
gratie. sed sufficit quedam de deo credi ab
uno et alia ab alio. Ad hoc dicendum est
quod nullus est adultus nisi sit mente alie
natus cuius intellectus capax esse non possit
eius quod est deum timendum. honoran
dum. amandum. et in eo esse sperandum.
et numquam fuit indus. quin habuit

Bm

sufficientem doctrinam ad hec credenda. Unde gregorius loquens de parabola illa que est de operariis in vineam missis. mathei xx. dicit: paterfamilias conductor noster est qui habet vineam universalem ecclesiam. que ab abel usque ad ultimum electum qui in fine nasciturus est. quot sanctos protulit tot palmites misit. hic paterfamilias exiit ad excolendam vineam mane. hora tercia. vi. ix. xi. operarios conduxit. quia a mundi huius initio usque ad finem ad erudiendam fidelium plebem predicatores mittere non desistit. quia igitur non deest alicui adulto sane mentis ad predicandum. non culpa eius impediat. Si quis tamen esset in loco ubi doctrinam circa talia non posset habere. verisimile est nisi culpa sua hoc impediret. occultam inspirationem ei vicem doctrine supplere. vel per creaturarum pulcritudinem de conditione et rectore universitatis admoneri. est ergo una fides vera omnium vere fidelium. licet inter eos aliqui plura. aliqui pauciora de deo explicite credant. omnes tamen parati debent esse credere deo in omnibus que vel per se vel per nuntios fide dignos eos docere vellet. Debent et omnes credere omnia illa esse vera que prophete et alii homines spiritu dei edocti crediderunt et docuerunt. omnes autem secte contrarium ad ea in quibus non conveniunt. cum illa vera et unica fide errores sunt. [rubric: Argumenta quod unica fides est fides christiana.]

Illa vero vera et unica fides. fides christiana est. sicut multipliciter potest ostendi. et primo miraculorum confirmatione. Nulla enim alia secta habet miracula ad sui confirmationem. miracula huius fidei ab abel filio adam facta leguntur. De quo legitur genesis iiii. Respexit dominus ad abel et ad munera eius. quomodo respexit. alia translatio determinat. que sic habet. Inflammavit deus super abel et super munera eius. Ignis enim de celo oblationem eius incendit. ut legitur factum helye in carmelo. iii. Regum xviii. et in levitico ix. sub moyse. Deinde subsecuta sunt miracula sub noe et sub abraham et sub aliis usque ad legem moysi. et in gente hebreorum multiplicata sunt. et ab exitu egypti usque ad ingressum terre promissionis consolata sunt gentem illam. et donec gens illa deseruit hanc fidem non deseruerunt eam miracula. Tandem cum hac fide in apostolis miracula translata sunt ad ecclesiam ex iudeis et gentibus collectam. miracula vero quibus hec fides confirmata est talia fuerunt. quod solus deus ea efficere poterat. sicut fuit statio solis et lune ad spacium .xii. horarum. ad preceptum iosue ministri dei. obediente domino voci hominis. Iosue x. et regressus solis tempore ezechie. ysaie xxxviii. Et obscuratio solis et lune .xv. in passione domini facta. quam philosophi qui athenis erant non valentes invenire naturalem causam illius obscurationis. inducti sunt ad hoc ut dicerent quod deus nature patiebatur. et constituerunt aram illi deo ignoto. de quo actuum xvii. Quis dubitat de hoc quod ille solus cursum solis mutare potest qui instituit.

¶ Item noticia linguarum data apostolis et illuminatio subita. quia hii qui erant ydiote docti facti sunt secundum promissionem eis factam a christo. Io. xiiii. Paraclitus spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia et cetera. luce xxi. Ego dabo vobis os et sapientiam cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri.

¶ Item roboratio apostolorum qui cum adeo debiles essent. quod petrus qui maior videbatur esse ad vocem unius ancille. dum mou

tinuit uitam negauit. uirtute spe
sci induti ex alto. adeo fortes sci sunt.
ut nullum timeant. luc. ult. Sedete
in ciuitate quousque induamini uirtute
ex alto. non timebant eos qui tam dominum
eorum occiderant. act. iiii. Non possumus
inquiunt petrus et io. que uidimus et audiuimus
non loqui. Item subiugatio mundi per paucos
simplices. Licet magna et diuina pla
ne fuerunt miracula que dominus gessit in ter
ris. hoc tamen super omnia alia eminet. quod in
paucis simplicibus totum mundum et om
nem eius altitudinem sibi subiugauit. ¶ Item
coniunctio fidei cum bone per totum mun
dum. quod est unum inter opera mirabili
um dei. quod enumerat b. dicens. Magna
Tria opera inquit fecit omnipotens illa maie
stas in assumptione nostre carnis. ita sin
gulariter mirabilia et mirabiliter sin
gularia. ut talia nec facta sint. nec faci
enda sint amplius super terram. Coniuncta
sunt quippe adinuicem. deus et homo. mater
et uirgo. fides et cor humanum. multi et
mortui resuscitati sunt et a xpo et a fi
delibus in nomine xpi. Quis autem dubi
tat quod solus deus qui homini uitam dedit
potest ei eam reddere postquam eam amis
sit. Io. x. Potestatem habeo ponendi animam
meam et iterum sumendi eam. quomodo purus
homo hoc posset. Posita enim anima tam
non esset homo. qui tam posset sumere. cum
uero anima ponitur. homo desinit esse. qui uero
non est se reficere non potest. In nomine xpi
ceci sunt illuminati. leprosi mundati. para
litici et alii infirmi insanabiles. secundum
naturam sanati. que omnia cum deus qui
solus ea facere potuit ad confirmatio
nem dee fidei fecerit. et certissimum sit
deum nolle testificari mendacium aliquod.
nec uel miraculis homines inducere ad
errorem. nec eos subtrahere a cultura
sua. et sic diminuere gloriam suam. mani
festum est ueram fidem esse fidem xpianam
quam deus sic confirmare. Nullus enim intel
lectus bene dispositus hoc recipere. quod pri
ma ueritas posset esse mendax uel uellet
esse causa errores. sic contumeliosi. De hac
testificatione dicit Io. i. ca. v. Qui non
credit in filio mendacem facit patrem
qui non credit in testimonium quod testifi
catus est deus de filio suo. ¶ Item Io. v. ego
habeo testimonium maius iohanne. opera enim
que dedit mihi pater ut perficiam ea. ipsa
opera que ego facio testimonium perhi
bent de me quia pater misit me. ¶ Item
eidem. xv. Si opera non fecissem in eis que
nemo alius fecit. peccatum non haberent. Et
eidem. xiiii. Pater in me manens ipse
facit opera. non creditis quia ego in patre
et pater in me est. alioquin propter opera
ipsa credite. Si quis tamen dicat mira
cula illa non esse facta ad fidei testificatio
nem. patet hoc esse falsum per modum quo
miracula facta sunt. et exempli causa
pauca miracula ponamus. mt. ix. dicit
xpus. Ut sciatis quia filius hominis habet
potestatem dimittendi peccata in terra.
Surge tolle lectum tuum et uade in
domum tuam. et surrexit et c. patet
ex ipsa littera miraculum istud factum esse
in testimonium fidei. et act. iii. dixit
petrus claudo ex utero matris sue. In
nomine ihu xpi nazareni surge et am
bula. et sequitur. et protinus consolidate
bases eius et plante et exiliens ste
tit et ambulabat. et de dyonisio a
riopagita legitur. quod cum disputa
ret cum paulo. forte preteriuit cecus
per uiam coram eis. et statim ait dyonisius
paulo. Si dixeris huic ceco in nomine

dei tui uide ⁊ uideris ego credā ſta
tim. Sȝ ne utaris libris magicis. qr
forte noſtri uerba que hūt hīc effica
ciam ego pſcribam t̄ formā ūboꝝ
hanc inquit formā uerboꝝ dices ei.
In nōie ihū xpi nati de uirgine. cru
cifixi. mortui. qui reſurrexit ⁊ aſcē
dit in celum. Vide ⁊ ut omīs tolle
retur ſuſpitio pcepit paulus dyo
niſio. vt ipē eadem uerba pferret. ⁊
in ea forma uerboꝝ dixit dyoꝰ ceco.
ut uideret. ⁊ ſtatim uidit. ⁊ cōfeſ
ſus eſt dyoꝰ ſe credere. de pbatione
p miracula dicit petrꝰ. act. ij. Ihm
nazarenū uirū appbatū adeo in
uobis uirtutib; ⁊ pdigijs ⁊ ſignis
que fecit ds p illum ī medio uri.
Sicut uos ſcitis. hunc diffinito con
ſilio. ⁊ preſciā dei traditum per
manꝰ iniquoꝝ affligentes interē
miſti. ⁊ b. in ſermone de aſcenſio
ne oſtendit xpm pbaſſe pbatio
nem dni ſui cum in celum aſcen
dit. hijs uerbis. cum ihc ſe dnm
uniuſoꝝ q̄ ſunt in terra ⁊ in mari
⁊ in inferno pbaſſet. n̄ reſtat n̄ ut
aeris ⁊ celoꝝ ſe eē dnm pbaret. E
ra enim dnm cognouit. qr ad uocē
uirtutis eius cum clamaret uoce
magna. lazare ueni foras. mortu
um reddidit. cognouit mare. qr ſo
lidum ſe pbuit ſub pedib; eius.
cognouit infernꝰ cuius ipē portas
ereas ⁊ uectes ferreos confregit.
⁊ ſathanā ligauit. ſic qui in ore
piſcis cum ipſo piſce ſtaterem in
uentre pdixit. pculdubio ⁊ maris
⁊ omnium que in mari ſunt dns
fuit qui mortuos ſuſcitauit. lep
ſos mundauit. cecos illuminauit.

omīs effugauit infirmitates. dns
omnium fuit. ⁊ eadem manu qua fe
cerat reficiebat. ad pficiendam gͥ fi
dei nrē integritatē. reſtat ut uiden
tib; diſcipulis p mediū aeris dns
aſcendat. extunc pbabit qd dns
uniuſoꝝ eſt. ⁊ tam ī c p ſtō debebit
ut in nōie tuo omē genu flectatur.
Cetum miracula n̄ notabile eſt qd mi
niſtri xpi poſt paſſionem eius in n
mine ipius maiora miracula fecerūt
q̄m xpo feciſſet ſicut ipē pmiſerat ſi
xum. Qui credit in me opa que ego fa
cio ꝙ ipē faciet. ⁊ maiora hoꝝ faciet.
maꝰ fuit qd ad umbrā petri ſanabā
tur infirmi. act. v. q̄m qd ad tactū
ueſtimenti eiꝰ mulier fluxum ſanguis
patiens ſanata ē. ch. ix. It longe
maꝰ fuit qd duo latrones qui ueneno
ſumpto mortui erant ſuſcitati ſunt
tunica b. Io. euangeliſte. poſita ſup eos.
It dns in eu. tres mortuos legitur
ſuſcitaſſe. ſȝ de beato andrea legitur qd
xl. ſubmiſſos ſuſcitauit. It ſci n̄ ſolū
uiui ſȝ ⁊ mortui fidem iſtam miraculis
cōfirmauerūt. ⁊ ut uno ūbo dicam. qr
uniuſitas rerū fidem iſtam mirabilit
cōfirmauit. vn̄ gg. in omelia epyphā
nie. Omnia inquit elemēta auctorē ſuū
ueniſſe teſtata ſunt. vt enim de hijs
quedam uſu hūano loquar. dnm hūc
celi eē cognouerūt. qr ptinꝰ ſtellam miſe
runt. mare cognouit. qr ſub plantis
eiꝰ ſe calcabile pbuit. terra cognouit
qr eo moriente cōtremuit. ſol cogno
uit qr lucis ſue radios abſcondit. ſa
xa ⁊ parietes cognouerūt. qr tpe mortis
eiꝰ ſciſſa ſunt. infernꝰ cognouit. qr
hos quos tenebat mortuos reddidit.
⁊ cum hunc quē dnm omnia ſenſi

bilia elemta senserunt. Adhuc infideli
tam iudeor corda dm ee' minime cog
noscerunt. et duriora saxis. scindi ad pe
nitentiā noluerunt. cumqz confitui albue
gant. que elemta ui dixim aut sig
nis aut sessionibz dm clamant. Sed
potest ostendi uitas fidei xpiane testi
um exceptōe omi maior multitudie.
et pmo pducam in mediū Jo. baptistam
qui a pphis predicis fuit. in ps. Paraui lu
cernam xpo meo. ysa. xl. Vox clamantis
in deserto et c. et mal. iii. Ecce ego mitt
tam anglm meū qui pparabit uiam
añ fa. m. Hunc ds miraculose nasci
fecit in mundo isto. ex senis parentibz
cum elizabeth eet sterilis et ambo p
cessissent in diebz suis. luc. i. ut fer
ret testimoniū xpo. Jo. i. Hic uenit
in testimonium et c. Quis dubitat
de hoc qd deus n ideo fecit eū nasci
miraculose. in mundo isto. ut testimo
nium phiberet mendacio. Jo. v. Vos
misistis ad iohem et ipe testimoniū
phibuit ueritati. ei conceptio et nati
uitas pnunciata fuit ab anglo. luc.
i. Hic in utro matno testimoniū dedit
xpo. In eod. Ecce ut fca est uox saluta
tionis tue in auribz meis. ait eliza
beth. exultauit infans in gaudio i
utro meo. sine omi dolo fuit testimoi
um illud. Ipe tante sctatis fuit qd
iudei miserit ad eum sacerdotes et le
uitas. ut scirent ab eo utrū ipe eet
xpc. Jo. i. et credidissent ei si dixisset se
ee xpm. Vnd Jo. v. Vos uoluistis exulta
re ad horam in luce ei ut credetis ipm
ee xpm. Dicit intlr. Quanto mag debu
erunt credere ei ferenti testimoniū
alii. efficaci enim est testimoniū qd
ds phibet alii qm qd phibet sibi. Jo.
v. Si ego testimoniū phibeo de me
ipo testimonium meū n est uerū. Scti
tas iohis n solum xpianis. sz et gen
tilibz et iudeis nota est. testimonium
ei multū efficax e ad confundendū
iudeos. ideo post illud. ps. Paraui lucer
nam xpo m. subdit. Inimicos ei indu
am cōfusione. qualit xpc testio iohis
confuderit iudeos. hz. m. xxi. baps in
quit iohis vn erat. de celo an ex hoi
bz. et illi cogitabant int se dicentes.
Si dixerim de celo, dicet nobis. qre
g n credidistis ei. Si aū dixerimus
ex hoibz. timem turbam. oms eni
hebant iohem sicut pphām. De te
stimonio iohis de xpo hz. Jo. i. Qui
post me uentur est ante me fcs e
añ s. dignitate qr prior me erat. et de
plenitudine ei nos oms accepim.
et post. cui n sum dign ut solua cor
rigiam calciamti eius. Item ecce ag
nus dei ecce q tollit pcca mundi. Ite
Vidi spm descendente qsi columba
de celo et manente sup eum. et ego ne
sciebam eum. Sz qui misit me bap
tizare in aqua ille m dixit. Sr quē
uideris spm descendente et manen
tem sup eum. hic est qui baptizat
in spu sco et ego uidi. et testimonium
phibui. qr hic est filius dei. Aliud
testimonium e iohis euuglste. Vidi
mus inquit glam ei glam qsi unige
niti a pre. Vidim i. cognouim p mira
cula p uocem elapsam de celo. p trans
figuratione. resurrectione. ascensi
onem. spc sci missione. glam ei tale
et tanta. ut decet unigenitū dei pa
tris. et i. Jo. i. Qd fuit ab initio qd
audiuim et qd uidimus oclis nris
qd pspexim et man nre contrectauert.

De uerbo uite. & uita manifesta est. &
uidimus & testamur & annuntiamus uob.
fidei nostre testimonium dat deus & homo &
angelus. de primo habes. i. Jo. v. Tres sunt qui
testimonium dant in celo. pater. uerbum.
& spiritus sanctus. & subditur. Si testimonium
hominum accipimus testimonium dei maius est.
secundum glo. Pater perhibuit testimonium christo
dicendo. hic filius meus dilectus. filius
in transfiguratione ostendendo potentiam
potestatis & spem beatitudinis. spiritus sanctus
super christum in specie columbe descendendo
& in nomine christi corda discipulorum implen
do. testimonium uero hominum ualidum fuit.
qui nobiles fuerunt scitatis mundi con
temptores. nullum hominem timentes. qui
ueritatem fidei morte propria ausi sunt.
confirmare. cum manifestum sit quod
nullus sani capitis morte mendacium
auderet confirmare. & homines mendaces
in morte ueritatem confitentur. & ipse
christus ueritatem fidei morte propria confir
mauit. hoc signum speciale tanquam cer
tissimum promittebat ipse iudeis. math. xii.
& xvi. Generatio inquit mala & adul
tera signum querit & signum non dabitur
ei nisi signum Jone prophete. Sicut enim fu
it ionas in uentre ceti tribus diebus
& tribus noctibus: sic erit filius hominis
in corde terre. tribus diebus & tribus noc
tibus. cum omnino due res peccatum fa
ciant. scilicet timor & cupiditas. ut dicit
glo. super illud ps. Incensa igni & suf
fossa. que causa posset esse mendacii in
illis qui & transitoria bona contemp
nebant & mala leta sustinebant.
phil. iii. Omnia arbitror ut stercora
ut christum lucrifaciam. act. xx. Spiritus sanctus
per omnes ciuitates protestatur mihi dicens.
quoniam uincula & tribulationes iero solimis

me manent. Sed nichil horum uereor. Si quis
uero dicat sanctos noluisse decipere. & deceptos
fuisse. quomodo potuit christus decipi circa esse su
um. cum natura rationalis maxime habeat co
gnoscere se esse: Aug. in li. de anima & spiritu.
Nichil tam nouit mens uel anima quam id quod
sibi presto est. nec menti uel anime quicquam
magis presto est quam ipsa sibi. Nichil ergo ta
nouit quantum se esse. quomodo ergo christus decipi po
terat cum diceret. Jo. viii. Amen amen di
co uobis antequam abraham fieret ego su
m. Jo. x. ego & pater unum sumus. Item cum
nature rationali per se note sint operationes
sue. anima enim per se agnoscit se credere
uel intelligere. quomodo poterat decipi cir
ca illud: Jo. viii. Ego principium qui & lo
quor uobis. ipse sciebat se simpliciter om
nium que creata erant principium fuis
se. luc. viii. Tetigit me aliquis. nam & ego
cognoui uirtutem de me exisse. Item
quomodo paulus circa celestia bona decipi
potuit. qui raptus est usque ad tertium celum
& audiuit archana que non licet homini lo
qui. ii. cor. xii. de testimonio hominum de christo
legitur act. x. Nos testes sumus ait petrus
omnium que fecit ihesus in regione iudeorum
& ierusalem. quem occiderunt suspendentes in
ligno. hunc deus suscitauit tertia die & de
dit eum manifestum fieri non omni populo sed
testibus preordinatis a deo. nobis qui man
ducauimus & bibimus cum illo postquam re
surrexit a mortuis. & precepit nobis pre
dicare populo & testificari. quia ipse est qui
constitutus a deo iudex uiuorum & mortuorum.
huic omnes prophete testimonium perhibent. re
missionem peccatorum accipere per nomen eius omnes
qui credunt in eum. testimonium uero istorum deus
tam cito confirmauit. Unde subditur. Ad
huc loquente petro uerba hec. cecidit spiritus
sanctus super omnes qui audiebant uerbum

testim petri de xpo hs silr. ch. xvi. Tu
es xpc filius dei vivi. & io. vi. ait petrus.
Nos credim⁹ & cognouim⁹ qr tu es xpc fili⁹
dei. Fidei nre testim dedit angls in xpi
conceptoe. luc. i. ¶ It in ei natiuitate.
luc. ii. Ecce angls dni stetit iuxta illos
q c. & post. ecce ego euangelizo vob gaudi
um magnu. ¶ It & fca est cum anglo
multitudo milicie celestis exercit⁹. ¶ It
in resurrectoe. ch. & ch. & lu. vlt. & io. pnlt.
It in ascensione. act. i. Fides ista testim
ht. & a domesticis & ab exneis. exo. viii.
Magi pharaonis deficientes in tercio signo,
compulsi sunt confiteri. digit⁹ dei e hi. deut.
xxxii. Non enim est ds nr ut dii eorum et
inimici nri sunt iudices. & ch. ix. Vi
dentes turbe xpm mirabilit operante
dixerunt. nunquam sic apparuit in israel.
& Jo. ix. Illuiatus cecus a natiuitate
dixit. A seclo n est auditum qd quis a
perit oculos ceci nati. & Jo. xi. Ipsi ponti
fices & phar dixerunt. quid faciam⁹ qr hic
ho multa signa facit. Si dimittim⁹
eum sic oms credent in eu. & Joseph⁹.
qui semp fuit iudeus sapientissim⁹.
in ueteri lege. qui captus fuit in ultima
captiuitate ihrlm sub ptitu & uaspa
siano. tale testim dedit xpo. fuit eisd
tpibz ihc sapiens uir. si tn eum uir
noiare fas est. erat enim mirabilium
opm effector. & doctor eorum qui libent
que uenatura sunt audiunt. & multos
ex gentibz sibi adiunxit. xpc hic erat.
It post crucem hiis qui ab initio eum
dilexerant apparuit eis. tcm uiuus scd
qd pphe. uel h uel alia de eo futura p
dixerant. & in hodiernu diem xpianorum
qui ab eo dci sunt. & nom pseuerat &
genus. hodie & fidei nre alie secte te
stimoniu phibent eam post sua alijs

pferendo. Vn enim testim qd p se phi
bent nullum reputem testim eorum
qd alicui ualoris est. p fide nra est.
It nobiles phi in hiis que de deo nos
cibilia sunt. fidei nre testim phibet.
ut circa hoc qd una sit prima ca & qr
etna sit. summe potentie. summe sa
pie. summe bonitatis. Vn contrium ad
ista. fides nra ex intimis phie supta
est disciplinis. Iuxta uerbum boecij in p
hemio libri de trinitate. Fidei & nre
testim phibet uniusitas creaturarum
contrium ad ea que de deo cognoscibilia
sunt. hoc enim qd un⁹ est mund⁹. atte
statur qd sit unus ds. accedat quecunqz
uis creatura. & faciat aliu mundu
tm. & talem qualis est mundus iste.
& dicam qr ds est pperuitas creaturarum
attestatur etnitati creatoris. cum oms
ca sit potentior suo effectu. Magnitu
do uo ei potentie. pulcritudo sapie.
utilitas creaturarum bonitati. ¶ Ter
cio potest ostendi uitas fidei nre p hoc
qd reuelacoes & pphias ht. reuela
tiones huit ante legem. ut sub noe.
abraham. iacob. ut patet ex libro gen.
q multiplicate st lege suscepta. Nu.
xii. Si quis fuit inter uos ppha dni
in visione apparebo ei. vel p sompni
um loquar ad eum. at n talis seru⁹
meus moyses qui in omi domo mea fide
lissim⁹ est. ore enim ad os loquor ei.
Deut. iiii. Non e alia natio tam gran
dis que hat deos appinquantes sibi si
cut deus nr adest cunctis obsecrationi
bz nris. ps. Non fecit talit omi na
tioi & iu. s n mauit eis. & bar. iiii. Be
ati sum⁹ isrl. qr que placent deo nobis
manifesta sunt pphie quas ht fides
nra. multu confirmant eam. Unde

cum iohannes baptista misisset discipulos ad
christum ad certificandum eos de christo. Math.
xi. Dominus certificauit eos ostendendo
prophetiam esse impletam. quam predixerat
ysaias de aduentu eius. ysa. xxxv. Deus
ipse ueniet et saluabit nos. tunc aperientur
oculi cecorum. et aures surdorum patebunt.
tunc saliet sicut ceruus claudus et ap
ta erit lingua mutorum. vnde ait dominus
discipulis iohannis. euntes renuntiate
iohanni que audistis et uidistis. ceci ui
dent. claudi ambulant. et cetera. Item ysa.
xli. dicit dominus ad deos. ut uero. annun
tiate que uentura sunt in futurum et
sciemus quod dii estis uos. Reuelaciones et
prophetie cum hac fide translate sunt
in ecclesiam collectam ex gentibus ut
patet in reuelacione illa excellenti.
de qua .ii. cor. xii. que paulo facta est
usque ad tercium celum rapto. et iohanni
cui reuelata sunt tot mi[steria] que in
apocalipsi continentur. Iudei uero iam
non habent reuelaciones uel prophetias qui hanc
fidem deseruerunt. ¶ Quarto per hoc quod
fides nostra dignissima de deo sentit.
Aug. Prudentium est estimare et fideli
um. que sit fides purior et maiesta
te dei dignior. Alie secte male senti
unt. uel de dei omnipotentia. sicut
qui negant deum posse corpora mortua sus
citare. uel humanam naturam potuisse
sumere. alii de eius bonitate. ut qui ne
gant lapsos in peccatum per penitentiam posse
redire ad deum. alii de eius iusticia ut
qui negant deum uindicaturum peccata
aut qui dicunt eum saluum non uindica
turum eternaliter. fides uero nostra omnipoten
tiam dei predicat. et summam eius sapientiam
et bonitatem. ¶ Quinto per hoc quod fides
nostra de homine probabiliora sentit. et quod

magis decebat creaturam rationalem. dicit
enim eum ad ymaginem dei creatum. Gen.
i. Creauit deus hominem ad ymaginem et similitudinem
ad similitudinem et dei monet imitari. eph.
v. Estote imitatores dei sicut filii ka
rissimi. et ad gloriam similem diuine glorie
nititur peruenire. i. Io. iii. Karissimi. nunc filii
dei sumus et nondum apparuit nobis
quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit
similes ei erimus. gens iudeorum et gens
machometi sentiunt indigna de dei
magnificentia. dum gens iudeorum spe
solam affluentiam temporalium a deo. ex[pectat]
gens machometi solas delicias corpora
les quorum ex promissione legis eorum. V[nde]
utraque earum spes dicta uidetur esse hominum
qui in uanum acceperunt animas suas. et
fere est brutales. cum anima inuisibilis
sit. bonis inuisibilibus remunaranda est.
nec natura rationalis bonis se inferioribus
beata fieri potest. beata uita inuenitur
in eo quod est hominis optimum. et amatur
habetur. quod deus esse quo ipse homo non potest.
Aug. Quisquis quod se ipso deterius est sequitur
fiet ipse deterior. fides christiana hominem
ad maiorem perfectionem perducit. et quantum
ad deum. et quantum ad proximum. Quantum ad
deum quia de deo predicat que maxime amorem
dei nobis incutiunt. et spem maxime
erigunt. et dei amorem in nobis maxime
accendunt. ostendit enim districtissimam
iusticiam dei in rebelles. et penas et in
dicam eciam mire acerbitatis quod
efficacissimum est ad timorem nobis
incutiendum. ¶ Item ostendit liberalitatem
dei qua filio proprio propter nos non pepercit
sed pro nobis omnibus tradidit illum. per
quod nullus locus desperacioni in nobis
relinquitur. Ro. viii. Qui proprio filio non
pepercit sed pro nobis omnibus tradidit

illum. quō ū cum illo omnia nob' donau'.
Jt bn̄fcm̄ redemptōis qd est maior ignis
ad incendendū cor nrm̄ qm̄ eet tot' mun
dus ad corp' accendendū si tot' arderet.
cordib; nr̄is imittit amorē. qd mag'
ydoneū ad incendendū & inflammandū
diuinū amorē in nobis. n̄ accenditur
melius ignis qm̄ igne. nec est maior ignis
spūalis amore quo filius dei amauit
nos. Jo. xv. Maiorem hac dilc̄onem ne.
ht̄ qm̄ ut a. s. po. q̄s p a. suis. q̄niterum
ad p̄ximū. qr dilc̄onem iubet ad inimi
cos extendere. & nrā p̄p̄ia cōmunicare.
& si nccē est & animam p eo ponē. Mt.
v. Diligite inimicos urōs. benefacite
hys qui oderūt uos & c. i. Jo. iij. Qui hūit
substam mundi h' & uiderit fr̄em suū
necessitatem hr̄e. & clauserit uiscā sua
ab eo. quō ca. dei ma. in eo. & in eodē.
Jn hoc cognouimus caritatē dei. qm̄ ille
aīam suam p nobis posuit. & nos de
bem' p frib; aīmas ponere. Sexto
p successum quē hūit pp̄ls qui hanc
fidem suscepit dum sc̄dm eam uixit.
& detectione ip̄ius. uel dum fidem istā
deseruit. uel dum sc̄dm eam nō uixit.
Vt enim omittam de alijs. Quis suf
ficeret narrare nobiles triūphos quos
hūit pp̄ls iste. in paucis uincens infi
nitos. iuxta p̄missionē dn̄i. leu. xxvi.
Si in p̄ceptis meis ambulaūitis & c.
Persequimini inimicos urōs & corruent
coram nob'. p̄sequent' enim de urīs
quinq; centū. alienos & centū ex uo
bis. x. milia. qm̄ aūt male se hēbant
in fide. uincebant'. leū. xxvi. qd si nō
audieritis me nec feceritis omnia man
data mea & c. corruetis coram hostib'
urīs. & subiciemini hys qui oderūt uos.
fugietis nemine p̄sequente. & paulo p̄t.

Terrebit uos sonit' folij uolantis & c.
& Josue. vij. Non poteris stare coram ho
stib; tuis donec deleat' ex te qui cōta
minat' est hoc scelere. Deut. vlt. Bs
es tu isrl'. quis similis tui pp̄le qui
saluaris in dn̄o. scutū auxilij tui
& gladius glē tue d's tuus. Jt' Ju
dith. v. Deus eorū pugnauit p eis &
uicit. & n̄ fuit qui insultaret pp̄lo isti.
n̄ qm̄ recessit a cultura dn̄i dei sui. quo
cienscumq; aūt preter ipm̄ dm̄ suū altm̄
coluerunt dati sunt in p̄dam & in obp
brium & in gladium. quocienscumq; aūt
penituerūt se recessisse a cultura dei sui
dedit eis d's celi uirtutē resistendi.
Cum g' fides xp̄iana tot hāt ūitatis
sue argumta. inexcusabiles sūt tot
argumtis nolentes acquiescere et
tanto puniend'. Valde incredulus ē
cui tot testimōia fidem facē n̄ possūt.
Valde ponderosus est uel ualde debilis
quē tot appodiatōes sustentare n̄ suf
ficiunt. nec mirū si offendit' p̄ma
ūitas qm̄ tot pignorib; signorū. uel
aliarū p̄bationū ei n̄ credit'. cū pauci
orib; testib; crederet' uni iudeo uel sar
raceno. De punitōe infideliū legitur
deut. xviij. Prophetam suscitabo eis de
medio frm̄ suorū silem tui & c. qui aūt
ūba eius que loquet' in noīe meo audi
re noluerit. ultor existam ego. qd uer
bum assumit petrus act. iij. dicens.
Omnis aīa que n̄ audierit p̄ph̄am illū
exterminabit' de plebe. & in eod. Non ē
in alio aliquo salus. nec nomen est ali
ud sub celo datum hoīb; in quo opor
teat nos saluos fieri. & Jo. iij. Qui n̄
credit iam iudicat' est. qa n̄ credit i
noīe unigeniti filij dei. hoc aūt ē iu
dicium. i. cā dampnatōis. dicit aug'.

q lux uenit in mundū. ⁊ dilexerūt
homines tenebras magis qͣm lucem.
eiͩ. viii. Si ū credideritis q ego sum.
moriemini in pccō urō. ⁊ eidem. xv.
Si ū uenissem ⁊ locut eis ū fuis
sem pccm ū hrent. nunc aūt excusa
tionem ū hnt de pccō suo. ysa. lx.
Gens ⁊ regnum qđ ū seruierit t p
hibit. aq. vlt. Qui ū crediderit condem
pnabitᵉ. Jo. iii. Nisi quis renatᵘ fuerit
ex aqua ⁊ spū ū potest stare in regnum
dei. i. cor. xiiii. ignorans ignorabitᵘ.
5 Sequitᵘ **De commēdatōe fidei.**
De cōmendatōe fidei. Nō ē qđ fi
des deo multū placet. diabolo multū
displicet. hoi multū pdest. De p̄mo
eccī. i. Beneplacitū est deo fides ⁊ man
suetudo. hec due uirtutes multū pla
cent deo in hoie. q fides deo subicit
intellectum. mansuetudo affectum. Vn dꝰ
hoiem fidelem ⁊ mansuetū diligit.
qī sunt in. fides adeo placet deo qđ si
ipa nich placet. heb. xi. Sine fide
impossibile est placere deo. oiꝰ infi
deles filii ire sunt. Vn Jo. iii. Qui in
credulus ē filio ū uidebit uitā etnā.
s ira dei manet sup eū. oculi diuine
mie ū respiciunt ū ubi ē fides. Vn ppi
ciatoriū nō excedit archam. exo. xxv.
Archa sigat ppl'm fidelem quē ppici
atio diuina ū excedit. remissio enim p
catorꝝ ū est ext fidem eccle. Jer. v. Dne o
culi tui pspiciunt fidem. Vbi amor
ibi oculus. Jo. vi. Hoc est opus dei ut c
datis in eum. quē misit ille. credere i
dm est spāle opus dei. ⁊ q dei donum
⁊ q deo ualde acceptū. nec mirum si
multū deo placeat fides. cum ipa p
mum obsequiū facit deo. Signū h
placentie est hoc qđ dꝰ tm facit p fide
mat. viii. Vade dixit ihc centurioni. ⁊ sic
credidisti fiat t. Jo. cuiq; sicut credit
ita fit. fides deo placet ē sine sacram
tis. vt patet in abraham qui añ sa
cramentum circūcisionis p fidem dō pla
cuit. gen. xv. Credidit abraham deo ⁊
reputatū est ei ad iusticiā. sacramēta u
sine fide dꝰ qī ū reputat. gal. v. In xpo
ihu neq; circumcisio aliquid ualet neq;
pputium. s fides que p caritatē opat
fides porta est p qm princeps uiuificat
intrat ad cor hoīs. eze. xlvi. Sine ea
ū uidetᵘ dñs diuinum hre in corde cum ū
hat ibi ingressum. Jpā est porta aurea p
qm intrauit in uentrem uginis. lux ⁊ dec
uniūse fabrice mundi. Prius enī intra
uit filius dei in mentem uginis qm in
uentrē. lu. i. Bā que credidisti q pfici
entᵘ in te que dcā sunt t a dño. aug. i
li. de uginitate. Beatior fuit maria p
cipiendo fidem xpi. qm cōcipiendo car
nem xpi. materna ppinquitas nich ma
rie pfuisset. ū felici xpm corde qm car
ne gestasset. Jsta porta fidei morti ⁊ an
dori mortis clausa ē nec infernales ex
citᵘ pualebunt adūsus eam. Vn sup in por
tis ⁊ porte inferi. dicit glo. ē iudicio cor
dis amore fidem xpi pcipit quicqd uig
ti ex facile uincit. hec porta sanguine
agni debet hrē ⁊ in sup liminari. ⁊ in ut
q poste. ne exterminator intus noceat. exo.
xii. Suplimiare tinctum dz ēē sangui
xpi ut in muni humilitatis. passionis c
mens supbiam caueat. In utroq; ē poste
dz ēē sanguis agni. ut exemplo xpi nec
adūsa mens timeat. nec pspa contemp
scat. Fides porta est tabernaculi c
militantis ecce. ū ostia offerenda est.
leui. xvii. Homo quilibet de domo isl
qui occiderit bouem aut ouē siue

capiam in castris uel extra castra. et
non obtulerit ad hostium tabernaculi obla
tionem domino. sanguinis reus erit. non mirum
si fides ualde est deo grata. quia sine fide
deus non colitur. cum de eo non agnoscatur. esse tamen
inmundus sit uel amandus uel obsequio hono
randus. fides thesaurum absconditum regni
celestis quem datur est dominus seruientibus
sibi hominibus ostendit. fides primum dei hoste
scilicet sensum humanum occidit. hostis iste in
sapientibus huius mundi est fortissimus hostis
dei. qui ligatus est per cinifes. quorum pla
ga non legitur curata. exodi viii. Cinifes de
puluere terre educti argumenta sunt philoso
phorum de subtili terreno sensu producta
quibus oculus fidei leditur. unde glossa. origenes.
hoc animal corpus cum insedit acutissimo
terebratur stimulo. ut quem uolantem uide
re quis non ualet. sentiat stimulantem. huius
generis animal arti dialetice comparatur. que mi
nutis et subtilibus uerborum stimulis animas
terebrat. et tanta calliditate circumuenit
ut deceptus non uideat nec intelligat unde
decipiatur. hec plaga non curatur. ydola enim
philosophorum remanserunt cum ydola genti
um destructa fuerunt. ut ait quidam. ¶ Fi
des intellectum captiuat in seruitium christi.
ii. cor. x. In captiuitatem redigentes om
nem intellectum in obsequium christi. Fides in
arte mittes scilicet intellectum insigne regium po
nit. scilicet filium in cruce pendentem. de morte
et mortis auctore triumphantem ¶ Est fi
des matrimonium inter animam et dominum iniici
ans. osee ii. Sponsabo te mihi in fide. quod
caritas consummat. i. cor. vi. Qui ad
heret deo unus spiritus est cum illo. ¶ Fides
est uelud anulus argenteus positus
in digito sponse. ornamentum enim est
a christo datum totum. que per digitum in
telligi potest. ex discretiua est. nec

anulus nec excedere debet nec excedi. sic
fides nec excedere debet nec excedi. non
enim debet christo aliquid attribuere quod ei non
sit. nec de eo negare quod ipsius sit. In
argento uero intellige quod fides candore pu
ritatis et luce salutaris ueritatis debet res
plendere. et suauitate sincere confessio
nis debet resonare. argentum enim candidum
est et resonat ¶ Est fides uirginitas est
mentis. intellectum a corruptoribus erroris ser
uans et in ridiculum pretegens. Sicut anulus
digitum cingit ex omni parte. fides quantum
proprio sensui detrahet. tantum intellectum di
uinum ascensus capacem facit. sicut sa
piens dicit de propria uoluntate. quod tan
tum uirtutum adicies quantum proprie uoluntati
ti detraxeris. qui uult uenire post me
debet abnegare semet ipsum. iuxta uerbum
domini. math. xvi. et quantum ad proprium sensum
et quantum ad propriam uoluntatem. Fides
progenita est inter uirtutes. ideo mirum a deo
benedicta. beati qui non uiderunt et crediderunt.
Jo. xx. et luc. x. Beati oculi qui uident que
uos uidetis. quod de uisu fidei intelligendum
est. gal. iii. Qui ex fide sunt benedicentur
cum fideli abraham. ex predictis non est mi
rum si fides deo placet. diabolo uero mul
tum displicet. nec mirum est ipsa ei cul
tum et honorem que ei in mundo exhi
bebantur abstulerit. ipsa diabolum expulit
ab hominibus et quantum ad animas et quantum ad
corpora. act. xv. Fide purificans corda e
orum. marci ult. Signa autem eos qui crediderint
hec sequentur. In nomine meo demonia eici
ent. hec est que diabolo resistit. i. pe. ult.
Cui resistite fortes in fide. Ipsa est scu
tum. ignea tela inimici extinguens.
eph. vi. In omnibus sumentes scutum fidei
in quo possitis omnia tela inimici ig
nea extinguere. Ipsa est lorica totum

hominē interiorem a diabolo ptegēs.
.i. ad thess. iiii. Induti loricam fidei. ipā
caput serpentis infernalis qđ ē error
uel infidelitas conterit. gen. iii. Ipā cō
teret caput tuū. eccī. xxv. Non est ca
put nequi⁹ sup caput colubri. Sicut
caput noui hōis. fides. s. diligentissi
me est custodiendū. sedm illud mt. x.
Estote prudentes sicut serpentes. Sic
ad destruend caput serpentis infnal.
s. errorem maxīe est conandū. q in p
mo pccō angli. ⁊ in pmo pccō hominis
error uidetur fuisse; ysa. xiiii. ero silis
altissimo. gen. iii. Nequaqm morte
moriemini. sit enim dš ⁊c. Fide di
abolum de arte nīis expellit. ponēs
ibi uexillum xpīn in cruce pendentē
qđ multū diabolo displicet. cum enī
supbissim⁹ sit. multū displicet sibi.
cum ab arte nīis expellitur. ⁊ cū uexil
lum illud exosum ei sit. eo qđ in cru
ce deuictus fuit. hoc uexillū timet
hostis sciens adeē regis psentiam. nō
enim datur regale uexillum exercitui
nī rex psens fuerit. Videns g° illđ de
uictoria despat. sciens se cōtra regem
dimicare. Iste qui in cruce deuictus
fuit. multum timet crucē. b. Nullus
demonū. ꝯpe stare potit uidens gla
dium in quo deiectus ē crucē. s. fides
lux est ualde exosa latroni infernali.
Jo. iii. Qui male agit odit lucem.
Job. xxiiii. de latronibꝫ. cum subito
apparuerit aurora arbitrantur ūbrā
mortis. ipē est ut fallus mercator uo
lens hoīes decipe. ideo tenebras qrit.
⁊ ē uelut deformis adult. qui nō uult
se ad lucem ostendere. Job. xxiiii. Ocu
lus adulti obseruat caliginē. Fides o
culus ē quem cornū infernalis mult

querit eruē. sicut corui uisibiles. Primo
currit ad oclm cadauis. nec mirum cū
fides diablm ⁊ ei insidias detegat. sine
fide hostes inuisibiles nō uidentur. ⁊ ideo nō
cauentur. oclm fidei dyāl seruientibꝫ suis
uelat. ne uideant quo ducantur. Sicut
solent oculi uelari hys qui ducuntur ad
patibulū. Quidā senex in uites parcū
qui opiuntur oculi aīalis tunc circuit ad
molendinū. alioqn nō ambulat in cir
cuitu mole. sic dyāl. si opuit oclos in
in omnē pccm humiliat hoīem. Jud. xvi.
Sanson erutis oculis ad molā circuit.
Fides est ocls dexter aīe quo amiss
hō ad pugnā inutilis est. Jō hostes in
uisibiles fidem multū conantur destruē.
.i. Reg. xi. In hoc feriā uobiscum fed⁹. ut
eruam omnium ureum oclos dextros;
cui⁹ intentio erat. qđ dextris oclis
erutis cū opirentur sinistri scuto. qui
inutiles fierent ad pugnā. Fides di
abolo nō cessat cōtumeliam facere
ipā ostendit eū nullius creaturē diui
num eē. ⁊ auctorem soli⁹ mali. ⁊ ꝓp cul
pam suam iam iudicatū. Jo. xvi. Pri
ceps h⁹ mundi iam iudicatus est. ideo nō
est mirū si fides ē multū exosa diablo.
Fides ualde est utilis hoī. ipā est lux
tenebras infidelitatis expellens. ubi fi
des nō est tenebre sunt. exo. x. Facte sunt
tenebre horribiles in uniusā tīra egyp
ti. ⁊ siluit. Ubicumqꝫ hitabant filii dī
lux erat. Fides int opa recreationis pma
est in minori mundo. hoīe. s. sicut lux
maiori mundo pma fuit. gen. i. Post
creationē celi ⁊ tīre siluit. fiat lux ⁊c.
Fides columpna nubis est. de egypto te
nebrarꝫ errorꝫ infidelem potens educēs.
exo. xiii. Fides columpna est fulciens cor
hoīs. Vere enim homo qui p carnem ligū

est habet caput tremulum et oculos caliga-
tes. sed fides trina et oculum intellectus illuminat,
et cordi vacillanti fulcimentum prestat. Est enim
fides, fida et salutaris credulitas. B[ernardus] in
v. libro de consideratione. In hiis que fidei sunt
omnino cavenda est confusio. ne aut incertum
opinionis fides ligeret. aut quod firmum fixumque
est fidei. opinio revocet in questionem. opinio enim
non si habet assertionem. temeraria est. fides
si habet hesitationem: infirma. Et vero quod co-
lumpna illa ex parte filiorum israel lucida erat:
ex parte vero egyptiorum tenebrosa sit/ et fides fide-
libus lux est quam infideles tenebras reputant
et maxime quantum ad ea que pertinent ad
incarnationem filii dei et liberationem generis
humani. Ipsi sunt qui nocturne lucem repu-
tantes tenebras. ysa. v. Ve qui dicitis
bonum malum. et malum bonum ponentes
lucem tenebras et tenebras lucem. Fides in-
ducitur eis stulticia. cum tamen vere sit sapientia.
i. cor. i. quod stultum est dei sapientius est ho-
minibus. Fides est lucerna ad quam in noc-
te vite presentis ambulatur. ii. cor. v. Per fidem
ambulamus et non per speciem. aug. in li. de fide
ad petrum. Si quis non ambulaverit per fidem
non perveniet ad speciem. Fides ceteris virtutibus
fidem ministrat lumen. Ipsa est stella ma-
tutina solem iusticie et intelligentie pre-
veniens. per eam oritur dies gratie quem sequitur
dies glorie. ipsa est stella cardinalis naviga-
tibus per mare huius mundi portum ostendens et
patriam. Ipsa est stella reges spirituales ad
salvatorem adducens. mt. ii. Ipsa est prima
gemma in corona intellectus. que ex .v. luminibus
fabricatur. corona intellectus est lumen salubris
cognitionis. Job xxxi. Librum scribat ipse qui
iudicat. ut in humero meo portem illum. et
circumdem illum quasi coronam mihi. a sole intelli-
gentie. quasi quinque radii luminis vivi
fluunt super intellectum nostrum. s. lumen fidei.

consilii. prudentie. intellectus et scientie. Divi-
nitas vero homini luminum videtur sic posse o-
stendi. anima ad tria habet comparationem. s. ad
principium a quo est. s. deum. et ad opera quorum
ipsa est principium. et ad ea que dant ei occa-
sionem. ut sit principium eorum instruendo. s.
eius intellectum. vel movendo affectum sive
voluntatem. signa naturalia vel positi-
va intellectum instruunt. bona et mala in-
quantum talia movent affectum. Fides est
lumen illuminans intellectum circa principium
a quo est anima ostendens ei dei maiestatem
et iusticiam et misericordiam dei in creaturas ra-
tionales. Donum vero consilii et virtutis prudentie
illuminant animam circa opera quorum ipsa est
principium. ad consilium pertinet delibe-
rare an quid sit faciendum. Ad prudentiam
vero pertinet providere ut opus fiat eo fine
quo debet. et vestire illud aliis debi-
tis circumstantiis. Prudentia providere debet
ut opus exigentis sit fructuosum. dirigen-
tium. proximo lucens per bonum exemplum.
et sicut alterius scientie est cognoscere an ex-
pediat aliquem sanari. alterius vero cognoscere
qualiter aliquis sit sanandus. quia primum
pertinet ad theologiam. secundum ad medici-
nam. sic aliud lumen est donum consilii.
quam prudentia. Donum vero scientie prout per-
tinet ad bonum et malum. in quantum
movent affectum nostrum. bonum autem et mala
denotantur. gen. ii. Cum dicitur lignum scientie
boni et mali. et eiusdem. iii. Eritis sicut dii
scientes bonum et malum. Ad hoc donum
pertinet cognoscere deceptiones quas bo-
na presentia et mala que non sunt vera
bona vel vera mala faciunt hominibus.
Tripliciter fallunt homines bona temporalia.
Primo: quia faciunt eos credere quod ipsa
habeant suavitatem veram et magnam. cum
aliter sit. sic falluntur voluptuosi. eccl.

.xiij. Iuuenem amarore mortis mulierē.
h mulier uoluptas tēpālis est. Scdo
faciunt credere qd̄ in eis sit copia.
cū inuitate generauerunt possessores
suos. luc. i. Diuites dimisit inanes.
Tercio faciunt credere qd̄ sit honor q
est ignominia. luc. xvi. Qd̄ hōib; altū
est abhominatio est añ dm̄. pp̄ has de
ceptōes cupiunt hōies ñ uera bona p
ueris bonis. fugiunt & male penē p
sentes que ñ sunt uera mala p malis
ueris. que sunt mala culpe & mala fu
tura. Ad donū ū intellēs ptinet cogno
scere signa naturalia & positiua. s. c
aturas que sunt q̄i libri naturales.
& sacramēta q̄ sunt q̄i signa posi
tiua. & ritus. & formas in eccaṙ. ornat
& ministror. & hitus religiosor. &
simil in q̄ntum ptinent ad salutē
etnā. que significatio sepius est sōne
similitudines. v. g. homo p trā signat
rōne similitudinis ut intelligat homo
se ad modum trē ēē sterilem ñ excu-
latur. & qd̄ sup nich. tpāle. s. dz ē
fundar. s3 deo inniti. s3 qd̄ desup irri
gare dz rōne grē & pluuia doctrine.
It fides initiū est uite spūalis. p fi
dem enim hitat xp̄c in cordib; nrīs.
eph. iij. qui uita est ut ip̄e ait jo. xiiij.
& sicut unusquisq; uiuum mors spū
alis est. sic unaquęq; uiuit uita ē.
Vñ dr̄ ro. viij. De prudentia sp̄c. qd̄
uita ē fides. uita est intellēs. est eñ
uiuus gladius a uero sole procedens.
sufficiens ad procedendū fructum bo
ni opis. sicut arbor uiua fruct̄ ex se
pducit. ip̄a ē est cā residui uite spū
alis. ip̄a cā est amoris. qui dr̄ uita
aīe. Vñ sup illud gal. v. fides que
p dilcōnem opat̄. dicit glo. op̄ fidei
ip̄a dilectio est. b. ad fres de moribz ecce.
Vita aīe amor dei. hūc fides concipit.
spes parit. sp̄c scs̄ format & uiuificat.
lactat lectio. meditatio pascit. orō con
fortat & illuīat. Amor dei dici potest
uita. q2 op̄a bona ideo sunt deo accep
ta & remuneratōe digna. q2 ex amo
re dei procedunt. & in hoc attendi potest
uita eor. fides g° cā est dilcōnis. & p
dilcōnem cā est op̄m. Vñ ip̄e est p̄ma
pars uite grē. & cā tocī residui uite.
ideo hn dr̄. ro. i. & heb. x. qd̄ iustus ex
fide uiuit. & ad gal. ij. In fide uiuo fi
lij dei. Vita & glīe ex fide erit. i. jo. v. Vi
tam hēbitis etnam qui creditis ĩ no
mine filij dei. extra fidem nich uiuit.
Sicut in mari mortuo nich uiuere
potest. s3 eñ faciem dei ibit mors.
abac. iij. Ip̄a est lux que oritur his
qui sunt in umbra mortis. ysa. ix. h
tantib; in regione umbre mortis lux
orta ē eis. Ante faciem eī ibi tripl
mors. Primo mors culpe. pū. xv. p
miām & fidem purgant̄ pcc̄a. gal. ij.
Ex opib; legis nō iustificat̄ homo.
ñ p fidem ihu xp̄i. ro. v. Iustificati g° ex
fide &c. act. x. huic oms̄ pp̄he testim
phibent remissionē pccōr accipe p
nom̄ eius. oms̄ qui credunt in eum.
& in eod. In hoc omīs qui credit iusti
ficat̄. Scdā mors tpālis que in por
tam uite etne p fidem conuertit̄. aug
xiij. libro de ciuitate dei. Tantam dr̄
fidei grām pstitit. ut mors q̄m cōstat
uite ēē contrariam instrumentū fieret
p qd̄ transiret̄ ad uitā. jo. xi. Qui cre
dit in me & si mortuus fuit uiuet.
Intell. credens & mortuus uiuit. sic
ñ credens & uiuus mortuus ē. Tercio
mors etna. Vñ jo. xi. Omīs q uiuit

q credit in me n̄ moriet᷑ in et̄nū. ¶ It̄
fides est initiū salutis xp̄iane. vt dicit
aug᷑. et eā toti᷒ salutis ei᷒ est aspectus il
le xp̄i in cruce exaltati qui sanat a
morsu serpentiū infernaliū. Jo. iij. Si
cut moyses exaltauit serpentē in de
serto. ita o3 exaltari filium hoīs. ut
omnis qui credet in eum n̄ peat s3 hēat
uitā eternā. hoc signatum est sup. xxi.
ro. x. Si confitearis dn̄m ihm xp̄m in
ore tuo. et in corde tuo credid̄s qr dn̄s
excitauit eū a mortuis saluus eris. fides
est fundamentum omnium bonoꝝ. vt dicit
aug᷑. vn̄ uidet᷑ ruinā q̄rere qui sn̄ ea
uult edificare. ro. x. Tu aūt fide stas.
i. cor. xvi. vigilate et state in fide. ecc.
ij. Qui timetis dn̄m credite illi et n̄
euacuabit᷑ merces uīa. ysa. vij. Si n̄
credideritis n̄ pmanebitis in fide stabi
le est edificium. cū fides in aliquo de
struit᷑. funditᵘˢ bonū in eo destruitur.
sen. Nichil retinet qui fidem pdidit.
qui sine fide est omni uero bono uacu᷒
est. vn̄ de quodam iudeo pp defectū
hospicij in templo apollinis iacebat de
mones qui ibi conuenerant requisiuit a
magro suo. qui ibi iaceret. Rn̄derunt
ve ve. vas uacuū et signatū ut refert
gg᷑. in dialogo. Ille n̄ habebat fidem
xp̄ianam. s3 sibi de nocte impsserat si
gnum crucis. qr uiderat xp̄ianos sic
facientes. vn̄ cum n̄ hr̄ent uera fide
uacuus erat omī bono. ¶ It̄ fides
radix est omnium bonoꝝ. cetere u̇tutē
sunt radices suoꝝ opm. s3 ipā ē radix
ceteraꝝ u̇tutum. si hec radix auellat᷑
cete u̇tutes arescunt. aug᷑. sup Jo.
Sicut in radice arboris nulla prius
apparet spes pulcritudinis. et tn̄ qc
quid est in arbore pulcritudinis ex
decoris ex illa pcedit. sic ex fidei hu
militate quicq̄d uitā quicq̄d re tribu
nis aīa susceptura ē pcedit. ¶ It̄ gg᷑.
Sicut rami sine radice u̇tutis ares
cunt. ita q̄libet opa licet bona uide
ant᷑. nulla sunt. si a fidei soliditate
disiungant᷑. fides hoīem filiū dei effi
cit. gal᷑. iij. Omīs filii dei estis p fidem.
Jo. i. Dedit eis potestatē filios dei fi
eri his qui credunt in noīe ei᷒. i. Jo. v. Oīs
quicūq3 credit qm̄ ih̄c est xp̄c ex deo na
tus est. aug᷑. de fide ad petrum. Sine
fide nemo potest ad filioꝝ dei numer᷒
puenire. fides est que uiā ostendit ad
regnū. vn̄ aug᷑. sup illud. ro. iij. Arbi
tram᷑ iustificari hoīem p fidem. bo
na ante fidem inania sunt. ita enī
m̄ uident᷑ ēē ut magne uires et cur
sus celerrim᷒ p̄t uiam. Nemo g᷑
cōputet uere bona opa sua ante
fidem. vᵇ fides n̄ erat. uere bonum
opus n̄ erat. bonū enim opus inte
tio facit. intentionē fides dirigit.
Jdem de fide ad petrū. Sine fide omīs
labor hoīs uacuus est. tale quippe ē
ut sine uera fide quisq3 uelit deo pla
cere. quale si quisq3 tendens ad pat
ria in qua sciat se bene uicturū relīq
quat uiitis rectitudinē et improud᷒
sequat᷑ errorē. quo n̄ ad beatam uitam
pueniat. s3 in pcipitiū cadat. vᵇ nō
gaudiū pueniētiū det᷑ s3 cadentiū t̄
ritus inferat᷑. Jd᷑. si bona uidebant᷑
antequā crederes currebas quidē.
s3 pter uiam currendo errabas poti᷒
q̄m pueniebas. ¶ It̄ fides uidet᷑ ēē
mater ceteraꝝ uirtutū genitā. vt
tangit mat᷑. sup illud. Mt. i. Abra
ham genuit ysaac etc. ¶ It̄ fides
primum hᵗ congressum in bello

spūali. scđm illud prudentij. i. Prima
petit campū dubia sub sorte duelli.
pugnatura fides. fidei in scriptura sacra
spūaliter victoria ascribitur. Vn̄ de scīs
dr̄ heb. xi. qđ p fidem vicerūt regna.
Vincit fides ꝛ regnū inferni ꝛ reg
num celi ꝛ regnū mundi. Regnū
inferni cū fidelibꝫ xp̄c contriuit portas
ereas ꝛ uectes ferreos confregit. et
cotidie infernū vincit. dum oīs fide
lium aīas a porta inferni eripit. ꝛ
dū ignē infernalem qui tum ad eos q̄
uere fideles efficiuntur extinguit. leg
ꝛ de bō gg̃. qđ cum quodam tpr̄ an
palacia traiani qui imperator fuit
transiret. recordatus clementie el̄ amarissi
sime flere cepit. ꝛ tandem p eo ante
altare scī petri fleus orauit. donec
obdormiuit. ꝛ ad eum dormitantē
uox dixit. traianū precibꝫ eius a
penis infernalibꝫ liberatum. si de ce
tero caueret ne p aliquo infideli
defuncto orare presumeret. Regnū
ꝛ celi uincit. qr̄ q̄ quadam uio
lentia illđ acquirit. p fidem enī scī
adepti sunt repmissiones. heb. xi.
. i. pe. i. Reportantes finem fidei. sa
lutem aīarū suarū. uestrarum. Hec uin
cit mundū. i. jo. v. Hec est uictoria
q̄ vincit mundū fides nr̄a. Fides uī
cit mundū in quibꝫdam mundum
subiciendo. in alijs eum abiciendo.
Subiciendo uincunt mundū q̄ re
manentes in mundo terrena sibi subi
ciunt. ꝛ dn̄antes eis faciunt q̄dam
mō se altiores. ꝛ ad ipugnandū ini
micū potenciores. faciunt enī inde
largas elēas. que mođ ipugnandi
diabolum ualde efficax est. Vn̄ scđm
illud ps. Mīa mea ꝛ refugiū meū.

dicit aug. de nulla re sic timetur inimi
cus dia. ut de mīa ꝛ elē. xxix. Dr̄ de elē
sup scutū potentis ꝛ sup lanceā adu
sus inimicū tuū pugnabit. econtrario
cupidi ꝛ auari n̄ sibi terrena subiciunt
s; potius se terrenis. sup humos suos
nientes ea que male acquirunt. ꝛ q̄
se uiuos sepelientes similes talpe. sup
humos suos ponentes terram q̄m fodi
Scđo m̄ uincunt mundū qui rebꝫ mu
di p amore xp̄i renūciant. q̄ ad modum
luctantiū se trenes spoliant. ne dia
bolus quo eos teneat. detrahat eos et de
uincat. luc. xiiij. Omīs ex uobis qui
n̄ renunciauit omībꝫ que possidet n̄
potest eē mīs discipulus. Fides uincit mū
dū. i. ea que sunt mundi. s. diuitias
delicias ꝛ honores. Delicias uincit dū
ostendit corpus uiuīn latinem eē mor
codempnatū. de quo patet qđ nō de
cent eū delicie. Sen. Omīs capitali
supplicio codempnati sunt. eccī. xxxiij.
Seruo maliuolo tortura ꝛ compedes.
ysa. xi. Et erit fides cinctoriū renū
eius. Diuitias uincit. dū ostendit
eas eē in muscipula diaboli. aug. po
quis rape in muscipula ē. tenes ali
enū ꝛ teneris a dia. Hec diuitias
uincit dū etnas longe meliores eis
ostendit. heb. x. Rapinā bonorū uōr
cū gaudio suscepistis. cognoscentes uō
hr̄e meliorem ꝛ manentē substan. i
thimothi. ult. sup illđ. Sectare iustitiam.
pietatem. fidem. dicit glo. Qui uera
fidem de deo hr̄ n̄ cupit in miseris su
fieri diues. nec pluris est ei mundus
q̄m ds. gg. Vilescunt temporalia cum
siderantur etna. Honores uincit. dum
plenos cōfusione eos eē ostendit. phil.
. iij. Gl̄ia in cōfusione eorū qui terrena

ſapiunt. b. Omnis ſcriptura illuſionis eſt.
poſtquam domino in ſcriptura illuſum eſt. Hec
terra moyſes fide uincit. Unde ad heb. xi.
fide moyſes grandis factus negauit ſe eſſe
filium filie pharaonis. ecce contemptus hono
ris. magis eligens affligi cum populo
dei quam temporalis peccati habere iocunditatem.
ecce contemptus delectationis. aſpiciebat enim
in remunerationem. de hac uictoria mundi
dicitur. Jo. v. Quis eſt qui uincit mundum
niſi qui credit quod christus eſt filius dei. quod intelligi
eſt de illo qui hoc credat fide uiua. De fi
de enim mortua dicitur. b. nec mirum uinci po
teſt. ſi nec quamquam uincit fides. que nec uiuit.
Et non quod mundus cum duabus manibus nobis
cum pugnat. ſ. dextera proſperitatis et ſini
ſtra aduerſitatis. proſperitas. ſ. alliciens et ad
uerſitas terrens. quem ille uincit. qui credit
quod christus eſt filius dei. qui enim hoc credit
cum filius dei fuit ſumme bonus. nouit
quod in ipſo non fuit defectus ueri boni. nec
preſentia ueri mali. Unde cum in eo temporalis
proſperitas defuit. et aduerſitas affuit cog
noſcere poteſt quod temporales proſperitas non
eſt uerum bonum. nec temporalis aduerſitas
uerum malum. Unde nec illa eſt appetenda
nec iſta timenda. aug. Omnia bona terrena
contempſit homo christus. ut contempnenda mon
ſtraret. et omnia mala terrena ſuſtinuit
que ſuſtinenda precipiebat. ut nec in illis que
reretur felicitas. nec in iſtis timeretur infeli
citas. ¶ Item fides regna uincit faciendo
ne peccatum in nobis regnet. Ro. vi. Non reg
net peccatum in ueſtro mortali corpore. ut obe
diatis concupiſcentiis eius. Fides eſt ſcutum
triangulum quo circumdat nos ueritas dei.
Unde angulus eſt fides de perſonis eternis. Alius de
bonis eternis. tercius fides christi mediato
ris. Fides oſtendit hiis qui ſunt in pug
na ſpirituali. ex una parte regnum eis paratum
ſi uicerint. ex alia parte patibulum infer
nale eis paratum ſi uicti fuerint. et ſic cauſa
eſt ſtrenue pugnandi. et uincendi. b.
Quid eſt quod non optamus et per medios en
ſes ſi oporteat declinare tantam miſe
riam et ad tantam accelerare gloriam
niſi quod mortua eſt fides noſtra. Fides oſten
dit christum pugnantibus. et hoc tripliciter. Pri
mo ut ſtrenuum ducem ſtrenue agendi
exemplum dantem. Secundo ut fortiſſimum
adiutorem. Tercio ut liberaliſſimum re
muneratorem. Primo modo oſtendit ipſe ſe
apoſtolis cum eſſent clauſi in domo propter metum
iudeorum. oſtendens eis manus et latus. luc.
ult. et Jo. penult. et xvi. Confidite ego uici
mundum. tren. iii. Dabis eis ſcutum cordis
laborem tuum. aug. Magna conſolatio mem
bris ex capite. greg. Si paſſio domini ad me
moriam reuocetur nichil adeo durum. quod non
equo animo toleretur. heb. xii. Recogitate
eum qui talem ſuſtinuit a peccatoribus aduer
ſus ſemet ipſum contradictionem. ut non fa
tigemini animis ueſtris deficientes. Secundo
modo oſtendit ſe christus ſtephano pro eo lapidando.
qui uidit gloriam dei et ihesum ſtantem a dextris eius.
tamquam paratum ad iuuandum. act. vii. i. cor.
x. Fidelis deus qui non permittet nos temptari ſupra quod po
teſtis ſed faciet cum temptatione prouentum ut poſſitis
ſuſtinere. Joſue. i. Confortare et eſto ro
buſtus. noli metuere et noli timere. quoniam te
cum eſt dominus. Job. xvii. Pone me domine iux
ta te et cuiuſuis manus pugnet contra me.
Fides ponit dominum iuxta hominem. immo intra
hominem. per fidem enim habitat in cordibus noſtris.
Unde ipſe pugnans in homine triumphat. ii.
paral. xx. Non eſt pugna ueſtra ſed dei. et poſt.
Non eritis uos qui dimicabitis. Sed
tantummodo confidenter ſtate et uidebitis au
xilium domini ſuper uos. b. quotiens temp
tationibus reſiſtis. uincis malignum totiens

noli prius tribuere uiribus. noli in
te: sed magis in domino gloriari. qui enim for
tes ille armat tue tederet infirmi
tati. Tercio modo ostendit deus se abra
ham. gen. xv. Noli inquit timere ego
protector tuus et merces tua nimis. aug.
Labor te terret. uide mercedem. Vel sic V
trumque in es domine ihesu et speculum patien
di et premium patientie. Fides determinat
nobis et locum pugne spiritualis et temp.
de loco dicit b. In mundo isto qui est sta
dio positi sumus certamus. ubi qui sepe
mortuus est. quisquis siue liuore uel pla
gam non susceperit in suo iudicio miles
inglorius apparebit. Tempus uero est totale tem
pus presentis uite. Job. vij. Milicia est
uita hominis super terram. Fides ostendit
hostes cum quibus pugnare habemus
et modum pugnandi quem habent. Fides et
ostendit et deum et angelos bonos et ma
los aspicientes certamen nostrum. boni
aspiciunt ut si uincimus gaudeant
mali ut si uicti fuimus irrideant.
i. cor. iiij. Spectaculum facti sumus mun
do. et angelis et hominibus. homo sine fide
est quasi homo cecus qui pugnat cum
uidente. Fides est radix sapientie. eccl. i.
greg. Vocat eam sapientiam in prologo mora
lium. Fides est sapientia illa quam non uincit
malicia. sap. vij. Attingit enim a fine
usque ad finem forti. a fine inicium cogita
tionis usque ad finem operis. Fides enim
ostendit cogitationem malam esse uelud
caput serpentis infernalis. cui fortiter
resistendum est. Jero. Lubricus est antiquus ser
pens. et nisi capite teneatur statim totus
illabitur. Item fides attingit a fine. i.
a creatione mundi usque ad finem. i. usque
ad extremum iudicium. per uisum creationis
mutans homines ad dei seruicium. et per

districtionem iudicii exterrens a dei offensa.
Item fides attingit a fine usque ad finem.
a celo. s. usque ad infernum. a delectationibus
interiorum separans homines ab amaritudi
ne suppliciorum infernalium. et amaritudi
nes que occurrunt in seruicio dei dulcorans
magnitudine premiorum. greg. Hec dulcia que
runt noce est ut amara tolerent. eccl.
Vsque in tempus sustinebit patiens. et postea
reddet iocunditates. sic sapientia disponit
omnia suauiter. guttas amaritudinum
presentium in mensa dulcedine futurorum
bonorum condiens. Fides dicit illud ysa. xxx
viij. In dimidio dierum uadam ad portas
inferi. Nunc habitat in celo. sic in infirmi
tate descendit in infernum uiuens ne
descendat moriens. Fides triumphat de
uiciis. alia aqua lacrimarum submergendo.
alia igne infernali exurendo. alia famu
lorum et aliis afflictionibus effugando.
Item sacerdotia ea exponendo. ut per exclu
sionem et confessionem ab homine recte dantur.
Fides a deo fortitudinem recipit. ij. paral. xvi.
Prebet fortitudinem hiis qui perfecto corde
credunt in eum. Fide deus ab hostibus pro
tegit. eccl. xx. Credite in dominum deum uestrum et
securi eritis. Item a periculis eripit. i.
mach. ij. Ananias azarias misael cre
dentes liberati sunt de flamma. Fides mi
racula facit. mt. xvi. Signa eos qui cre
diderint hec sequentur in nomine meo et c. mt. xvij. Si ha
bueritis fidem sicut granum sinapis
dicetis huic monti. transi hinc et transibit
et nichil impossibile erit uobis. et mc. ix.
Si potes credere omnia possibilia sunt
credenti. Jo. xiiij. Qui credit in me opera
que ego facio ipse faciet. et maiora horum fa
ciet. heb. xi. Fide transierunt mare rubrum
tamquam per aridam terram. et post. Fide mu
ri iericho corruerunt. mt. ix. Fides tua te

saluam fecit. dem̄ est mulieri patienti
fluxū sanguinis. ℞ ch. x. dem̄ est ceco.
vade fides tua te sal. fe. Et fide informi fi
unt miracula. Vn̄ cum alexand' uenis
set ad montes caspios. et peryssz filij ca
ptiuitatis. x. tribuum licentiā egrediē
di ab eo. ipe cognita cā inclusionis eorum
qd' s. a pte recessissent a deo isrl'. uitul'
aureis īmolanda. et p prophas predcīn
eos a captiuitate n̄ redituros. Rndit
qd' arct' includet eos. cūq3 angustas
uias eorum obstruere uellet. mobilib3 bi
ciliaris. uidens laborem hūanū n̄ suf
ficere. orauit dm̄ isrl'. ut opus illd' cō
pleret. et accessert ad se inuicē prerupta
montiū. et fcā est locus īmeabilis. et
ut ait ioseph. Quid securus est p fide
lib3 suis si tm̄ fecit p infideli. Et fides
informis triumphare facit. sicut uidet'
accidisse in alexandro. cui p sompniū
ds apparuit in h'itu summi sacdotis
dum adhuc alexander in lecia ciuitate
macedonie eēt constitut'. dūq3 cogita
ret quō asiam posset obtinere. iussit
eū confidere. nam ipe exercitū ei' pdu
ceret et p'ncipatū p say et traderet qm
pmissioni eius crediderit. et scdm̄ fidem
suam fcm̄ est ei. Vn̄ cum ipe alexand' ira
tus iudeis. ueniret ih'osolim̄ ān̄ et pōtifex
iudeorum p cepto dn̄i pontificalib3 indut'
et reliqui sacerdotes cum eo legitimis
stolis induti obuiā exirent ei exe cum
tate. alexand' intuens antistitē ponti
ficali stola insignē. et sup cydarim la
minā in qua scriptū erat nomen dn̄i
descendit de equo et adijt eum solus
et nom̄ dn̄i adorauit. et pontificē uenā
tus est. et obstupuert principes exer
citus. putantes mentem regis ludifi
catā. Solus parmenio q̄siuit ab eo

cur sacerdotē gentis iudee adorasset.
et rndit. Non hunc adoraui. s3 dm̄
cui' p'ncipatū sacerdotij gerit. namq3
sompniū in tali h'itu cōspexi. ¶ Ite
fides usq3 ad dm̄ attingit. Vn̄ aug. fi
des est res audax et impla. peruenens
quo n̄ ptingit intelligentia. ipa ascē
dit cherubin. et uolat sup cheraphin.
senas alas h'ntia. ysa. vi. b. Quid nō
inueniat fides? attingit inaccessa. de
phendit ignota. cōprehendit inmēsa.
apphendit nouissima. ipam denique et
nitatē suo illo uastissimo sinu quodammō
circūcludit. Fides est uirt' pbata que
corripit insipientes. Sap. i. Ipā est cō
munis uia salutis et sapientib3 et insi
pientib3. ipa in fornace p'sentis tribula
tōis n̄ ledit'. s3 meliorat'. i. pe. i. vt p
batio fidei ure multo p'ciosior sit auro
qd' p ignem pbat'. ipa ordinat et regit
totam uitā p'sentē. Vn̄ apls. heb. xi.
Opa antiquorum p'ssim quib3 uel deo pla
cuert. uel hoīb3 mirabiles extiterūt
fidei attribuit. exempla ponens. de di
uisis libris ueteris testamenti. apoc.
xiij. hic ē pacīa et fides scōrum. et hec de
cōmendatoē fidei dcā sufficiant. l3
multa ad ei' laudem ptinentia defici
ant. apls. heb. xi. Laudes fidei n̄ com
pleui. deficiet inquit tpe me enarrā
tem de gedeon et c. Vn̄ n̄ est mirū si nos
eas n̄ expleam'. De articulis fidei

Sequit' de articulis fidei. Sūt aūt
articuli modice ptes fidei. put fi
des notat ea q̄ creduntur. sicut articu
los dicim' modica mēbra in corpe hūa
no. artam' ad articulos credendos et
ipi credenti artant nos ad timorem
dei uel amorē uel aliam affcōnem
in dm̄. Et nō qd' n̄ omnia credenda

dici possunt articuli fidei. Sunt enim
quedā que fidem antecedunt. ut q
sunt iuris nālis. sicut ē hoc q° pximo
ñ est nocendū. quedam u° eā sequuntur
fidem. ut fidem tñ antixpm eē fu
turū. et licet tamen h° q°m illa sint cre
denda. tñ ñ sunt articuli fidei. et
uidetur quibusdam q° ñ sunt articuli
ñ sunt de deo. Item nō q° uni credenda
quedam sunt de deo quedam de aliis. In
ter ea u° que sunt de aliis deo quedam
sunt de eo sine respectu creaturarum. q
dam ē creaturarum. Que sunt sine ē
creaturarum sunt unitas essentie. singu
laritas in nobilitate et supereminē
tia. contra q° blasphemauit manicheus
ponens duo principia bonorum. s. et ma
lorum. et duos principes lucis et tenebrarum
et duo regna. eternitas. simplicitas.
inmutabilitas. psonarum trinitas et ear
equalitas. H° sunt quasi .vii. stelle in
dextra xpi. apoc. i. Fides enim illuminans
circa ista .vii. donum xpi est. Inter ea
u° que dicuntur ē creaturarum principalia
sunt. dei potentia. sapientia. bonitas. uel
benignitas. consequentia u° ad hec. sunt
creatio. recreatio et similia. Ex apprehen
hensione u° potentie. sapie. et bonita
tes. oriuntur quasi partes diuini cultus. ex
apprehensione potentie diuine. ado
ratio. ueneratio. Ad adorationem pti
net humiliatio nostra exterior uel interior.
qua recognoscimus nos subesse deo.
ad saluandum uel pdendum iure ple
nissimo. exterius fit h° recognitio. In
curuatione genu flexione pstratione
et cum exprimimus uerbo nostram subiectio
nem. ad dominationem plenissimam potentiam dei.
Interius u° fit hec recognitio cum cogi
tamus putantem nostram diuine maiesta

ti subiectam. Ad uenerationem u° ptinet q°
ad dominum ñ nisi loca psumimus accedere uel
sacra loca intrare. uel sacra contrecta
re. Item ad eandem ptinet sacrorum lo
corum decor uasorum et ornamentorum. et lumina
rium apparatus. et celebritas diuini
officii. Ex sapientia u° dei tanta [illegible]
tuente. oriuntur timor et pudor et so
licitudo declinandi ea que deo displi
cent. et querendi ea que deo placent. De
bonitate u° primo oritur amor. et si refe
ratur bonitas ad operationes. oriuntur .iiii. no
mina. Primo uocatur gratuita beneficen
tia in quantum gratis tribuit bona
sua. Secundo mia in quantum tollit uel
leuit mala nostra. Tertio iustitia in quan
tum ulciscitur mala. Quarto largi
tas remunerans obsequia. Ex bonitate d
primo in nota oriuntur .iiii. partes diuini
cultus ex radice unius uirtutis procedentes
que dici possunt gratitudo uel deuotio.
Prima pars est gratiarum actio. Secunda benedictio
siue bonorum imprecatio. tertia laudatio.
quarta glorificatio. que predicatio bonitatis
eorum dei ad alios. Ex mia u° oriuntur mul
te partes diuini cultus procedentes ex radi
ce unius uirtutis. que est spes uenie uel
gratie. Prima pars est deprecatio pro malis tol
lendis uel leniendis. Secunda oratio pro bonis
optinendis. tertia afflictio uel ieiunium.
quarta elemosina. Ex iustitia u° pro domini tim
res oriuntur penitentia et cautela. A malis in
quantum referuntur ad fugiendam diui
nam ultionem. Ex largitate obsequia remu
nerante oriuntur spes remuneratoris que
est omnis diuini cultus. in quantum [illegible]
ē ad mercedem eternam. Inter credenda u°
que sunt de aliis rebus a deo. Primum est
quod inchoatio mundi est in aliis rebus. Secundum
mundi inchoatio cum uniuersis que de eo

sunt. tercium creatio animarum in corporibus. quartum
tum corporum immortalitas. quintum singulari
tas corporum contra pluralitatem pictagori
cam. Sextum resurrectio corporum. Septimum
loca tormentorum futurorum scilicet inferni et pur
gatorii. Octavum sacramenta. Nonum
gratia. Decimum liberum arbitrium. contra
ista inveniuntur errores. Item nota quod
articuli fidei collecti sunt in tribus locis
scilicet in symbolo apostolorum quod dicitur submisse. et
in illo symbolo quod cantatur in missa. quod
a sanctis compositum est. et in symbolo athana
sii quod cantatur ad primam. scilicet quicumque vult.
Primum factum ad instructionem ecclesie que no
vella erat. aliud post heresibus ortis ad ex
plantationem primi et expugnationem quo
rundam hereticorum ortarum et maxime contra
illam que dicebat adorationem spiritui sancto
non esse tribuendam. Unde contrarium multum
exprimitur in illo symbolo. Tercium vero
factum fuit contra alias hereses maxime
contra illas que erant contra incarnatio
nem filii et resurrectionem mortuorum. Pri
mum submisse ideo dicitur, quia quando factum fuit non
ita publice fiebat prestatio. Alia vero
duo alta voce quia facta fuerunt contra here
ticorum proclamationem. et quia tunc erat pu
blica fidei prestatio. primum symbolum
dicitur ad primam et completorium duplici ratione.
Primo quia altera harum horarum principium est
diei altera noctis. In principio ergo diei et
principio noctis dicitur. credo in deum. quia fides
est principium omnis boni. Secundo quia fidei pro
fessio valet ad effugandos demones qui
diurnis et nocturnis actibus insidiantur.
et eisdem horis. eisdem temporibus a laicis
fidelibus dicitur et a religiosis et dicitur quando homo
morti appropinquat ad demones effugiendos.
qui tunc insidiantur. secundum illud gen. iii. tu
insidiaberis calcaneo eius. Possunt autem

distingui symbolum apostolorum in .xii. arti
culos. sicut .xii. fuerunt apostoli. qui compo
suerunt. fides vero horum .xii. articulorum est
velud corona .xii. stellarum in capite sponse
scilicet in illa. scilicet apo. xii. Primus articu
lus pertinet ad patrem. sex sequentes ad
filium. Primus illorum est secundum divinita
tem. quinque alii secundum humanitatem. et quinque
ultimi pertinent ad spiritum. Primus arti
culus. credo in deum patrem omnipotentem. creatorem celi et terre.
Et nota quod non est idem credere deo et cre
dere in deum. deo credit qui credit esse
vera que ab eo dicuntur. et hoc non possumus
dicere quod aliquis credit petro et paulo.
Credere in deum est credendo diligere. et
credendo in eum ire. unde glo. aug. super
illud io. iii. Credentium in eum qui iustificat
impium et cetera. Quid est credere in deum. cre
dendo amare. credendo diligere. credendo
in eum ire. et eius incorporari membris. Fides
ostendit homini deum esse summum bonum.
Ideo gressu amoris et bone operis huius
fidem tendit in deum. ex tam dictis patet
quod ille qui in peccato mortali est mentitur
cum dicit credo in deum. Si intendit il
lud dicere in ipsa persona. aliud est si inten
dat hoc dicere in persona ecclesie. fidem eius profiten
do. Ad declarationem vero huius verbi cre
do in deum. additur in symbolo sanctorum. unum
cum dicitur. credo in unum deum. Sequitur patrem
omnipotentem. Omnipotentia in tribus
attenditur. scilicet in amplitudine potentie.
per eum quecumque vult facere. Secundo in hoc
quod ad agendum nullo indiget. Tercio
in hoc quod a nullo prohiberi potest. Atten
de hanc coniunctionem. patrem omnipoten
tem esse valde dulcem. vere fidei. patri
enim non deest bona voluntas ad filios.
precipue patri matrum qui tamen obliviscetur
filiorum suorum quam mater. ysa. xlix.

Omnipotentem q̊ n̄ deest potestas implē
di illam bonam uoluntatē. prīs omnī
potentiā n̄ uidētur credere qui relicto
deo adherent dyabolo. credentes se fa
me mortuos si deo seruirent. cū d'ia
uel meliores uoluntatis uel maioris
potestatis sit ad prouidendū hijs qui
sibi seruiunt q̄m deus. Sequitur crea
torem celi et terre. Creare ē de nichilo
aliquid facere. ad declarationē huius
uerbi dr̄ in symbolo scōr. fcōrem ce
li et terre uisibiliū et inuisibiliū. que
expsso fcā est contra illam heresim
que dicit uisibilia ēē a principe tene
brarum. inuisibilia ů a deo. Scd's arti
culus ē et in ihm xpm fi. e. uni. do. n.
et est sensus. credo et c. fide tendo ad
ihm xpm fidem hēo de ipo. qd' ipe sit
ihc. i. saluator eorum qui ei adheret.
Ideo ei adhereo. et tenn. ex fidem hēo
qd' ipe sit xpo. i. unctus et benignus.
b. Omnino ipe mansuetudine que p
dicatur in te tuerunt post te dne ihu.
audientes qd' pauperes n̄ spnas. p̄cōre
n̄ horreas. Itē credo qd' sit filius dei cū
securite honor est. In hoc qd' dr̄ filii dei
intimatur qd' ipe sit deus. Sicut enī
filius hoīs homo est n̄ alterius speciei.
sic filius dei dš est. Sequitur unicū
dnm nrm. Xpc dns nr est duplici iu
re. s. iure creatōis et iure redemptionis.
creatura necessario est creatoris. cū eam
gratis fecerit et ex nichilo. tribz de
causis aliquis hēt ius in re. que sit.
uel ex eam fecit. uel ex p̄cium q̊ sit.
uel ex materia ex qua sit ipius ē. Sed
nulla harum causarum aliquis hēt dniū
in creatura n̄ creator. cōtra uniusale
dniū ipi peccare uidentur et q̊ nolunt
dnari et qui contra uoluntatem dei

terens dns uoluit obsequi. q̊ ascendit
sup occasum dns nomē illi. Ille solus p
dno hndus est qui suscitare potest ho
minē. si ei seruitio mortuus fuit. ad
liberti. Sequitur. miles dnm. illum
qui n̄ restituere ei equū suum si i
seruitio eī eum amiserit. Primi
mē articulos ptinentes ad filij hu
manitatē est hic. Qui cōceptus est de
spū scō natus ex maria ūgine. Xpc cō
ceptus est de spū scō. i. spc sci opato
ex spe. s. separauit a bā ūgine qd' pu
rissimū erat in ea. et formauit inde
corpus xpi et in instanti aīam infu
dit. ut tam cito ēēt uer homo et uer
dš. n̄ fuit aīa infusa circa. xl. die
a conceptōe sicut dr̄ fieri in aliis.
imo fuit uir ab ipa cōceptōe. I
pperi. Nouū creauit dns sup terrā
femina circūdabit uirū et c. Xpc in
cōceptōe culpam cauit. In natiui
tate ů matri sue dampnū uirginita
tis n̄ intulit. nec ei doloris cā fuit.
mansit enī mater eius uirgo post par
tum et sine dolore eum peperit. in quo
dedit exemplū filijs ut benigne se
hēant erga matres suas. nec sint
eis cā doloris uel depaupationis. Scd's
articls ptinens ad humanitatē ē pas
sus sub pontio pilato cru. mor. et sep.
Attendere dz fideles quā p eo sit
passus. et a psona que indigna ē et
uita cū ēēt infideles. crucē ē affi
xus qd' erat uilissimū genus tormē
torum in qua p seuerauit usqz ad mor.
ut fideles a cruce pnie ad suggest
tionē diaboli n̄ descendant. Sepul
tus ē licet corpus eius n̄ ēēt dan
dū corruptōi. scdm illud. Non da
bis scm t. ui. corrupt. Volens in

ista ab sconsione alijs assilari. Ter
cius articulus pertinens ad humanitatem
est. descendit ad inferos et hoc secundum
adam ut extraheret suos qui in limbo
erant. et attende pusilitatem hominis quia
non vult xpistum sequi in celum quem homo
secutus est in infernum. Quartus est
tercia die resurrexit a mortuis. sicut xpistus
mortuus sua virtute surrexit. ve
risimile est quod ipse iam viventes mor
tuos suscitare possit. Quintus est
ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris
omnipotentis. inde venturus iudicare vivos et mortuos. Si xpistus as
cendit in celum. ascendens post eum
qui ei adheret. in eodem enim hospi
cio membra recipiuntur in quo caput
receptum est. xpistus secundum quod homo sedet a
dextris patris. quia est in potioribus bo
nis eius. secundum vero quod deus quia cum regnat
equalis ei. ut tangitur glo. super illud ps.
Sede a dextris meis. xpistus sibi et suis
ad dextram patris locum elegit. quia in
dextra sunt delectationes eius usque
in finem. Inde venturus iudicare vivos et mortuos.
id est bonos et malos. vel illos qui in ad
ventu suo vivi reperientur qui in momen
to morientur. et post resurgent. et illos
qui prius erant mortui. magna fidu
cia erit fidelibus quod frater eorum iudicabit.
Jo. v. Pater non iudicat quemquam. sed omne
iudicium dedit filio. Primus articulus
pertinens ad spiritum sanctum est credo in spiritum sanctum.
sanctam ecclesiam catholicam. credo. id est fide tendo in spiritum
sanctum qui fidem habet. Quod spiritus sanctus magne boni
tatis et suavitatis sit hijs in quibus
habitat. preparat se ad hoc quod sit eius
habitaculum. hic per graciam. in futuro
per gloriam. sap. xii. O quam bonus et suavis
est domine spiritus tuus in nobis. ecc. xxiiii.
Spiritus meus super mel dulcis. Ad spiritum

sanctum tria pertinent in presenti et duo
in futuro. Cum enim ipse sit bonitas
ad eam pertinet destructio malicie.
bonitas enim contraria est malicie.
Unde ad eum pertinet sanctificatio. Jdo
dicitur sanctam ecclesiam catholicam. et pertinet
ad eundem articulum hec duo. spiritum sanctum.
sanctam ecclesiam catho. credere enim de
bemus quod spiritus ipse sanctus sit. et quod eccle
sia sancta sit ab eo. Item ad spiritum sanctum per
tinet sanctorum coniunctio et unio membrorum
in corpore ecclesie. et ad caput et ad invi
cem. sicut spiritus hominis in corpore huma
no membra unit. cuius unionis signum
est sacramentum dominici corporis. Item
ad spiritum sanctum pertinet communio quam
habent sancti adinvicem. in hoc quod sunt
socij in luce. quod tangit david dicens.
Particeps sum ego omnium timencium te et custo.
man. t. In communione quorum sanctorum tria invel
ligantur. sacramentum communionis ministra
corporis quod est causa communionem sanctorum so
cietatis. ex qua accidit quod quilibet
qui est de ecclesia vere partem habet in omni
bus bonis que fiunt in ecclesia. propter quam
uiam aliquis de facili dicat. Ad quam
et communionem sequitur dei coniunctio tam
bonorum quam malorum temporalium. ut
mala proximorum nobis assumamus per
compassionem. et bona nostra eis communi
cemus per elemosinarum largitionem. Item ad spiritum
sanctum pertinet remissio offensionum. cum
ipse sit benignitas ad quod pertinet deci
mus articulus. peccatorum remissionem. credere
enim debemus quod peccata remittuntur
in ecclesia per baptismum et penitenciam et alia sacra
menta. nec solum semel remittuntur
peccata spiritu sancto homini sed quocienscumque quis
vere penitet. Ad bonitatem et spiritus
sancti pertinet remuneratio tam in corpore

quam in anima. Ad remunerationem cor-
poris pertinet quartus articulus carnis
resurrectionem. Ad remunerationem
anime quintus vitam eternam. Qui car-
nis resurrectionem fideliter credit, non
timet miserum corpus expendere in
servitio Christi. ex quo sperat se recepturum
illud cum quadruplici gloria.
claritatis. impassibilitatis. subtili-
tatis et agilitatis. ¶ Item qui fidem
habet de vita eterna sollicitus debet esse quomodo
illi provideat. Si enim tanta sollicitu-
dine provideretur huic misere vite de
qua nemo certus est per decem. quanta
sollicitudo debet esse providendi illi vite
de qua certus est quod erit eterna. ibi
nec locus erit mendicandi ut mani-
festum est in divite epulone. luc.
xvi. et in fatuis virginibus. mt. xxv.
nec locus laborandi. nec aliquid
mutuo accipiendi. In vita enim
presenti vix est aliquis cuius paupertati
non consulatur aliquo istorum trium modorum.
ibi vero qui sibi non providerit. egestatem
eternam patietur. ut nec guttam aque
modicam habere possit. Articulos quos aug.
in li. de fide ad petrum. enumerat. xl. fir-
miter credenda et indubitanter tenenda
que causa brevitatis hic non ponimus.
5 Sequitur De errore illorum qui negant
de erroribus qui fidei deum esse
catholice adversantur. et primo dice-
mus de errore illo quem tangit david
dicens. Dixit insipiens in corde suo
non est deus. Et notandum quod hii qui sunt
in errore isto omni bono sunt indigni
quia largitoris omnis boni ingrati.
Unde indigni sunt disputatione qua
laboretur ad destructionem errores
eorum. Ipsi merito sunt a deo despecti

cum ipsi deum non reputent. et ideo a cor-
rectore sunt valde remoti. eccl. vii.
Considera opera dei quod nemo possit
corrigere. quem ipse despexerit. tamen de-
mentia in mensa est. et quia separatum est. Respon-
de stulto iuxta stultitiam suam ne sibi sapi-
ens esse videatur. prov. xxvi. Ad extirpatio-
nem huius erroris aliqua dicemus. error il-
le non solum insipiens est immo insania. quia ma-
ior insania quam dicere illud non esse quod est
omnibus ut sunt. cum insano vero nemo so-
let philosophari. Ad destructionem
errorum ipsius philosophus. Non oportet omne problema
nec omnem positionem considerare. Sed quando du-
bitabit aliquis indigentium tormentis
sed non pene vel sensus. Nam qui dubi-
tat utrum oporteat deum vereri et paren-
tes honorare vel non. pene indigent. qui
vero utrum nix alba vel non. sensus. Be-
ne qui deum non agnoscunt pena indiget.
ut qui in bonis positi non agnoscunt
omnium bonorum largitorem. in malis po-
siti agnoscant malorum liberatorem. gregorius
Oculos quos culpa claudit. pena aperit
ysa. xxviii. Sola vexatio tamen intellectum dabit
auditui. Je. xxxi secundum aliam transla-
tionem ferre. Post omne flagellum et dolorem
erudieris iherusalem. et thob. xi. Recepit
visum tobias cum filius eius lini-
vit oculos eius felle. et ii. mach. ix. Antio-
chus recognovit deum in tormentis ap-
positus dicens. Iustum est subditum esse deo et
mortalem non paria deo sentire. pena
mortem incutit, timor vero initium sapientie
est. prov. i. Qui in errore isto sunt. abusi-
simi et ignobilissimi sunt. Unde verbis
erudiri non possunt. prov. xxix. Servus
verbis erudiri non potest. quia quod dicis
audit et respondere contempnit. Vere
tempus sive voluntas in eam vel po-

in culpa e. qd tales n credunt dm ee. a
nimo enim multo nichil facile suadetur.
Ignobilis animi est et ingrati nolle ag
noscere benefactorem suum. nobilis non ani
mi e et uehementer desiderare. agnoscere eum
a quo beneficia recepit. satis pater in
paupere illo de quo legitur in uita beati nico
lai. qui cum beatus nicolaus multiplicites itera
tione aurum in domum eius paupertati eius con
suluisset. proposuit deinceps uigilare do
nec sciret quis esset qui aurum in domum
illius tam caute proiecisset. patet ergo ualde
ingratos esse qui dm negant ee a quo
incessanter beneficia recipiunt. Te
stibus de hoc credere nolunt. tale est hoc
sicut si quis credere nollet ignem ee a quo
tamen incessanter uehementer calefieret. ps.
Non e qui se abscondat a ca. ei. b. in li.
de diligendo deo. Inexcusabiles e infi
deles. si non diligit dm toto corde. tota
anima. tota uirtute. clamat nempe intus
eis innata iusticia. quod ex toto se illum
diligere debeat. cui totum se debere non ig
norat. Id. Infidelem urget iusticia na
turalis se totum tradere illi a quo se
totum habet. et ex se toto diligere. nullus est
qui compos sit mentis sue qui non possit
agnoscere quod ipse non semper fuit. et cum
non fuit. nichil boni habuit. ergo ee suum
et quicquid boni est habet ab alio habet uel
a solis parentibus carnalibus aut non. si a
solis parentibus carnalibus illi non semper fu
erunt. unde ab aliis habuerunt. et illi simi
liter ab aliis donec perueniatur ad aliquem
qui semper fuit. a quo primi patres carna
les initium habuerunt. a quo et habuerunt ut
possent alium generare. constat enim quod paren
tes carnales non habent a se quod generent
filium. cum quidam generent quem nollet ge
nerare. et quidam non generent quem uellent. et

cum uellent generare filium quidam ge
nerant filiam. Nescit etiam mater quomodo
filius in ea generetur. sicut quedam lauda
bilis mulier dixit filiis suis. ii. mach. vii.
Nescio inquit qualiter in utero meo appar
uistis neque enim ego spiritum et animam donaui
uobis et uitam. et singulorum membra non ego ipsa
compegi. Homo non a solis parentibus car
nalibus esse suum habet. sed a parentibus car
nalibus corpus. et a patre spirituum spiritum. secundum
illud aug. in li. de animalibus. Intellectus
diuinitus ab extrinseco aduenit. cum
primi patres carnales qui non semper fuerunt
ab aliquo qui semper fuit totum esse suum
acceperint. et quod aliquid boni possit con
ferre. patet illi qui semper fuit omne bo
num debetur quod a nobis habetur. quare
deus est. magna est ergo ingratitudo illum
non agnoscere cuius beneficia non cessamus
recipere. nec solum per parentes carnales
beneficia ipsius accepimus. sed etiam per alias
creaturas. collatio uero beneficiorum ipsius
quedam exhortatio est ad amorem ipsius.
aug. in li. confes. x. Celum et terra et omnia
que in eis sunt ecce undique mihi dicunt ut
deo tot partibus ei detractis quot sunt a
non enim remanet totum. ubi tot partes de
sunt. Item si diuina substantia habet partes
aut omnes partes sunt eiusdem nature aut
non. si sunt eiusdem nature. et omnipotent
et unaqueque pars erit deus et omnium alia
Si non diuersarum naturarum. quia illas di
naturas coniungit. ille potius deus eri
Item si anime partes sunt diuine substantie
haberent initium. ergo non sunt sancte. cui
trarium de luc. xi. Quod intus est uestri
num est rapina et iniquitate. et sulditu
stulti. Nonne qui fecit quod deforis est
quod deintus est fecit. id quod deintus est pl
iniquitate non potest intelligi non de anima. De er
rore illo qui ponit omnes animas simul fuisse
Sequitur de errore illo qui dicit
omnes animas simul fuisse creatas
contra quem errorem sic potest obici. constat q
habebant anime potentiam cognoscendi
uolendi. antequam corporibus infunderent
si omnes ab initio create sunt. ergo cum
haberent eas ociose merebantur uel de
merebantur. Si merebantur. debuerunt
bonitate confirmari. sicut et angeli.
Si demerebantur obstinari sunt sicut
et angeli qui peccauerunt et precium com
fuit irremissibile. sicut et angelorum
lorum. Item si habuerunt potentiam cogno
scendi et uolendi. cum cognoscerent carne
corruptam cui iungebantur. aut nolunt

re uiuebant. & tunc erat in eis potentia
actualis. aut inuoluntarie. & tamen in
iuste cum eis agebatur. cum corpori macula
ti eas inuicem uiuebantur. ad hunc er
rorem destruendum. per magna parte apta
ri possunt auctoritates & rationes que po
site sunt ad destruendum errorem illorum qui
ponunt angelos apostatas esse in corporibus
humanis. De errore illo qui ponit animas cum se
Sequitur de errore illo mine traduci sicut & corpora.
qui ponit animas seminari ut cor
pora. i. cum semine traduci decisione sua
ab anima. sicut & a corpore. contra quem primo
est quod legitur. gen. ij. hoc nunc os ex ossibus
meis. & caro de carne mea. ait adam pro
pter feminam. Si esset anima de anima sicut os de
osse. & caro de carne. debuit hoc scriptura sus
dicere. Unde glo. aug. super predictum uerbum.
Si aliud inquit flebat in femina quam
in uiro. ut a carne adae anima ei duceretur
non sicut uiri aliunde corpus aliud de
anima quod aliter fiebat. scriptura tacere non
debuit. ne ita sicut putaremus sicut sa
didiceramus. ergo quia non dixit ex anima uiri fa
ctam animam mulieris. monuit nichil ali
ud putandum. quam quod de uiro fuerat dein
de. i. inspirauit in faciem eius spiraculum ui
te. gen. ij. secundum glo. aug. Inspirare est
flare uel sufflare. flare uero hic dei fla
tum facere. i. animam facere. Item legitur eccles.
xij. Antequam reuertatur puluis in terram
suam unde erat. & spiritus redeat ad illum
qui dedit illum. & ysa. lvij. Flatus ego
faciam. & arist. in libro de animalibus dicit.
quod solus intellectus diuinitas ab extrin
seco peruenit. Item. cum anima rationalis inmorta
lis sit non est corruptibilis per corporis cor
ruptionem. ergo nec est generabilis per eius
generationem. Sicut enim se habet generatio ad
generationem. sic corruptio ad corruptio

nem. Item cum anima simplex sit non potest
anima ab anima esse per decisionem. sicut corpus
per decisionem non est a corpore. Item si anima se
minatur cum corpore. cum uirtuta sunt
sine conceptibus semina. omnino perit anima
inmortales ut ait aug. ad optatum.
Item corruptibilibus substantiis que non pos
sunt conseruare speciem suam in se. specia
liter datum est multiplicare speciem
suam ut sic conseruetur in alio. ergo cum
anime rationales non sint corruptibiles non
est datum eis. ergo non est anima rationalis ab anima.
Item proprinquissimum creationi est perpetuum. ergo
cum anima rationalis perpetua sit. ipsa imme
diate est a deo qui eternus est. non uidemus
aliquam substantiam perpetuam. cui pura crea
tura conferat esse. ergo nec anime rationali
conferet. Item potentia creandi soli
dei est ut prius ostensum est. anima uero rationa
lis per creationem est. ergo a solo deo est.
Quod anima rationalis per creationem sit ostendit.
di potest sic. aut rationalis anima ex nichi
lo est. aut ex aliqua materia preexisten
te. si ex nichilo ergo per creationem. creare
enim est facere ex nichilo. Si uero est ex ma
teria preexistente. in illa ratio erat sub
aliqua forma. cum enim in corporalis non sit
sine aliqua forma. nec spiritualis erit
sine aliqua forma. ergo uel erat corporea.
uel non erat corporea. Si corporea erat
non poterat ergo ex illa fieri anima que est in
corporea substantia. simplex enim non fit ex com
posito. nec compositum ex simplici. Si
uero erat incorporea. aut uiuebat aut non
uiuebat. si non uiuebat. erat ergo substantia in
corporea non uiuens quod falsum est. Nulla enim
inuenitur substantia incorporea non uiuens.
Si uero uiuebat. ergo erat uel deus uel an
gelus. uel animal uel anima. uel planta quod
est inconueniens. Item materia illa aut

rationalis est antequam ex ea anima fieret.
aut non. Si non. Sed facta est rationalis cum ex
ea anima facta est. ergo huius vita irrationalem
materia anime erat. quod ergo a pecoris
spiritu distabat ut ait Augustinus. Si vero erat
rationalis. ergo iam vel angelus vel anima e
rat. Preterea si esset spiritualis materia sicut corpora
lis. oporteret quod ipsa esset communis exi
stens ubicumque est aliqua spiritualis substantia.
vel quod tot essent materie quot sunt spiritua
les substantie cum ipse sint separate ab invi
cem. Preterea cum illa virtus anime que dicitur intel
lectus operetur per abstractionem a materia
ipsa virtus immaterialis est. ergo et ipsa
anima immaterialis est. operatio sequitur
naturam virtutis. et virtus naturam substantie.
non est ergo anima ex materia preexistente. Sed
ex nichilo. ergo per creationem. et ita a solo
deo. Cum potentia vel effectus subi
ta est sine causa efficienti. potentia
vero anime rationalis scilicet liberum arbitrium
nulli pure creature subiecta est. cum
a nulla possit cogi. ergo nulla creatura
pura. est efficiens eius. Solus ergo deus
creator est animarum ut fides catholica
asserit. De errore illo qui ponit christum non habuis
se veram humanam naturam.

Sequitur de
quarto errore qui ex errore ma
nicheorum processit. qui ponit christum non
habuisse veram humanam naturam. cuius
erroris occasionem dedit illud phil. ii.
et habitu inventus ut homo. Ex hoc enim
intellexit christum fuisse ut hominem et non ve
re hominem. Sed sic ratione possunt dicere eum
fuisse quasi unigenitum patris et non vere
unigenitum. cum scriptum sit io. i. Vi
dimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti
a patre. Ideo potius dicendum est quod hec dic
tio ut. vel quasi. non semper est nota improprie
tatis vel similitudinis immo aliquando

expressiva est veritatis. ut in libris prophe[tarum].
Dedit etiam occasionem dicto errori quedam
miraculosa que christus legitur fecisse. ut quod
de utero matris clauso exivit. et quod super
re siccis pedibus ambulavit. Ad hoc [...]
opera que christus miraculose fecit divi[ne]
nature ostendunt veritatem. et non huma[ne na]
ture probant falsitatem. et sicut opera [mira]
culosa attestantur eius deitati. sic [defectus]
et ei infirmitates quas sacra scriptura [attri]
buit attestantur vere eius humanita[ti]
cum esuriret. de qua legitur. math. iiii. cum ie[iu]
nasset. xl. diebus et xl. noctibus postea e[su]
riit. et eidem xxi. mane revertens in ci[vi]
tatem esuriit. et xxvi. et cepit contrista[ri]
et mestus esse. et post. tristis est anima mea [usque]
ad mortem. habuit ergo veram animam ra[tio]
nalem et veram carnem. et io. iiii. Ihesus fa[ti]
gatus ex itinere sedebat sic super fontem.
eidem xi. lacrimatus est ihesus. et xii. [nunc]
anima mea turbata est. Preterea si veram
humanam naturam non habuerit non fuit ve
rus homo. unde non vere mortuus est. nec ve[re]
resurrexit. cuius contrarium habetur luc. ult.
Surrexit dominus vere et apparuit Simoni.
eidem xviii. postquam flagellaverint occi[dent]
eum. et tertia die resurget. Auctori
tates autem quibus manifestum est eum ve[rum]
hominem fuisse. hec sunt que secuntur. math. i.
Liber generationis ihesu christi filii david [...]
et in eodem. de qua natus est ihesus qui voca[tur]
christus. et ibidem. Inventa est habens in ut[ero de]
spiritu sancto. et post. peperit filium suum pri[mo]
genitum. et luc. vii. Venit filius hominis [man]
ducans et bibens. erat ergo vere ho[mo]
qui manducabat et bibebat. et eidem ult.
palpate et videte quia spiritus carnem et ossa
non habet. sicut me videtis habere. et cum [...]
manducasset coram illis sumens reliquias
dedit eis. io. i. Verbum caro factum est.

x. Potestatem habeo ponendi animam meam. Ergo habebat veram animam. Eadem ratione et veram carnem. Item ro. i. qui factus est ex semine David secundum carnem. Et eidem ix. ex quibus Christus secundum carnem. Ad heb. vii. ex vida [?] ortus est dominus noster. Act. i. convescens precepit eis etc. Eidem x. nobis qui manducavimus et bibimus cum illo. i. io. i. quod perspeximus et manus nostre contrectaverunt de verbo vite. Eadem iiii. Omnis spiritus qui confitetur ihesum christum venisse in carne ex deo est. Et ii. io. multi seductores exierunt in mundum isti qui non confitentur ihesum christum venisse in carne ex deo. Hic est seductor et antichristus. Cum christus veritas sit secundum illud io. xiiii. Ego sum via et veritas, non est verisimile eum falsitate humane nature homines decepisse. Item cum vere sit mundi redemptor secundum illud i. thi. ii. Qui dedit semetipsum pro nobis ut nos redimeret ab omni iniquitate, verum pretium soluit. Pretium non penam erat, cui debitor erat genus humanum. Ergo vere penam sustinuit. Ergo verum corpus habuit. Non est verisimile quod redimendo genus humanum falsam monetam soluerit. Preterea si corpus christi verum corpus non fuit sed umbra corporis, quomodo verum est illud phi. ii. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem etc. Et illud i. pe. ii. christus passus est pro nobis. Et illud apo. i. Lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et quod legitur io. xiii. de ablutione pedum apostolorum. Ablutio enim contactum requirit. Si non dicatur corpus illud celeste fuisse, ergo impassibile fuit, quod ex diversis locis evangelii constat esse falsum. Preterea secundum hoc non est verum quod legitur ad heb. ii. quod semen abrahe apprehenderit. Sed hoc est nunquam comedit vel bibit, cuius contrarium prius ostensum est. De errore illo qui

Sequitur condempnat iohannem baptistam. de quinto errore qui ex errore manicheorum processit, qui condempnavit iohannem baptistam, cui errori occasionem dedit quod legitur math. xi. Cum audisset iohannes in vinculis opera christi mittens duos de discipulis suis ait illi: Tu es qui venturus es an alium expectamus. Ex quo infert iohannem dubitasse de christo, cum interrogavit, et propter dubitationem condempnatum esse. Sed non sequitur. Si interrogavit ergo dubitavit. Interrogavit christus cuius esset ymago denarii et superscriptio. math. xx. non tamen de hoc dubitavit. Item non sequitur, si dubitavit, quod propter hoc dampnatus fuerit. Non enim omnis dubitatio dampnabilis est. Potuit enim dubitare utrum christus in propria persona descensurus esset ad inferos et inde extracturus amicos suos an per alium, hoc est secretius [?]. Quod autem propter illam dubitationem dampnatus non sit patet per hoc quod christus postquam nuntii iohannis recesserant tantum testimonium dedit iohanni, vocans eum angelum et plus quam prophetam, et dicens quod inter natos mulierum non surrexit maior illo. Et verisimile est quod iohannes sicut illud non interrogavit sed discipulis suis qui de christo dubitabant volens eos per christum certificari, quos christus certificavit, ostendens signum impletum quod dederat ysaias de adventu christi. ysa. xxxv. deus ipse veniet et salvabit nos. Tunc aperientur oculi cecorum et aures surdorum patebunt etc. Unde dominus ait: Ceci vident, claudi ambulant etc. Potuit et dare occasionem huic errori quod iohannes baptista non secutus fuit christum. Dicunt enim quod si bonus fuisset eum secutus fuisset. Sed hoc non sequitur. Multi enim boni fuerunt qui tamen christum corporaliter secuti non sunt. Noluit christus quod iohannes eum corporaliter sequeretur ne testimonium eius suspectum haberetur. Et plus profuit ad confirmationem fidei testimonium quod iohannes in absentia christi tulit quam si illud in eius presentia tulisset. Sicut habes math. v. de illo qui a demonio liberatus erat qui rogavit

xpm ut esset cum eo. Jhesus autem non admisit eum, sed ait illi. Vade in domum tuam ad tuos et nuntia illis quanta tibi fecit dominus. Et abiit et cepit predicare in decapoli quanta sibi fecisset Jhesus et omnes mirabantur. Plus profuit predicatio eius in absentia xpi quam profuisset in eius presentia. Ut autem manifesta fiat falsitas istorum errorum ponam commendationes iohannis que a scripturis sacris possunt haberi que xvi sunt. Primum est quod a prophetis est prenuntiatus. unde ysa. xl. Vox clamantis in deserto. de eodem hoc est. ch. iij. et ch. a(?) Item prenuntiatus est malach. iij. Ecce mitto angelum meum. de eodem hoc est. ch. xi. hic est de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum. Item prenuntiatus est in ps. paravi lucernam xpo meo. de eodem hoc. jo. v. Ille erat lucerna ardens et lucens. Secundum est quod angelo nuntiante preventa est eius conceptio et nativitas, et non cuicumque angelo sed ei qui xpi conceptionem prenuntiavit. luc. i. Ego sum gabriel qui asto ante deum. Tercium est quod de parentibus sanctis miraculose natus est. luc. i. Erant iusti ambo et c. et post. Non erat illis filius eo quod esset elizabeth sterilis et ambo processissent in diebus suis. Quartum est quod ante fuit sanctus quam natus. luc. i. Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris sue. Quintum est quod fuit propheta ita quod in utero prophetare cepit dum exultando in utero materno testimonium xpo dedit. luc. i. Ut facta est vox salutationis tue in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo. Absque dolo fuit testimonium illud. Non solum fuit propheta sed et plusquam propheta. ch. xi. quia xpm digito monstravit. jo. i. Sextum est quod fuit angelus nomine et virtute licet non natura. ch. xi. Ex certo scio. puto si non est audacia dicere, quod gloriosior est iohannes quam homo fuit. et propter mirum virtutis angelus est vocatus quia

sed nomine et natura angelus fuisset. Septimum est quod xpm baptizare meruit. ch. et luc. iij. Octavum quod vocem patris audire dignus fuit dicentes. hic est filius meus dilectus. ch. iij. Nonum est quod spiritum sanctum super xpm in specie columbe descendentem vidit. [illegible] Cera(?) pre(?) super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum. hic est qui baptizat in spiritu sancto. Decimum est quod tria [illegible] quibus debetur aureola habuit. virgo enim et martir et predicator fuit. Undecimum est quod sanctitas eius et iudeis et gentibus et [illegible] manifestata fuit. Duodecimum est quod [illegible] sue fuit perfectissimi [illegible] luc. i. Vinum et siceram non bibet. ch. iij. esca eius erat locuste et mel silvestre. et xi. Venit iohannes [illegible] manducans neque bibens. sup. iij. Johannes habebat vestimentum de pilis camelorum. ch. xi. quid existis in desertum videre? hominem mollibus et c. Terciumdecimum est quod ipse fuit mundi maximus contemptor. Vixit in deserto usque ad diem ostensionis sue ad israel. luc. i. Quartumdecimum est quod regni celestis predicator. ante xpm quasi [illegible] celat(?) [illegible] prenuntiabant. luc. xvi. lex et prophete usque ad iohannem supple predicaverunt. lex autem terrena promittebat ex eo non regnum dei evangelizatur. ch. iij. Penitentiam agite appropinquabit et c. Quintumdecimum est quod ipse [illegible] zelantissimus persecutor [illegible] iste fuit ei mortis occasio. ch. xiv. Sextumdecimum est quod post xpm et beatam virginem dies eius nativitatis sollempnis est.

Contra errores pertinentes ad [illegible]

Destruendis erroribus [illegible] pertinentibus ad divinam essentiam [illegible] unitatem. destruendi sunt errores pertinentes ad pluralitatem(?) trinitatem vel equalitatem [illegible] destructionem non horum errorum sufficiunt testimonia sacre scripture que ostenduntur [illegible]

narum trinitate uel equalitate. Nullum enim
genus ostensionis conueniencius est in hiis que
sunt supra racionem quam per sacram scripturam.
in talibus enim soli deo de se credendum est qui
se solus nouit. Iuxta uerbum hylarii. aug.
in libro de trinitate. omnes catholici tractato
res qui de trinitate scripserunt que deus est. hoc
intenderunt secundum scripturas docere. quod pater
et filius et spiritus sanctus unius sunt substantie et inseparabi
li equalitate. unus sit deus. Jo. damascenus.
deus per legem et per prophetas primus. deinde uero per uni
genitum filium suum. secundum quod possibile est
nobis sui ipsius manifestauit cognitionem.
diuina ergo que tradita sunt nobis per legem et per
prophetas et per apostolos et euangelistas suscipimus
et ueneramur. nichil ultra inquirentes. prov. xxx.
Ne addas quicquam uerbis illius. quod specialiter
seruandum est in hiis que sunt supra racionem.
Ad. cum res naturales obscura modulum
nostrum uincat. et apta diuina scriptura non
subuenit. tenue est distinctio humana correc
tura presumit. eccl. v. Ne temere quid loquaris.
neque cor tuum sit uelox ad proferendum sermo
nes coram deo. deus in celo et tu super terram.
ideo sint pauci sermones tui. In libro
de deo de quo et ita dicere periculosum pla
luras personarum insinuatur gen. i. ubi loquitur
pater ad filium et spiritum sanctum dicens. Faciamus
hominem ad ymaginem et similitudinem nostram.
Non potest dici quod loquatur ad angelos cum
angeli non sint creatores. Item eiusdem xviii.
ubi Abraham tres uidit et unum adorauit.
Item insinuatur in uerbo illo psalmiste. Verbo
domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus eorum.
Item ibi. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus.
trina nominatio dei trinitatem personarum insinu
at. Item ysa. vi. ubi ysaias audiuit sera
phin clamantia. Sanctus sanctus sanctus dominus deus.
In hoc quod dicitur ter sanctus insinuatur personarum
trinitas. in hoc uero quod dicitur dominus deus essentie
unitas. Similiter habetur apoc. iiii. de animalibus que
plena erant oculis quod requiem non habebant
die ac nocte dicentia. Sanctus sanctus sanctus dominus
deus omnipotens. expresse uero personarum trinitas osten
ditur. matth. ultimo. ubi dicit christus. docete omnes gentes
baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti.
et Jo. x. habetur de duobus. ego et pater unum sumus.
et eiusdem xiiii. de tribus. paraclitus spiritus sanctus quem mittet
pater in nomine meo etc. Item eiusdem xv.
Cum uenerit paraclitus quem ego mittam uobis a
patre. spiritum ueritatis qui a patre procedit etc. et
i. Jo. ult. tres sunt qui testimonium dant in celo
pater uerbum et spiritus sanctus. et hii tres unum sunt. Item
ro. viii. Si spiritus eius qui suscitauit ihesum habitat
in uobis. et gal. iiii. misit spiritum filii sui
in corda uestra. de generatione uero filii a patre dicitur
in ps. ego hodie genui te. Item ante luci
ferum genui te. et prov. viii. dicitur de sapientia.
nondum creata. ab eterno ordinata sum. antequam
terra fieret. nec dum erant abyssi. et ego
iam concepta eram. et eccli. xxiiii. ego ex ore
altissimi prodii primogenita ante omnem crea
turam. et mich. v. dicitur de bethleem. ex te egre
dietur qui sit dominator in israel. et egressus
eius ab initio a diebus eternitatis eius. De di
uinitate uero filii habetur ysa. vii. uocabitur no
men eius emanuel. et matth. i. Idem uerbum sumitur
et sequitur. quod interpretatum nobiscum deus.
et ysa. ix. dicitur de paruulo nobis nato. uoca
bitur nomen eius admirabilis consiliarius. deus for
tis etc. eiusdem xxxv. deus ipse ueniet et
saluabit nos. tunc aperientur oculi cecorum
etc. et bar. iii. hic est deus noster non estimabitur
alius aduersus eum etc. et post. In terris uisus
est. et cum hominibus conuersatus est. et matth. ult.
data est michi omnis potestas. omnipotentia uero
potest esse non in deo. et Jo. i. dicitur. et deus erat uer
bum. et post. omnia per ipsum facta sunt. et iterum.
et uerbum caro factum est. ex quibus uerbis ma
nifeste apparet christum uerum esse deum et

eidem .v. dicit iohes de xpo. propterea sumum dicebat deum equalem se faciens deo. et ad ro. ix. ex quibus est xpc secundum carnem qui est super omnia deus benedictus in secula amen. Item ad heb. i. dicitur de filio per quem fecit et secula. et tantum. qui cum sit splendor glorie et figura substantie eius. et ad phil. ii. Non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. ¶ Item cum in cognitione eius consistat uita eterna. secundum illud Jo. xvii. Hec est uita eterna ut cognoscant te solum uerum deum et quem misisti ihesum xpm. patet ipsum esse deum. Vita enim eterna est beatitudo uel est in summo bono beatitudo. Ad idem facit quod credentibus in se dat uitam eternam. Jo. xvii. daret eis uitam eternam filius dei est. et i. io. v. Scimus quoniam filius dei uenit et dedit nobis sensum ut cognoscamus uerum deum. et simus in filio eius uero. Hic est uerus deus et uita eterna. et act. x. annuntians pacem per ihesum xpm. hic est omnium deus. quod in xpo non solum esset natura humana sed et diuina. patet ex hiis que leguntur in iohe in diuersis locis. primo ex hoc quod legitur eidem iii. Nemo ascendit in celum nisi qui de celo descendit filius hominis qui est in celo. erat ergo in celo xpc cum uerba illa loqueretur in terris. quod non erat secundum humanam naturam. sed secundum diuinam. ad idem facit illud. Jo. viii. antequam abraham fieret ego sum. non enim ante abraham fuerat secundum humanam naturam. et luc. x. Videbam sathanam sicut fulgur cadentem de celo. non erat secundum humanam naturam cum sathanas de celo cecidit. Item in iohe. ego principium qui et loquor uobis. De spiritu sancto legitur gen. i. spiritus domini ferebatur super aquas. et iob. xxvi. spiritus eius ornauit celos. ex quo uult pater spiritum illum esse deum. ornatus enim celorum a deo. De eodem spiritu habetur in ps. spiritu principali confirma me. et tantum. spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Item sap. i. spiritus domini repleuit orbem terrarum. ex quo satis patet eum deum esse. nulla enim creatura orbem terrarum replet. ¶ Item ysa. xxxii. effundam spiritum meum super semen tuum. et eidem xi. Requiescet super eum spiritus domini. et lxi. spiritus domini super me. et ch. de uirgine. Inuenta est in utero habens de spiritu sancto. cum fides catholica pro certo habeat beatam uirginem non concepisse de creatura aliqua. patet spiritum sanctum cuius operatione concepit. creaturam non esse. ad idem. ch. iii. ipse uos baptizabit in spiritu sancto. cum interior baptismus seu mundatio per solum deum sit. spiritus sanctus qui interius mundat est. ¶ Item in eodem. Vidi spiritum dei descendentem sicut columbam et uenientem super se. non fuit spiritus ille creatus. cum spiritus creatus qui in xpo erat sanctior esset omni alio spiritu creato. ¶ Item eidem x. Non enim uos estis qui loquimini. sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. aut spiritus patris spiritus a patre creatus. et sic omnis spiritus esset spiritus patris. aut dicitur spiritus patris quia substantia patris uel pars eius. quod non potest esse. cum substantia diuina simplicissima sit. aut quia ipsa substantia patris. et si hoc. est deus. ad idem facit quod legitur eidem ult. baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. nisi spiritus sanctus esset deus non precepit dominus baptizari in nomine spiritus sancti ut in nomine patris et filii. ¶ Item Jo. xvi. expedit uobis ut ego uadam. si enim non abiero paraclitus non ueniet ad uos. innuit dicere quod per aduentum spiritus sancti xpc totum a discipulis non spiritus sanctus esset deus ut per idem. Jo. penult. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis. si non spiritus sanctus esset deus. non fieret per eum remissio peccatorum. ad idem. ro. v. caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum. cum caritas donum dei excellentissimum sit non datur nisi a deo. ¶ Item i. cor. ii. spiritus omnia scrutatur et profunda dei. et post. que dei sunt nemo cognoscit

n(on) sp(iritu)s dei. ille sp(iritu)s nec(essa)rio d(eu)s est. scrutatur
enim omnia et p(ro)funda dei. n(on) est aliquid crea-
ture. ¶ It(em) eid(em) iii. Nescitis q(uia) templum dei
estis vos. et sp(iritu)s dei habitat in vobis. et post. te(m)-
pla dei s(an)c(tu)m est q(uo)d estis vos. et eid(em) vi. Nes-
citis q(uia) membra v(est)ra templum s(unt) sp(iritu)s s(an)c(t)i qui
in vobis e(st). Vn(de) cum fideles templum sint soli(us)
dei et sint templum sp(iritu)s s(an)c(t)i. sp(iritu)s s(an)c(tu)s deus e(st).
It(em) eid(em) xii. Divisiones gr(ati)ar(um) s(unt) id(e)m aut(em)
sp(iritu)s. Non posset e(ss)e idem sp(iritu)s creat(ur)a in o(mn)ib(us)
s(an)c(t)is. et paulo post. Idem d(eu)s qui op(er)at(ur) o(mn)ia
in o(mn)ibus. et ostendit ap(ostolus) sp(iritu)m s(an)c(tu)m e(ss)e d(eu)m.
subdens. alii p(er) sp(iritu)m dat(ur) sermo sapie(n)tie.
alii sermo sci(enti)e et c(etera). hec aut(em) omnia op(er)at(ur)
un(us) atq(ue) idem sp(iritu)s. dividens singulis p(ro)ut vult.
¶ It(em) ii. cor. i. qui dedit pign(us) sp(iritu)s i(n) cordi-
b(us) n(ost)ris. et eph. i. qui e(st) pign(us) hereditatis
n(ost)re. n(on) pot(est) e(ss)e pign(us) he(re)ditatis et(er)ne. sp(iritu)s
creat(us). cum eam n(on) valeat dare. ¶ It(em) i. io.
ult. d(icitu)r p(ate)r et verbum et sp(iritu)s s(an)c(tu)s unu(m) e(ss)e.
q(uo)d si p(ate)r et verbum s(un)t d(eu)s. sp(iritu)s s(an)c(tu)s est d(eu)s. ad
id(em) facit q(uo)d vivificare ei attribuit(ur). io.
vi. sp(iritu)s est q(ui) vivificat. vivificare enim vi-
ta sp(irit)uali soli(us) dei e(st). et eid(em) iii. d(icitu)r de eo. sp(iritu)s
ubi vult spirat. spirare ubi vult n(on) est sp(iritu)s
creati. p(ro)cedit aut(em) sp(iritu)s s(an)c(tu)s a p(at)re et filio.
¶ De p(ro)cessione sp(iritu)s s(an)c(t)i a p(at)re h(abe)s. io. xv.
sp(iritu)m veritatis q(ui) a p(at)re p(ro)cedit. Greci u(ero) ne-
gant sp(iritu)m s(an)c(tu)m p(ro)cedere a filio. eo q(uo)d illud
n(on) inveniat(ur) exp(re)sse in canone sacre scriptu(r)e.
Nos u(ero) hoc co(n)cedim(us). q(uia) sp(iritu)s s(an)c(tu)s vocat(ur) sp(iritu)s x(risti).
ro. viii. Q(ui) sp(iritu)m x(rist)i n(on) h(abe)t hic n(on) est eius. et
gal. iiii. misit d(eu)s sp(iritu)m filii sui in corda
n(ost)ra. s(ecundu)m grecos. licet sp(iritu)s s(an)c(tu)s sit sp(iritu)s x(rist)i.
tamen n(on) p(ro)cedit ab eo. s(ed) e(st) ad eum. Vn(de) q(ui) e(st) i(n) me-
dio est. et filii q(ui) in termino. s(ed) p(ro) fide n(ost)ra fa-
cit q(uo)d d(omi)n(u)s. m(athei) ult. sp(iritu)m s(an)c(tu)m ultimo no-
minat. dicens. baptizantes eos in no(mine) pa-
tris et f(ilii) et s(piritus) s(an)c(t)i. et io(hann)es filii i. ca. ult. tres sunt
q(ui) testimoniu(m) dant i(n) celo. p(ate)r verbu(m) et sp(iritu)s

s(an)c(tu)s. ad idem videt(ur) facere q(uo)d dicit x(ristu)s. ille
de meo accipiet. io. xvi. et col. i. qui est
ymago dei invisibil(is). ad id facit hoc q(uo)d
fili(us) d(icitu)r ymago patris. p(ro)p(ter) q(uo)d cum sp(iritu)s s(an)c(tu)s. q(ui) n(on)
solu(m) h(abe)t essentiam co(m)munem cum p(at)re. s(ed) et
assimilatur p(at)ri in hoc q(uo)d p(ro)ducit(ur) ex se p(er)-
sona sicut et p(ate)r. Preterea in a(n)i(m)a q(ue) ymago
dei e(st) ut pater ex diu(er)sis locis scripture
sacre. lux cognitionis q(ue) in filio app(ro)priatur.
q(ue)dam ca(usa) est amoris qui sp(irit)ui s(an)c(t)o app(ro)p(ri)at(ur).
It(em) cum in sole vestigium trinitatis invenitur.
Vn(de) d(eu)s d(icitu)r sol iusticie. mal. iiii. et sol intelli-
gentie. sap. v. calor e(st) a radio solis. n(on) radi(us)
a calore. sic et sp(iritu)s s(an)c(tu)s a filio p(ro)cedit. et h(oc)
co(n)fessi s(un)t. et q(ui)dam doctores grecor(um). ut
athanasi(us) in simbolo fidei. et didim(us) ma-
xim(us) doctor eor(um) in libro de sp(irit)u s(an)c(t)o. et ci-
rillus ep(iscopu)s. et io(hanne)s crisosto(mus). q(ue) nestoria
ponit magis(te)r in p(ri)mo senten(tiarum). equalitas u(ero)
p(er)sonar(um) ostendit(ur) p(er) hoc q(uo)d idem e(st) in d(e)o
e(ss)e. et e(ss)e magnu(m). q(uia) cum essentia divina i(n)
o(mn)ib(us) p(er)sonis indiffere(n)s sit. et magnitu-
do indifferens e(st). q(uia) equalitas e(st) in p(er)sonis.
¶ It(em) unica e(st) divina essentia et simplicissima.
q(ue) n(on) pot(est) ibi locu(m) h(abe)re inequalitas. equalitas
patris et filii sp(irit)ualis ostendit(ur) ab aug(ustino). p(ro)p(ter) id
q(uo)d dicit fili(us). io. xvi. omnia que h(abe)t pater
mea s(unt). ad id facit illud q(uo)d legit(ur) eidem
iii. p(ate)r diligit filiu(m). et omnia dedit i(n) ma-
nu ei(us). et m(athei) xi. et luc. x. omnia m(ichi) tradita
s(unt) a p(at)re meo. et io. xvii. omnia mea tua
s(unt). et tua mea s(unt). p(ro)bat et id(e)m aug(ustinus). s(ed) u(ero)
h(oc) p(ate)r si potuit s(ed) equale(m) filiu(m) ge[…]sset.
q(ui)s g(ratia) audet d(i)c(er)e. q(uo)d si omnip(oten)s n(on) potuit.
addo et q(uo)d si posset h(om)o maiore(m) meliore(m)
q(uam) se ip(s)o gigneret filium. s(ed) deo mai(us) vel me-
li(us) quicq(ua)m e(ss)e n(on) pot(est). d(eu)s g(ratia) cur n(on) equa-
lem animus filiu(m) genuit. cui nec anim(us)
neq(ue) fuerit. p(er) q(uo)s adimpleret(ur) equal(itas)
neq(ue) omnipotentia defuit. an forte no-

lucet. ergo quod absit invidet. sed non invidet.
equalem ergo sibi genuit. equalitas vero spiritus
sancti cum patre et filio potest ostendi sic. optimum
optimum lucidissima cognitione novit. non
amare non potest. ergo perfectio amat filium. et
non minus quam amandus sit. ergo cum summe sit
amandus, summe amat eum. ergo amor patris
ad filium summus est. ergo spiritus sanctus qui est amor
ille est equalis patri et filio ¶ Item cum inter pa
trem et filium debeat esse amor maximus erit
amor patris patris. a quo omnis paternitas in
celo et terra nominatur. ¶ Item cum non sit minor
patris benignitas quam fecunditas, nec erit
minus donum amoris procedens ab eius benig
nitate, quam eius partus pertinens ad eius fecundi
tatem. ergo non erit minor spiritus sanctus filio ¶ Item
sed non est minor filius patre qui a solo patre pro
cedit. non erit minor spiritus sanctus patre vel filio
qui ab utroque procedit. augustinus. magna misericordia
dei. donum dat equale sibi. quia spiritus sanctus do
num est. Cum non quod aliqua similitudo trinita
tis invenitur in creaturis. sed non est crea
tura que in omnibus trinitati assimiletur. sed
quedam creature assimulantur ei in qui
busdam, quedam in aliis. unde glossa augustini super
illud heb. i. qui cum sit splendor glorie. non
possunt comparari temporalia eternis. nec equa
collatione. sed tamen possunt aliqua tenuia et
parva similitudine coeterna coeternis comparari.
nec mirum cum non sit umbra similis omnino
corpori cuius est umbra. nec vestigium simile
est omnino pedi. et ostendemus similitudinem
trinitatis in diversis creaturis. Una et ea
dem vox est diverse dictiones. ut hec vox amor
nomen proprium cuiusdam sancti. et est nomen
commune. et est verbum. Non mireris quod si
tres persone sint una essentia ¶ Item in rebus
insensibilibus invenies substantiam et va
rietatem accidentium que circumvestit illas
et naturalem amorem substantie ad naturalia

eius accidentia. substantium similitudinem habet
patris cum sit causa accidentium. sicut pater qui
producit filium. varietas vero accidentium
rectum manifestans est quasi verbum. amor
substantie ad illa accidentia assimilatur spiritui
sancto. que amorem ostendit quod substantia
tendit ad locum sibi competentem. fugiens
locum nature sue contrarium. et naturalia
dicuntur que pertinent ad exteriorem decorem
ut est cortex et frondes in arboribus et
in animalibus. ordinatio. figura color.
similitudo trinitatis habetur in materia et forma
et complexione horum ¶ Item in igne in quo
nis ignis species. lucem. et calorem. et ig
nis et lux coeva. licet lux sit ab igne
sicut pater et filius sunt eterni. licet filius sit
a patre. augustinus. quod possimus in creaturis
invenire coeternum. cum non inveniamus
ea eternum. sufficit ut ad similitudinem
inveniamus coevum. splendor est de igne
et tamen coeva sunt. similiter ymago in aqua
virgultum natum super aquam coeva sunt.
da in igne sine splendore. et credo pa
trem fuisse sine filio ¶ Item invenitur similitudo
trinitatis in sole. ubi hec sunt substantia et radius
et calor. substantia solis a nulla creatura
radius de sole nascitur. calor ab utroque procedit
¶ Item hec similitudinem trinitatis magni
tudine pulcritudine et utilitate crea
turarum. In magnitudine apparet potentia que
appropriatur. In pulcritudine sapientia que appropriatur
filio. In utilitate bonitas que appropriatur
spiritui sancto ¶ Item in corpore humano est similitudo
trinitatis. est enim in eo vita. sensus. [illegible]
In anima vero rationali expressior invenitur similitudo
trinitatis quam in predictis. cum ipsa dicatur
dei ymago. et secundum augustinum. ipsa est trinitatis
ymago secundum intellectum. voluntatem et
memoriam. unde augustinus in sermone de yma
gine. Non solus sufficit intellectus nisi sit

voluntas in amore dei. nec duo sufficiunt
nisi memoria addatur. qua semper in mente intel
ligentis et diligentis maneat deus. Vel
possumus aliter similitudinem trinitatis in anima as
signare. ut scilicet intellectus qui dicitur materialis
vel possibilis patri assimiletur. Intellectus vero qui
dicitur intellectus in actu vel formatus assimiletur fi
lio. et sicut filius a patre procedit et est eius verbum
vel ymago vel speculum. sic intellectus formatus
est quasi verbum et speculum et ymago. et ordine
intelligentie est post intellectum materialem. prius
enim est intellectum esse quam intelligere se vel aliud.
affectus vero spiritui sancto assimilatur. Possumus et a
liter similitudinem trinitatis in anima assignare.
ut scilicet intellectus agens patri assimiletur. qui secundum
philosophos se habet ad species intelligibiles manife
standas. sicut lux ad colores. et sic operatio
ne lucis corporales species colorum abstrahuntur
quodam modo. et pupille coniunguntur. sic operatione
intellectus agentis lumen intelligentie
diffundentes abstrahentes species intelli
gibilium a formis sensibilibus. coniunguntur
species ille intellectui possibili. et fit intellectus
formatus qui filio assimilatur. affectus vero assi
milatur spiritui sancto. Et nota quod secundum quosdam a
nima non est sue potentie. et secundum hoc minime est
expressa similitudo trinitatis in anima. cum tres per
sone sint divina essentia. anima vero licet habeat
tres potentias. tamen ille tres potentie non sunt
idem quod essentia anime. Secundum alios vero anima est
sue potentie. et secundum hoc expressior est similitudo
trinitatis in anima. et pro hac opinione facit quod
legitur in libro de spiritu et anima. sensus. ymagi
natio. ratio. intellectus. intelligentia. hec omnia
in anima non aliud sunt quam ipsa. ¶ Item super eccli.
xvij. dicit glo. sicut deus pater. deus filius. deus
spiritus sanctus. non tres dii sed unus deus. sic homo personalis
una anima intellectus. anima voluntas. anima me
moria. non tres anime sed una anima. ¶ Item aug.
in li. de trinitate. admonemur. si utcumque

unde possumus. hec in anima existere substanti
aliter tanquam in subiecto ¶ Item damascenus.
anima non habet preter se partem intellectum. Item cum
prima materia sit ipsa potentia ad suscep
tionem formarum naturalium. eodem modo anima
erit ipsa potentia ad susceptionem specierum.
cum videatur esse simplicior et dei ymago
sit. Preterea hee tres potentie anime intel
lectus. voluntas et memoria. aut sunt acci
dentalia anime. aut essentialia. Si acciden
talia. ergo non differt anima rationalis nisi acci
dentaliter ab eo a quo corpus bruti animalis
vivificatur et sensificatur. Si vero sunt essentia
lia. aut sunt tres partes essentie anime. aut
unumquodque illorum est tota essentia anime. Si
sunt partes. aut anima erit totum congregatum
ex hiis potentiis non coniunctis ad invicem.
quod non potest esse. aut ille potentie erunt con
iuncte et compacte ad invicem. quod similiter non
potest esse. cum operationes illarum potentiarum sint
diverse ad invicem. Si vero unaqueque illarum po
tentiarum est tota essentia anime. habetur propo
situm. scilicet quod tres potentie anime sunt ipsa
anima. Item cum eidem sit actus cuius est poten
tia. eidem erit intelligere in potentia. cui
est intelligere in actu. ergo idem erit intel
lectus possibilis et intellectus formatus. ¶ Item
cum nemo possit amare incognitum. eidem
erit cognoscere et amare. ergo idem secundum
substantiam erit intellectus et affectus ¶ Item assig
natur similitudo trinitatis in creaturis. secundum
hec tria. modum. speciem. ordinem. aug. xi. libro
de civitate dei. a deo est omnis modus. omnis
species. omnis ordo. sine quibus nichil rerum inve
niri vel cogitari potest. Item in eodem. Nobis tri
nitas in suis operibus intimatur. ita si que
ratur unde sit civitas que sursum est. deus
eam condidit. si unde sit sapiens. a deo illu
minatur. si unde sit felix. deo fruitur. sub
sistens modificatur. contemplans illustratur.

inherens iocundatur. est. uidet. amat. In eternitate deuiget. In ueritate dei lucet. In bonitate dei gaudet. Ipse in eodem. In hys uel quia infra nos sunt. cum nec ipsa aliquo modo essent. nec aliqua specie formarentur. nec aliquid ordinem uel appeterent uel tenerent nisi ab illo facta essent qui summe est. qui summe sapiens est et qui summe bonus est. tanquam per omnia que fecit mirabili stabilitate currentes quasi quedam eius alibi magis alibi minus impressa uestigia colligamus. In nobis autem ipsis eius ymaginem contuentes tanquam ille minor euangelicus filius ad nosmet ipsos reuersi surgamus. et ad illum eamus. a quo peccando recesseramus. ibi esse nostrum non habebit mortem. nosse nostrum non habebit errorem. ibi amare nostrum non habebit offensionem. Errores pertinentes ad diuinam iusticiam et misericordiam.

Tercio loco inter errores qui catholice fidei aduersantur dicendum est de erroribus pertinentibus ad dei misericordiam et iusticiam. Inter quos causa breuitatis tantum de sex tangemus. licet sint multo plures. Primus est error eorum qui negant filii dei incarnationem. Secundus eorum qui dicunt animam in parte cum corpore. Tercius eorum qui negant resurrectionem corporum. Quartus eorum qui dicunt unumquemque in fide uel lege sua saluari. ex quo credit eam bonam et deo placentem. Quintus eorum qui dicunt animas que in mortali decedunt non puniendas eternaliter. Sextus eorum qui dicunt animas que in caritate decedunt. nulla pena purgatoria puniendas. ¶ Primi dei misericordiam et iusticiam metiri uolunt secundum misericordiam et iusticiam hominum. ideo misericordiam dei reputant stulticiam. unde ad corinthios i. Verbum crucis pereuntibus stulticia est. et iusticiam reputant furorem. prouerbiorum vi. Zelus et furor uiri non parcet in die uindicte. Ipsi non attendunt illud uerbum domini ysaie lv. Sicut exaltantur celi a terra sic exaltate sunt uie mee a uiis uestris. Vniuerse uie domini sunt misericordia et ueritas. Isti detrahentes dei potentie dicunt deum non potuisse hominem fieri. quod si uerum esset. deus omnipotens non esset. Luce i. Non erit impossibile apud deum omne uerbum. et mathei xix. Apud deum omnia possibilia sunt. cum fons sit omnium recte philosophantium. hominem esse deificandum. per unionem diuinitatis. quid mirum si deus est factus participatione humanitatis. isti contradicunt diuine bonitati. non in radice sed in ramis ipsius. dum negant tantum donum de ipsa procedere. blasphemantes contra immensitatem quam nolunt limitare uel effectum ipsius. bonus autem possibilitate sua rerum emittit. et sol secundum immensitatem suam lumen et calorem ubique diffundit. gratia gratuita karitas est asserere de immenso fonte diuine bonitatis beneficium incarnationis non potuisse procedere. ad titum iii. Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei ex operibus iusticie que fecimus nos. sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. secundum fontem fuit cum stilla misericordie in mulieres sanctas hoc potuit ut pro redemptione captiuorum se uenderent quid potuit in fonte misericordie eius immensa. ¶ Si enim scintilla caritatis in ... ac exponit pro filiis. quid potuit fornax immense caritatis in saluatore. Si non dicat quod non decuit dei maiestatem descendere et tot et tanta pati. Respondendum est quod nichil magis decet bonitatem. quam misereri et amare ... ueri gloriosissimum est. Vnde qui sunt errores dum deum nolunt honorare non ei detrahunt. magnitudo enim ... honor est miserentis. et magnitudo

honor dantis. Sapiens dominum magne uirtutis qui michi iudicabitur esse misereri pre cordis. Preterea gloriosissimum sit triumphi patientie. Prouerbiorum xvi. melior est patiens uiro forti. et qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Seneca. magni animi est iniurias in summa potentia pati. Item cum deus perpetuo se ab homine ex toto corde diligi. Deuteronomii vi. conueniens fuit ut et ipse hominem diligeret. ut igne dilectionis sue ignem amoris in homine accenderet. Deuteronomii. exurge domine in precepto quod mandasti. Seneca. Ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento. sine herba sine ullius ueneficii carmine. Si uis amari ama. Preterea cum deitas omnino impassibilis sit. quod inconueniens est. sumpta natura humana diuinitati associata in eadem persona passa est. cum patri iniuriosissimum sit et pena quam natura humana in christo passa est. michi sit respectu glorie quam habet. que uero est sine termino. et ueneratio quam christo exhibet populus christianus. multo maiores sunt quam contumelie et illusiones quas ei uiuenti populus iudaicus. Ad destructionem dictorum errorum sufficere possunt que predicta sunt. ubi ostensa est ueritas fidei christiane. et ubi ostensa est ueritas humane nature in christo. et ueritas diuine nature. et ideo ad destructionem aliorum errorum transimus. **Contra illos qui dicunt animam perire cum corpore**

Et primo destruemus errorem illorum qui posuerunt animam perire cum corpore. ostendendo animarum immortalitatem. quem errorem tangit Sapientie ii. Dixerunt impii cogitantes apud se non recte. exiguum et cum tedio est tempus uite nostre. et non est refrigerium in fine hominis. et non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. quia ex nichilo nati sumus. et post hoc erimus tamquam non fuerimus. huic errori occasionem dare potuit illud Ecclesiastes iii. unus est interitus hominis et iumentorum et equa utriusque conditio. Sed sicut dicit Gregorius. Salomon in illo libro diuersas personas in se suscepit. et quandoque dicit quod mens imperita sentit. ut in uerbo proposito. quandoque uero quod ratio uera disposita decernit. ut eiusdem vi. Quid habet amplius stulto sapiens. et quid pauper nisi ut pergat illuc ubi est uita. et eiusdem ix. corda filiorum hominum implentur malitia. et contemptu in uita sua. et post hec ad inferos deducentur. non potest igitur anima malorum cum corpore et in eodem. nec opus nec ratio non scientia nec sapientia erit apud inferos. quo tu properas. Item eiusdem ultimo. antequam reuertatur puluis in terram suam unde erat et spiritus redeat ad illum qui dedit illum. spiritus igitur bonorum cum corpore non perit. sed ad dominum redit. Item occasionem dare potuit huic errori quod dicitur de deo. i. ad Timotheum vi. qui solus habet immortalitatem. Unde secundum hoc uidetur quod anima non sit immortalis. Sed ibi dicitur immortalitas. quam non habet creatura per naturam. cum ex nichilo facta sit. et secundum accidentia nata sit mutari. Sed tamen creatura per hoc habet perpetuitatem et esse immortalis. potest immortalitas dici priuatione finis. Item dicto errori potuit dare occasionem quod spiritus irrationalis in brutis perit cum corpore. Unde potuit alicui uideri quod spiritus rationalis in homine pereat cum corpore. sicut enim spiritus irrationalis. forma et perfectio est in corpore bruti. sic spiritus rationalis forma et perfectio est in corpore humano. Ad solutionem huius notandum est quod est quedam forma que totaliter innititur et incumbit sue materie et non regit eam. non sustinet. sed sustinetur ab ea. et talis est forma corporalis in rebus inanimatis. quedam uero forma est que regit materiam suam et tamen non sustinet eam ut est uegetabile in plantis et sensibile in animalibus brutis. et hec perit cum corpore. ociosum enim esset eam manere post corpus. cum non haberet operationem

sine corpore. quedam non forma est cuius principa
lis operatio non est in materia. nec per materiam.
ut anima rationalis secundum operationem intelle
ctivam. et ideo separabilis est a corpore. et est
simile in luce ignea et luce solis. Est enim
lucis radius solaris existentis in aere
non dependet sub aere. Unde destructo ae
re adhuc remanet radius. quod possumus
videre in interpositione alicuius transparentis
ut est cristallus in loco aeris. manet
enim radius illuminans cristallum. sic est in uni
one anime rationalis ad corpus. est enim et non de
pendet a corpore. et ideo non perit cum corpore. lux
non ignea est duobus modis. scilicet in carbone
et in flamma. In carbone est lux materie
grosse et terrestris. et inde est quod non est radi
osa. et de se non emittit radium trans
tem aera vicinum. lux non in flamma vini
tur materie subtiliori que est vapor resolutus
a corpore inflammato. et est lux in flamma
radiosa. utraque tamen lux tam in carbone
quam in flamma innititur materie. ita quod de
ficiente materia lux deficit. Sic est de
vegetabili et sensibili. vegetabile e
nim deficit deficiente corpore. cuius est per
fectio. simile et sensibile. ad ostendendum
quod anima non perit cum corpore non multum interim
auctoritatibus sacre scripture. cum error
iste locum non habeat in eis. qui scripturas sa
cras noverunt. et eas receperunt. quoniam
qui instituit sunt auctoritates in sacra
scriptura. quibus error iste destrui potest. Sed
testimoniis nobilium philosophorum et rationibus
potius interim. falsitatem huius erroris osten
dit tullius dicens. Non est lugenda mors
quam immortalitas consequitur. idem lo
quens de eo qui recte vixit. ex hac vita
inquit discedit tanquam ex hospicio non
tanquam ex domo. commorandi enim natura
diversorium nobis non habitandi dedit. Ide

in rethoricis probabile videtur sapientibus
penas esse paratas apud inferos. ¶ Item seneca
in libro de naturalibus questionibus. Si volumus
tranquille degere. anima in expedito habenda
est. sive illam insidie sive morbi petunt
quid aliud debeo quam exeuntem ortari
cum omnibus bonis emittere? Vade fortiter
vade feliciter. nichil dubitaveris. reddenda
non de re. sed de tempore questio est. facis quod quandoque
faciendum est. rerum natura que te genuit
expectat. et locus melior ac tutior ¶ Ite
mercurius. anime inquit post dissolutionem
cogentur credere penis. qui in vita noluerint
credere tibi. plato et in thimeo. dicit
animam post dissolutionem variis affligi
penis. His testimoniis philosophorum patet
quod anima rationalis perit cum corpore non. Ratio
nibus multipliciter potest idem ostendi. et primo
per iusticiam dei que sic est. reddet enim bonis
quam malis secundum eorum merita. bonis
vitam malis penas. ecc. ult. cuncta
sunt adducet deus in iudicium. Sed retribu
tio ista non fit in presenti. cum mali prospe
rentur et boni opprimantur. Iob xxi. quare
impii vivunt sublevati sunt confortati
que divitiis? et ier. xii. quare via impiorum
prosperatur. Bene est omnibus qui prevaricantur
et inique agunt. et in ps. Usque peccatores
usque peccatores gloriabuntur. Ergo retributio ista
erit post hanc vitam. manente ergo anima post
mortem. Item potest ostendi per dei bonitatem
quoniam cum deus singulis sit bonus maxime tamen
est amicis. et maxime amat amantes
prov. viii. Ego diligentes me diligo. Sed
non verum non esset si anima periret cum corpore
esset alia vita post istam. amici enim dei
in hac vita sunt egentes angustiati
afflicti. heb. xi. et i. cor. xv. Si in hac vita
tantum in christo sumus sperantes. miserabiliores
sumus omnibus hominibus. Si non esset alia vita

rum e q̄d dīt p̄ick uidet. mal. iij. Van
ē̄ m q̄ui q̄ seruit deo. ⁊ q̄d emolumē
tū. q̄r custodiuim̄ p̄cepta ei. ū eēt emo
lumētū ut uidet. ꝫ detrimentū inh ij
ta affligi. si in futō ū sparent eiam di
p hac afflicōe delectari. ⁊ utili esset
eis bonis p̄sentibꝫ adhere ⁊ in eis de
leari. s.ꝫ eis bonis p̄sentibꝫ adherere ⁊ in eis de
beate uite q̄m deo adhere ⁊ mādata
ei obseruare. ¶ It̄ pōt ostendi q̄d aīa cū
corpe ū peat p sapiām dei q̄ ū p̄t falle.
nec falli. falleret aūt eos q̄ ei credūt. cō
temptū p̄sentis uite cōsulendo ⁊ p̄ sen
tiū bonoꝝ. si ū sequeret alia uita melior.
⁊ alia bona meliora. ꝯ. xix. Si uis p̄fcs
ē uade ⁊ uende oīa q̄ hēs ⁊c. ⁊ Jo. xij.
q̄ odit aīam in h̄ mundo in uita etna
custodit eā. ¶ It̄ q̄d aīa ū peat cū corpe
ostenderet q̄ hoc p experientiā nouerant
q̄ a morte suscitati fuerūt. ut xp̄c ⁊ la
zar ⁊ illi de q̄bꝫ legit ad heb. xi. Acce
perūt mulieres de resurrectōe mortu
os suos. Jd ē ostendūt uirtutes q̄s mortuj
operant. Vn̄ gg. in iiij. li. dialogoꝝ. Pen
sa q̄ualr aīe uiuūt. illic ū uiuunt
q̄r hic ⁊ mortua corpa ī tot miraculis
uiuunt. si ḡ uitā aīe manentes ī cor
pe dep̄hendis ex motu mēbroꝝ. cur ū
ꝑpendis uitā aīe post corp. ī possā mor
tua in uirtute miraculoꝝ. ¶ It̄ ostendit
p ordinē q̄uē h̄t hō int creaturas eēt
eni creatura media int iumētū ⁊ an
gl̄m. Vn̄ cōitat cū iumēto in corporis
mortalitate. gg. iiij. li. dialo. homo sc̄
in medio creat est ut eēt inferior anglō
supior iumēto. ita aliq̄d h̄t cōmune
cū summo. aliq̄d cōmune cū infimo.
īmortalitatē. s. sp̄c cū anglō. mortali
tatē carnis cū iumēto. Jd ē ostendit
p similitudinē q̄m h̄t aīa cū p̄ma mat̄i
a. sicut eni p̄ma materia se h̄t ad oēs

formas formas sensibiles ⁊ corpales
ita se h̄t substā intellectiua ad formas
intelligibiles ⁊ sp̄uales. ḡ sic p̄ma
materia ū est corruptibil ab aliq̄ forma
sensibili uel corpali. ita substā intelle
ctiua ū erit corruptibil ab aliq̄ forma
intelligibili ⁊ sp̄uali. ⁊ multo min
a forma corpali. cū pp̄ sublimitatē
sue eēntie talis corruptio ū possit ad
eā attingē. relinq̄ ḡ q̄d ipā sit incor
ruptibilis ⁊ imortales. It̄ oē q̄d
destruit. aut destruit separatōe for
me a materia aut diuisione prium īte
gralium. aut destructōe subiecti seu de
ferentis. aut absentia cause. Separati
one forme destruit res dupliciter. aut
diuisione forme q̄ separata manet. ū
cū diuidit aīa rōnalis a corpe q̄ di
uisio dr̄ mors. Vel diuisione forme
q̄ ū manet separata ut in extinctione
ignis ⁊ h̄ diuisio uocat p̄p̄e corrup
tio. diuisione prium integralium fit
destructio ut cum ligna ⁊ lapides de
struunt destruit domꝰ. destructōe
ū subiecti. ut destructo pariete destr
uit pictura q̄ erat in eo. ⁊ q̄ntitas.
destructōe deferentis destruit q̄d de
ferebat. ut cōfracto uase effundit
liquor q̄ in eo erat. absentia cāe fit
destructio. ut sole subtracto destru
it dies. P̄mo m̄ ū pōt destrui aīa rō
nalis. ū eni est cōposita ex materia ⁊
forma ut ostensum ē p̄ⁱ. V destruct
ē error ponit aīas cū corpibꝫ semi
nari. ḡ ū pōt fieri in ea diuisio forme
a m̄ia. Preterea si diceret q̄d eēt ex mat̄i
a ⁊ forma cōposita. ad huc p̄ ostendi.
q̄d forma illius ū p̄t destrui. q̄r ū h̄t
cōtrariū q̄ destruat. aīa eni potens
ē intelligere oīa q̄d ū eēt uerū

si aliquid esset ei contrarium. actiua enim si
esset receptibilis illius nec similitudinis eius.
ergo non posset ipsum intelligere. Preterea uisus
nullam formam uisibilem habet sibi con-
trariam. ergo nec intellectus aliquam formam
intelligibilem habet sibi contrariam. ¶ Item non
potest destrui actiua rationalis destructione par-
tium integralium cum simplex sit et careat hiis
partibus. ¶ Item destructione subiecti non potest
destrui. quia si poneretur ei subiectum non
poneretur aliud quam corpus. ipsa autem non se habet
ad corpus ut accidens ad subiectum. est enim
perfecta substantia. receptibilis enim est secundum se
oppositorum. manens una numero mutata secundum
sententiam. quod proprium est perfecte substantie. Sed quia
tamen obiciunt de superficie que contraria est
non substantia. que tamen recipit contrarios colo-
res. dicendum est quod ipsa non recipit colo-
rem secundum se. sed secundum uirtutem substantie sub-
stantem corporee substantie. sed actiua rationalis secundum
se receptibilis est oppositorum. non secundum na-
turam corporis cui unita est. ut uirtutum
et uiciorum scientie et ignorantie et multorum
aliorum. que cum sint spiritualia non recipi-
untur in ea secundum naturam corporis. ¶ Item
non potest destrui actiua destructione deferentis
cum non indigeat deferente. Sic sequitur ita
se indiget quo contineatur. ¶ Item non potest de-
strui absentia cause. quia ex prima causa imme-
diate fluit. cuius absentia nichil destruitur.
quantum enim in se est semper influit in cre-
aturas esse et permanentiam. ergo actiua rationa-
lis nullo modo potest destrui cum nullo predictorum
modorum destructibilis sit. nec alius modus
destructionis possit inueniri. ¶ Item omne
esse mortale paulatim debilitatur et deficit
donec ueniat ad ultimum defectum. qui est
mors. Uirtus autem intellectiua secundum dura-
tionem inualescit et perficitur. ut quanto est an-
tiquior tanto sit ad intelligendum ualidi-
or. ergo non est mortale. Item uirtus que non habet
finem in operatione non habet finem in tempore. uirtus
autem intellectiua non habet finem in operatione
non enim determinata est ad intelligendum
tot. quin adhuc plura possit intelli-
gere. ergo non habet finem in tempore. ¶ Item uirtus cor-
poralis leditur a uehementi obiecto. ut
sensus a uehementi lucido. intellectus autem non le-
ditur a uehementi intelligibili. immo ma-
gis confortatur. ergo non est corruptibilis.
¶ Item ex conditione obiecti cognoscitur condi-
tio potentie. et ex conditione potentie con-
ditio substantie. cum ergo obiectum uirtutis intellec-
tiue sit uniuersale et incorruptibile. uirtus
intellectiua incorruptibilis est. Augustinus
in libro soliloquiorum sic probat immortalitatem
anime. omnis in quo est substantia comprehensi-
bilitatis. in quantum est ueritas est immo-
bilis. Sed actiua rationalis est huiusmodi. ergo est immor-
talis. ueritatem hic intellige essentiam ue-
ram in quantum est abstracta a materia et a
materialibus conditionibus ut apprehenditur
ab hoc quod predicatur de omnibus hominibus. ¶ Item
substantia cuius operatio non pendet a corpore ip-
sa non pendet ex corpore. sed operatio substantie intel-
lectiue non dependet ex corpore. scilicet intelligere.
ergo nec substantia intellectiua pendet ex corpore.
ergo est separabilis a corpore et potest uiuere si-
ne eo. ¶ Item uirtus cuius operatio impeditur a corpore
non dependet a corpore. sed talis est uirtus in-
tellectiua. quanto enim corpori se plus immiscet
per sollicitudinem et amorem et temporalium de-
lectationem tanto intelligit obtusius et
quanto autem se elongauerit tanto clarius et
facilius. ergo ipsum non dependet a corpore. quia si
intellectus dependeret a corpore sequeretur con-
fortatio eius ad confortationem corporis. et de-
bilitatio ad debilitationem. aliter tamen est
uia in senectute est corporis debilitatio et
intellectus confortatio. sic enim iuniorum

sentiunt. sic seniores melius intelligunt.
Iob. xii. In antiquis est sapientia. Sed quia tamen obi
citur quod intellectus uidetur dependere ex corpo
re cum eius operatio impediatur egritudine corporis
ut patet in freneticis. Similiter intellectus sensu
et ymaginatione indiget. cum non fiat sine
illis. dicendum est quod aliud est uirtutem impedi
ri a lesione. aliud ex occupatione. Intellectus
impeditur occupatione anime circa opera alterius
uirtutis. Si non leditur ut uisus uel auditus ex
terior occupans animam circa exteriora. impediunt
illa hora ne uacet intellectiue operationi. sic
in laborantibus frenesi uel similibus passionibus
est. sicut sopita lyra et adherentia propter infec
tiones. difficile et quemadmodum sopita uirtute
tenentur circa fantasmata occupata. sic
ille alienationes operationem intellectus uirtute
occupando impediunt. expurgata autem hac in
fectione. intellectus tanquam nichil passus le
sionis. ad proprias operationes redit. Ad secundum
dicendum quod licet intellectus non fiat in nobis
sine sensu et ymaginatione tamen est sine
illis. et ponit simile augustinus. ad portum non deue
nitur nisi per nauem. est tamen esse in portu sine na
ui. Vel potest distingui duplex facies uir
tutis intellectiue inferior et superior quantum
ad inferiorem indiget intellectus sensu et yma
ginatione. quantum uero ad superiorem secundum quam est
nobilis perfectio et potissima intellectus non
indiget. illustratur enim a prima ueritate. ¶ Item
potest ostendi quod anima rationalis non pereat cum
corpore multis aliis modis. primo sic. Cum
nullus motus nature sit frustra. omne
quod naturaliter mouetur non est naturaliter in
possibilitate prohibitum a fine. ad quem mo
uetur. ergo cum anima rationalis naturaliter appetat
beatitudinem. non est impossibile ei assequi eam.
Sed impossibile est quod eam assequatur in bonis
presentis uite. ergo ipsa manet post presentem
uitam. quod in bonis presentis uite beatitudi
nem non assequatur. Sic potest ostendi possessores
bonorum temporalium corporalium. aut amant
ea aut non amant. si non amant. ergo sunt
eis honor et non assequuntur felicitatem in eis.
Si uero amant ea. ergo se uniunt eis per amo
rem. et se obnoxii omnibus passionibus quibus
illa subiacent. amans enim necessario compa
titur amato propter unionem amoris. si passio
uel amare ad ipsum per apprehensionem ad
uenit. ergo nec in isto casu felicitatem in
bonis istis assequuntur. ¶ Item nobiliori uirtu
ti nobilior competit perfectio. ergo cum uirtutes
anime quibus homo antecellit bruta animalia nobi
liores sint uiribus illis quas communicat
cum brutis. eis competit nobilior perfectio.
ergo felicitas alia erit anime rationalis secundum
uires illas nobiles. quam sit ea que est secundum
uires inferiores que est in bonis presentis
uite. Preterea cum nobilis pars anime habeat sin
gulas proprias operationes et propria gaudia. et propri
am libertatem et securitatem. habebit ipsa propriam
felicitatem non in bonis corporalibus. cum ipsa
separata sit a corpore. ut tamen ostenderet hic in
bonis spiritualibus. ¶ Item quicquid est morti
obnoxium non est beatum. ergo cum beatum in presen
ti uita subditur sit necessitati moriendi in
ea non est perfecte beatus. ¶ Item omnes uirtutes ordo
separata a corpore non est corruptibilis corrup
tione corporis. sed uirtutes que sunt proprie anime rationa
lis. scilicet intellectus et uoluntas omnium sunt
separati a corpore. ergo non sunt corruptibiles
corruptione corporis. media multipliciter pro
batur. primo sic. uis uittra corpori sine ope
rans per organum operatur secundum proprietatem
et possibilitatem organi tantum. ut uisus
qui non iudicat de sapore. uel sompno. sed de
colore. quia color pertinet ad naturam oculi
Nullum autem organum corporale possibilita
tem habet ad incorporalia. nulla ergo uis operans
per organum corporale est cognitiua non corpo

tialium tantum. Praeterea operatio intellectus est per ab
stractionem a materia et materialibus conditio
nibus. Sed omnis operatio est secundum naturam vir
tutis a qua egreditur. Ergo intellectus est ab
stractus a materia et non habet organum corporale.
¶ Item nulla virtus incorporata vel parti corporis
determinata sive operans per organum est cog
nitiva sui. Non enim potest reflecti super se. Unde
nec oculus se videt, nec imaginatio se
imaginatur. Cum ergo intellectus se intelligat,
non est incorporatus alicui, scilicet parti corporis deter
minate vinctus. ¶ Item quod cognoscitur est in
cognoscente secundum naturam cognoscentis
et non secundum naturam rei cognite. Et generaliter
quod recipitur in aliquo est in recipiente secundum
naturam recipientis. Cum ergo corporalia et ma
terialia sint in intellectu secundum modum im
materialem, scilicet denudata a materia et ma
terialibus conditionibus, intellectus immaterialis
est et non incorporatur alicui parti corporis. Item
cum voluntas que est propria anime rationalis libera
sit, flexibilis sit flexibilis, et ad ea que sunt
delectabilia corpori et ad ea que sunt corpori
contraria, ut sunt macerationes carnis et
ipsa mors corporalis, manifestum est quod vo
luntas illa a corpore separata est. Unde non est
cum corpore corruptibilis. ¶ Item non est necesse
rectorem navis mori cum navis dissipatur.
nec militem occidi cum equus eius in sidere occi
ditur. nec artificem perire licet aliquod de in
strumentis eius quo ad aliquam operationem
ignobilem utitur defecerit. sic non est necesse quod
hec rationalis pereat, licet corpus quod ei est
organum quantum ad aliquas eius operationes mi
nus nobiles pereat. Praeterea nichil crea
tum est propter ignobilius et vilius se. Ergo anima ra
tionalis non est principaliter creata propter operati
ones virium quas habet communes cum
brutis, vel propter bona ista corporalia que ea
viliora sunt. Ergo non est necesse eam perire. Licet

non possit exercere operationes illas minus no
biles circa bona ista corporalia. ¶ Item cum
anima rationalis nobilior sit quacumque crea
tura corporali et deus communicavit anime ratio
nali. Item cum deus communicavit anime ratio
nali intelligere non solum creaturam corpora
lem sed et creaturam spiritualem et ipsum cre
atorem ipse communicavit ei esse perpetuum
cum capacitas dei per intelligentiam lon
ge melior sit perpetuitate essendi. ¶ Item
cum dederit deus creature rationali ut possit
habere amicitiam cum deo, licet non amicitiam
quiet bonorum coronem. Verisimile est quod
concesserit ei immortalitatem. Praeterea
fidelis amicus amicum suum a morte li
beret si potestatem habeat. Ergo verisimile est
quod deus amicos suos servet a morte
omnino pereant. mors corporalis ami
corum dei non est mors, sed potius sompnium vel tran
situs ad meliorem vitam. Jo. xi. Lazarus ami
cus noster dormit. Et Matth. xxii. Non est deus
mortuorum sed viventium. ¶ Item que a so
lo deo immediate producuntur perpetua sunt ni
si sint accidentia vel forme dependen
tes a materia. Sed anima rationalis non est acci
dens, nec forma dependens a materia
et a solo deo est per creationem ut prius vi
sum est. Ergo ipsa habet esse perpetuum quod
non sit accidens. Sed probatur. Nullum ac
cidens nobilius est substantia. Sed omne mo
vens et regens substantiam est substantia nobi
lius et actualius et virtuosius substantia quam
movet et quam regit. Ergo nullum tale
est accidens. Sed talis est anima rationalis.
Ergo ipsa non est accidens. Quod vero non sit for
ma a materia dependens prius ostensum
est. Possumus etiam ad destructionem
huius erroris ostensione qua usus
est quidam religiosus contra philosophum quen
dam qui negabat animam esse immor

talem. aut anima inquit est mortalis aut inmortalis. si anima mortalis et credis eam inmortalem nullum tibi inde proveniet incommodum. Si autem inmortalis est et eam credis esse mortalem, aliquod potest tibi venire inde incommodum. ergo melius est ut anima credatur esse inmortalis quam mortalis, quia secundum sapientem. Si propositis duobus alterius sit consequentium bonum. alterius non malum, magis est eligendum cuius consequentium est bonum quam id cuius consequentium est malum. et iuxta illum quod tullius refert in libro de senectute catonem dixisse. Si anima mortalis est qui credunt eam esse mortalem non erunt post hanc vitam qui nos confundant de contraria opinione. Si vero est inmortalis. nos qui sumus huius opinionis poterimus eos confundere qui contrarie opinionis sunt. et hec contra dictum errorem sufficiant.

Contra illos qui negant corporum resurrectionem

Sequitur de errore eorum qui negant corporum resurrectionem. Ad destructionem vero huius erroris primo ponem testimonia sacre scripture. Deinde rationibus utemur. legitur exo. iii. Deus patrum vestrorum Deus abraham. et Deus ysaac. et Deus iacob misit me ad vos. quo verbo utitur Deus. matthei xxii. ad probationem resurrectionis subdens. Non est inquit deus mortuorum sed viventium. glossa probat per hoc animas post mortem remanere. non enim diceretur Deus non existentium. et sic introducitur et corporum resurrectio. quia cum animabus bona vel mala que gesserunt recipiant. Item iob. xix. Scio quod redemptor meus vivit et in novissimo die de terra surrecturus sum, et eodem xiiii. lignum habet spem. si precisum fuerit rursum virescit. et ysa. xxvi. Vivent mortui tui. et ezech. xxxvii. Ecce ego intromittam in vos spiritum et vivetis. dan. xii. multi de hiis qui dormiunt in pulvere terre evigilabunt. Ione. ii. sublevabis de corruptione vitam. ii. mach. vii. rex mundi defunctos nos pro suis legibus in eterne vite resurrectionem suscitabit. et in eodem. e celo ista possideo. sed propter dei leges hec ipsa despicio. quoniam ab ipso me ea recepturum spero. eidem xii. Iuste et religiose de resurrectione dei cogitans. matthei xxvii. multa corpora mortuorum que dormierant resurrexerunt. Io. v. Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite. eidem xi. Scio quia resurget in resurrectione in novissimo die. i. cor. vi. deus et dominum suscitavit et nos suscitabit per virtutem suam. eidem xv. Si resurrectio mortuorum non est. neque christus resurrexit. ibidem. Insipiens quod tu seminas non vivificatur nisi prius moriatur. Item in eodem. omnes quidem resurgemus. Item oportet corruptibile hoc induere incorruptionem. et ii. cor. iiii. Scientes quoniam qui suscitavit ihesum. et nos cum ihesu suscitabit. ephes. iiii. donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi. phil. iii. Qui reformabit corpus humilitatis nostre. et cetera. i. thessa. iiii. Nolumus vos ignorare de dormientibus. Iac. v. Aurum et argentum vestrum eruginavit. et erugo eorum in testimonium vobis erit. et manducabit carnes vestras sicut ignis. ergo caro vestra in luto. act. xxvi. Quid incredibile iudicatur apud vos. si deus mortuos suscitat. Rationibus sic potest

corporum resurrectio suaderi omnem
iustitiam iudicis iusti in cuius terra nul-
la sunt digna premio et supplicio quia
nec fallitur ignorantia. nec prohibetur im-
potentia. necesse est quemque conuinci in
iudicium. Sed talis iudex deus est. ergo eius
iustitia quemque conuincet in iudicium.
Sed hoc non fit in presenti uniuersaliter cum
mali floreant et boni opprimantur. fi-
et ergo in futuro, et reddet deus unicuique
prout meruit. ergo hominibus qui sibi
seruierunt mercedem reddet quod fieri non
potest nisi ipsi resurgant. tali argumento
usus est barnabas ad probandam re-
surrectionem philosophis qui erant rome.
ut legitur in libro clementis. iustitie
inquit quelibet seruientem alicui re-
munerari. et uide ut patet. Siquis tamen
dicat homines posse remunerari in
animabus sine corporum resurrectione
non ualet responsio. cum enim anima sine
corpore homo non sit nec remuneratio a-
nime sine corpore est remuneratio hominis.
Preterea cum homo seruierit deo et cor-
poralibus operibus et spiritualibus et non minus
deus sit liberalis remunerando quam
homo seruiendo; utroque modo et in corpore
et in anima debet remunerari. Item similium
meritorum apud eundem iudicem simi-
lis debet esse remuneratio. ergo cum christus
seruiendo patri in corpore et anima me-
ruerit in corpore et anima remunera-
ri. alii similiter deo seruientes similem
remunerationem merebuntur. i. cor. xv.
Si resurrectio mortuorum non est. neque
christus resurrexit. Item in ps. Numquid
enim uane constituisti filios hominum.
uane siue frustra sunt constituti. Si
participes non sunt beatitudinis. si non
[illegible] non resurrecturi. Preterea si corpus

anime comparatum. quare non conregnabit
et glorificabitur. ¶ Item cum anima na-
turaliter appetat esse in corpore quod osten-
dit dolor qui est in separatione. et omnis ap-
petitus naturalis, in perfecta anime bo-
ne debeat impleri, corpus reddet-
ur. sine quo appetitus eius naturalis non
impleretur. Preterea cum constet anime na-
ture non sufficere organum. necessario corrup-
tibile. ex prima ordinatione corpus
humanum non fuit tale. ergo cum perfecta
restauratio perfecta fiat, perpetuum
anime tradetur. fiet ergo resurrectio
Item cum alique actiones corporales
meritorie ut opera iustitie. de quibus legitur
mt. xxv. Caro sicut socia anime
in merito. socia debet esse in premio
et ex quo premium perpetuum solum premi-
bet hoc lucri. quod non erit si caro re-
gat. ¶ Item corpus humanum finis
ceterorum corporum. ergo cum inter cetera
quedam habent esse perpetuum. corpus hu-
manum habitum non est esse perpetuum. finis
enim melior est his que sunt ad finem.
quod autem diuturnius est melius est. ¶ Item
corpora que habent esse perpetuum habi-
lia ex dei bonitate. et ad creature
utilitatem. non ad utilitatem dei. qui
bonorum nostrorum non egeat. nec ad utili-
tatem creature pure corporalis. cum
nullius boni sit perceptiua. ¶ Item
principaliter ad utilitatem creature
spiritualis cum illa creatura corporalis
egeat. ergo ad utilitatem creature
tam corporalis et partim spiritualis quod
non uidetur esse nisi homo. Si non alie
creature corporales propter hominem
esse perpetuum. multo fortius homo
uis est esse perpetuum. ¶ Item autem corpus
humanum se habet solum ad anim-

ut organū ad opꝰ necciū. aut n̄ si
pmom̄ que cā est qd̄ anima tn̄ do
leat cū illud organū graue ꝛ hono
sum sepetur ab ea. que n̄ est ampli
ei necciū. quis sapiens doleat cū
a naui exit ad portum securū? Sed
n̄ n̄ se h̄t ut organū solum. sed ut
materia cum qua eadē pficit spē in u
nam rerū. ꝛ creatura nobilissima cū
creature mūi nobiles eē ppetuum ha
beant. Jd ꝛ eē ppetuum h̄iturꝰ est.
¶ Et enim aīa rōnalis h̄at aliquas ui
res que sine corpe n̄ possunt perfici
ut prius ostensum ē. tunc ipsa n̄ pfi
cietur omnino in futuro. nisi corpus ei
iterum uniret. ¶ Et due cause unionis
eius ad corpus assignant a gregorio
nazaȝeno. una. ut p agones certa
minū que ei insunt aduersus terrena
celestis glīe hereditatē acquirat.
ꝛ sicut aurū igne pfectus uite eius
pressurꝛ plet examine. alia cā est. ut
hanc deteriorem naturā corporis secum
trahat. ac sursum supius sedibz col
locet. Vn̄ una cā unionis ei est bo
nū anime. alia bonū corpis. utraqꝫ
aūt cā requirit. ut corpus resurgat.
de pma patet. Justum enī est ut ea
ꝛ que sunt socia in certamine. socia
ꝛ sit in glīa. De scda idem manife
stum est. Contra illum qui dicit unum
quemqꝫ posse saluari ī sua fide ł lege.

Sequit̄ de errore illo qui ponit
unumquemqꝫ saluari in sua fide
uel lege. ex quo credit eam eē bonā
ꝛ deo placentē. cui errori occonem
dedit qd̄ cogitauerit tantā pauci
tatē eē saluandorꝫ. si soli xp̄iani bo
ni saluarentur. dixerit enim cum deus
n̄ sit mīi. prius ad miserendum qm̄
ad puniendū. quom̄ tam pauci sal
uabuntur. s. xp̄iani. ꝛ illi n̄ omēs. s; so
lum boni qui pauci sunt r̄ malorꝫ.
multitudo ꝫ iudeorꝫ ꝛ gentilium
dampnabitur. cū dei mīa tantā mul
titudinē creauit cū puidet eā dap
nandā. Et dicend̄ est contra hūc errorē
qd̄ n̄ est mirū. si pauci sint saluan
di. cōpatione eorꝫ qui sunt dāpnandi.
uilioꝫ enim semp est maior multitu
do qm̄ ptiosiorꝫ. ut ferri ꝛ plumbi qm̄
auri ꝛ argenti. ꝛ lapidum cōmuni
um qm̄ gēmarꝫ. ꝛ aliarū qm̄ cedrorꝫ
uel palmarꝫ ꝛ maior ē acerus pa
lee qm̄ grani. ꝛ maior nūs stultorꝫ
qm̄ sapientū. ecc̄. i. Stultorꝫ infini
tus est nūs. sic multi sc̄ uocati pau
ci n̄ electi. mt̄. xx. Preterea cū in tanta
multitudine hōim pauci sint reges
tpales. quid mirū si pauci h̄ituri
sunt regnū celeste. ¶ Et cū pauci
ad regnū celorꝫ uenire curent. qd̄
mirum si pauci puenerint. quom̄
eñi puenient si uenire nolunt?
¶ Et quid mirū si pauciores ascen
dant in celum qm̄ descendant in
infernum. cū facilius sit descendē
qm̄ ascendere. ꝛ si pauciores intrāt
p angustam portā padysi qm̄ p la
tam portā inferni. mt̄. vii. Intrate
p angustam portā. qr lata porta ꝛ
spaciosa uia que ducit ad pditio
nem. ꝛ multi sunt qui intrant p eā.
qm̄ angusta porta ꝛ arta uia que
ducit ad uitā ꝛ pauci sc̄ qui inue
niunt eam. Falsitas dēi erroris sic
pot manifestari. Si aliqis nolēs
corpalr̄ ambulare uellet puidere
ne pricula eū posset. s; oclis clau
sis aut aūlis a uia uellet incedere

merito imputaretur sibi si quid ei ma-
li ex hoc accideret. ¶ Item si quis vellet
ire ad aliquem locum ignorans et
paratum habens qui viam ostenderet et
ducatum preberet. nollet sibi viam
ostendi vel ducatum preberi. merito
imputaretur ei si quid mali ei ex hoc ac-
cideret. hec duo cuilibet animi bene
disposito audita approbat. Sed cum
pericula spiritualia magis sint periculosa
et ideo magis cavenda. Si quis circa
illa negligens fuerit providenda et pre-
cavenda. merito ei imputabitur. cum in
periculum ceciderit. Sed negligentia queren-
di viam veritatis et salutis vel ducatum
per rationes vel querendo ab alio quem
circa eam credit esse a deo instructum.
vel implorando divinum auxilium cum
aliud consilium ei desit. negligentia
est culpabilis et dampnatione digna.
Unde de illo qui ignorans est ex negli-
gentia habetur. unde est illud .i. cor. xiiii.
Ignorans ignorabitur. Dicitur. Noluit intel-
ligere ut bene ageret. Sed noluit. et tra-
ventam non legit. Ambrosius. Qui possent
scire si vellent studium adhibere. non
nescientes sed contemptores iudicabun-
tur. Si vero aliquis seductor sub pre-
textu catholici doctoris alicui simpli-
ci errorem predicet. prout credendum est
quod deus cor simplicis aliter. ne ille
error sibi periculo cedat. nisi negligen-
tia eius vel alia culpa obsistat. custo-
dit enim dominus omnes diligentes se.
ut legitur in ps. et prov. ii. custodiet rec-
torum salutem et proteget gradientes sim-
pliciter. Idem intelligendum est in illo
casu in quo aliquis invenit docto-
res contrarios. unum fidelem et ali-
um infidelem. nec sufficit ex proprio

seu sui. vel ex dictis eorum vel ex vita
discernere cui potius credendum
sit. dei enim misericordia ei non deerit non pul-
sando sed ad eam negligens fuit. fi-
deles vero negligentes valde sunt
investigando per scripturas salubri-
tatem et inquirendo ab aliis et im-
plorando divinum auxilium. et infla-
do veritatem quam iam noverunt. (
non negligit facere bonum quod
faciendum. non meretur accipere
ciam faciendi. id quod videmus
qui non in talento invellos quod
pit fideliter negociatur. dignus est
talento eius addatur. Mt. xxv. Si
enim esset quod ponunt qui sunt pre-
dicti errores nichil esset virtus vel
um simpliciter. crederent enim de vir-
quod esset vicium viciosum esset ag-
secundum virtutem. et crederent de vi
esse virtutes esse vicioso sum agere s
vicium. secundum hoc idem valeret
errantem quod veritas eam cognoscere.
Quedam utilia ad destructionem
errores require supra in cap. i. osten-
sum est quod unica sit fides vera
hoc vero quod deus creavit tantam
titudinem hominum quam providebat
esse dampnandam mirari debes
ceas bonitatis dei qui tamen m
titudini tot et tanta bona dedit
tamen provideret eos futuros. ingra-
titudines et pravitatem hominum
largitorem omnium bonorum divin
impugnavit. nec solum ad deum
debes hoc oculum sed ad dei iusti
que non minor est quam eius misericordia q
illos quos misericordia creat pascit et re
et servat. ingratos de acceptis be
neficiis merito dampnat. quid

si iusticia peccatoribus reddit quod meruerunt.
Nemo miratur de hoc quod ignis calefa
cit vel sol illuminat. vel dei misericordia bo
nis beneficia tribuit. Sic mirari non
debes si iusticia dei eos qui rebelles
sunt deo punit. non miratur aliquis si
quod seminat aliquis hoc metat. Sic
mirandum non est si peccatores mala me
tant que seminant. eccli. vii. Noli fa
cere mala et non te apprehendent. Et iterum.
Non semines in sulcis iniusticie. et non
metes ea in septuplum. gal. vi. Que
seminaverit homo hec et metet. aug. de
ci. aliquis si deus vellet isti boni essent
sed melius voluit ut quod vellent essent.
si boni non infructuose. si mali non impu
ne. eccli. xv. Deus ab initio constituit
hominem. et reliquit illum in manu
consilii sui. et paulo post. Apposuit tibi
aquam et ignem. ad quod volueris porri
ge manum tuam. ante hominem
vita et mors. bonum et malum. quod
placuerit ei dabitur illi. mirari tamen
debes sapientiam et bonitatem dei que pe
nis malorum utitur ad bonum electorum.
Inestimabile enim gaudium erit e
lectis in futuro. cum perfecte agnoscent
pulcritudinem iusticie divine. quam
tanto plus amabunt quanto amplius
agnoscent. et tanto amplius gaudebunt
quanto amplius agnoscent et ama
bunt. ps. letabitur iustus cum vide
rit vindictam. ¶ Misericordiam et iudicium
cantabo tibi domine. Duplex erit materia
cantus salutis. s. misericordia electorum et iudi
cium reproborum. greg. Omnipotens deus quia pius
est miserorum cruciatu non pascitur. quia
autem iustus est ab iniquorum ultione in
perpetuum non sedatur. Sed iniqui omnes
eterno supplicio deputati sua quidem

iniquitate puniuntur. et tamen ad aliquid
ardebunt. scilicet ut iusti omnes et in deo
videant gaudia que perceperunt et in
illis respiciant supplicia que evase
runt quatenus tanto magis in eter
num divine gratie debitores se esse
cognoscant. quanto in eternum mala
puniri conspiciunt que eius ad
iutorio vicerunt. De errore eorum qui negant eternitatem pene futuri

Sequitur de
errore eorum qui dicunt animas
que in mortali decedunt. non punien
das eternaliter. qui error valde periculo
sus est. funditus enim destruit sa
pientiam et bonitatem in cordibus hominum
cum evacuet timorem domini qui est
principium sapientie. pro. i. et sine quo non
est iustificatio. eccli. i. Timor domini
expellit peccatum. nam qui sine timo
re est non poterit iustificari. error
iste dum impunitatem hominibus
promittit. putantem ad peccandum in
ers efficit. Impunitas enim est nu
trix transgressionum ut ait b. Huic
errori occasionem dare potuit illud matth.
vii. In qua mensura mensi fueritis re
metietur vobis. et illud apoc. xviii.
Quantum glorificavit se et in deliciis
fuit tantum date ei tormentum et luctum.
Non enim inquiunt mensura pene secundum
mensuram culpe. si pro peccato momentaneo
pena eterna redderetur. Sed verba pre
dicta sic intelligenda sunt. ut fiat
comparatio in gradu. qui multum pec
cavit multum puniatur. et qui mi
nus peccavit minus. et qui amplius
amplius. non quod sit necesse penam
esse equalem culpe secundum durationem.
immo pena quantum ad durationem
multo maior potest esse quam culpa sic

multipliciter potest ostendi. et primo per pe-
nas ab humanis iure positas que mul-
to amplius durant quam peccata pro quibus
inflicta sunt durauerit. Aug. xxi. li.
de ciuitate dei. Octo genera penarum in
legibus esse scribit tullius. dampnum.
uincula. uerbera. talionem. ignominiam.
exilium. mortem. seruitutem. quid horum
est quod in breue tempore pro cuiuslibet cele-
ritate peccati coartetur. ut tanta uindi-
centur morula quanta deprehenditur
perpetratum. uel forte talio diuinum
bellum acquirit. perpetuam seruitu-
tem. Preterea cum perpetratio peccati uul-
neratio spiritualis sit. quid mirum
si a uulneratione breuissimi temporis re-
linquatur uulnus multe durationis
aut et mors a qua non est regressus
ad uitam nisi miraculose. Item cum
perpetratio peccati casus sit in profundum.
quid mirum si casus iste breuissi-
mo tempore fiat. et tamen qui sic ceciderit
in profundo multo tempore maneat. Item
cum perpetratio peccati transgressio sit
legis. non est mirum si mutilatio que
pena est naturaliter pro illa infligatur.
cum et perpetratio peccati ligatio sit pec-
cantis. secundum illud prov. v. funibus peccatorum
suorum quisque constringitur. non est mirum
si ille qui ligatus est breui tempore diu
ligatus maneat. Item cum peccator
breui uoluptate se uendat. quid mi-
rum si emptori eius acquiratur uel
perpetuum. Preterea cum non minor sit
dei iusticia quam misericordia. nec minus sit
eterna. quare miratur quis quod dei iu-
sticia eternaliter puniat malos. et non
miratur quod dei misericordia eternaliter remu-
neret bonos. cum parium causarum
pares soleant esse effectus. Preterea per

se notum est. quod qui addit super pec-
catum suum contumaciam seu impe-
nitentiam auget meritum et penam. et
quantum durat iniuria debet durare
et pena. quare quilibet existens in inferno addit
super peccatum suum contumaciam uel im-
penitentiam. Nulla enim uera penitentia uel
emendatio est apud inferos. et tam-
diu durat dei iniuria quamdiu non
emendatur. merito durabit semper
suus pena. Preterea peccator peccauit in
eterno. usque ad mortem in peccato perse-
uerando. Ideo merito punietur in eter-
no. petrus. iiii. libro dialogorum. Sed ue-
lim quomodo iustum quomodo iustum sit
ut culpa que cum fine perpetrata est
sine fine puniatur. Gregorius. hoc recte diceretur
Si districtus iudex non corda homi-
num sed facta pensaret. Iniqui enim ideo cum
fine deliquerunt quia cum fine uixe-
runt nam uoluissent utique si potuissent
sine fine uiuere. ut potuissent sine
fine peccare. ostendunt enim quia in
peccato semper uiuere cupiunt. qui num-
quam desinunt peccare dum uiuunt.
Ad magnam ergo iudicantis iusti-
ciam pertinet. ut illi numquam careant sup-
plicio. qui in hac uita numquam uolu-
erunt carere peccato. Aug. quare eternus
uoluit homo peccati perfruitionem eter-
nam inueniet uindicte seueritatem. Item
maculatio ymaginis diuine sem-
per manebit in eternum dampnatis. Item
cum peccatum quantum ad maculam
maneat. pena peccati merito semper ma-
nebit. Aug. merito in celesti ciui-
tate ymaginem ipsorum ad nichilum re-
diget. qui in sua terrestri ciuitate yma-
ginem ipsius ad nichilum redegerunt.
In quanto minus bonum est deo quod

et prefertur, tanto maior ei contumelia infertur. Cum igitur omne quod est uel esse potest in infinitum minus bonum sit deo quicquid ei prefertur, infinita contumelia est infertur ei. In omni autem mortali peccato aliquid ei prefertur. peccare enim est secundum Augustinum spreto incommutabili bono bonis commutabilibus adherere. In omni igitur mortali peccato infertur deo infinita contumelia. merito igitur a deo pro quolibet mortali infertur infinita pena. ¶ Item si quis peccaret in aliquem equalem sibi aliquantum peccaret in eum. et si simile peccatum committeret in maiorem magis peccaret, ut si in sacerdotem. et si in maiorem sacerdotem, ut in episcopum, tunc magis peccaret. igitur si peccat in deum qui in infinitum maior est quolibet puro homine, in infinitum magis peccat. cum igitur infinitum sit peccatum quo quis contempnit deum merito infinita pena ei debetur. Item obligationes et transgressiones proportionales sunt. qui enim equaliter tenentur ad aliquid faciendum, equaliter peccant non faciendo illud. Sed obligatio qua quis tenetur deo obedire et seruire infinita est. igitur culpa transgressionis est infinita. quod obligatio sit infinita sic probatur. Non est possibile quod creatura rationalis liberet se a debito obediendi uel seruiendi deo. igitur cum obligatio illa sit intransibilis infinita est. Preterea si quis dedisset mille marchas gratis alicui aliquantum ei esset obligatus ei. igitur cum solus oculus uel lingua in infinitum preciosior sit mille marchis auri in infinitum magis obligatus est homo ratione solius oculi uel lingue quam esset ratione mille marcharum auri. quid igitur erit de obligatione que est ratione totius corporis. et quid de illa que est ratione anime que in infinitum melior est corpore. Patet igitur quod obligatio obediendi uel seruiendi deo infinita est. ¶ Item si anima rationalis non deberet durare nisi per diem unam, tamen esset obligata deo ratione durationis uite aliquanta obligatione. et si per duos dies ratione uite duorum dierum esset obligata duplo maiori. et sic ascendendo. igitur ratione infinite uite obligata est deo obligatione in infinitum maiori. cum igitur obligatio infinita sit, culpa transgressionis est infinita. et ideo merito debetur ei infinita pena. ¶ Item cum opera dei in uniuerso completa sint opera iustitie eius diminutionem non habebunt. et sicut retributiones eius perpetue erunt, ita et uindicte et pene perpetue erunt. Preterea cum mala merita omnino nostra sint, bona uero merita fere omnino sint dei, magis debentur nobis de iustitia pene malorum meritorum quam premia bonorum. igitur magis sumus puniendi de iustitia pro malis meritis quam remunerandi pro bonis. Si igitur eternaliter pro bonis aliquis est remunerandus, eternaliter pro malis erit aliquis puniendus. ¶ Item proportionalia sunt peccata penis. si igitur non est comparatio peccati ad peccatum non erit comparatio pene ad penam. cum igitur non sit comparatio peccati eius qui furatus est ouem et peccati eius qui occidit hominem innocentem non erit comparatio pene ad penam

g° si pena punitiua peccati est temporalis pena
sed erit perpetua. g° deus aliquos perpe
tuo punit. Si forte ad hoc dicatur
quod licet possibile sit aliquem me
reri penam eternam tamen clementia
dei non sustineret eum punire tan
ta pena. querimus ab eo utrum sustine
ret deus eum puniri aliqua pena
uel nulla. Si nulla euacuatur dei iusti
cia. si aliqua g° uel temporali uel eter
na. Si eterna habeo propositum. si tempora
li. cum pena temporalis comparatione eter
ne. minus sit quam leuatio unius
festuce de terra respectu excoriatio
nis uel detruncationis capitis. sicut
uidelicet deridendus esset si eum qui
meruisset excoriationem uel capitis
detruncationem. puniret leuatione
festuce de terra. sic ridiculosa esse ui
deretur dei iusticia si debitorem pe
ne eterne puniret sola pena tem
porali. unde adhuc euacuaretur dei iu
sticia. ¶ Item legitur ysa. ult. Vermis
eorum non morietur. ignis eorum non ex
tinguetur. Ieron. Ignis ille tamdiu
succenditur quamdiu habet materiam
qua uorax flamma pascatur. ma
teria ista mala uoluntas est que
semper uiuet in dampnatis. ideo ig
nis ille numquam extinguetur. aug.
Voluntas punietur sine supplicio ani
mi sine corporis. ut que delectatur
in peccatis ipsa plectatur in penis. Iob
xx. luet que fecit omnia nec tamen
consumetur. glo. cuius uita mor
tua fuit in culpa eius mors uiuet
in pena. ¶ Item glo. Non consumetur
in morte sed ut sine fine crucietur.
uiuere sine fine compellitur. ps.
Mors depascet eos. glo. hoc dicitur

a similitudine iumentorum que non radicitus
herbas euellunt. sed summitates carp
unt. unde iterum herbe nascuntur ad pastum.
sic et illi morte depasti renascuntur
quia non deficiunt. gg. morte immorta
li moriuntur impii. b. in epistolis. Ob in
flexibiles et obstinate mentis pu
niuntur eternaliter malum licet temporaliter per
petratum. quia quod breue fuit tempore
uel opere. longum esse constat in pertina
ci uoluntate. auctoritates noui testa
menti que penarum eternitatem osten
dunt. Require supra in capitulo ubi de
struitur error eorum qui ponunt ani
mas non esse in corporibus humanis. sed de
mones inclusos dicunt agere penitentiam.
Item iniusto pena eterna punientur quia
eterna gloria a malo reuocari noluerunt.
Item cum bonitas dei summe odiat
malum. sicut summe diligit bonum
ipsa eternaliter puniet malum. sicut
eternaliter remunerabit bonum. ¶ Item
in presenti tempus est operandi. in fu
turo uero non erit tempus operandi. sed
pro opere suo hic mercedem recipiendi.
eccles. ix. Quodcumque potest facere ma
nus tua instanter operare. quia nec opus
nec ratio nec scientia nec sapientia erunt apud
inferos quo tu properas. non metet ibi a
liquis quod hic non seminauit. g° qui
male uixit hic et in malicia uitam fini
uit. non saluabitur. math. vii. Numquid
colliguntur de spinis uuas. aut de tri
bulis ficus. sic ex malicia uite quam
aliquis habuit non colliget ibi dulce
dinem premii. immo et ibi mutari non po
terunt. eccles. xi. Si ceciderit lignum
ad austrum aut ad aquilonem in quo
cumque loco ceciderit ibi erit. gg. in
li. dial. Quales hinc quisque egreditur

tales in iudicio presentatur. et ut breui
ter dicamus. uita presens disponit
de futura. Unde cum futura uita sit
sine fine eo quod anime sint inmorta
les. presens uita preparat future uel
miseriam sine fine uel felicitatem si
ne fine. Contra illos qui negant purga
Sequitur de errore torium. xv. ca.
illo qui ponit animas illorum qui
in caritate decedunt nulla pena pur
gatoria in futuro puniendas. qui
error habet tres errores sibi annexos.
Primus est quod nullum peccatum est ue
niale. Secundus est quod cum dimittitur
culpa dimittitur pena. ita quod si dece
dat nulla pena purgatoria punie
tur. Tercius quod suffragia ecclesie
non prosunt mortuis. Contra illos qui di
Circa primum cunt nullum peccatum esse ueniale.
errorem notandum est quod qui sunt erroris
illius non sentiunt de domino in bonita
te. cum credant eum pro quacumque
offensa seruis suis irasci ad mortem
dicunt enim omne peccatum esse mortale
et est error iste improbabilissimus. non
enim est uerisimile quod pater misericordiarum
pro quacumque offensa filios suos excherede
det. Item uerisimile est quod sicut
habet gladium mortis eterne quos mittit
in seruos maliuolos pro magnis offen
sis. sic habet uirgam correptionis uel
purgationis transitorie. qua pro leuibus
offensis utatur in filios suos. et sicu
ti non omnis infirmitas uel uulnus cor
porale ad mortem est. sic nec omnis in
firmitas spiritualis mortalis est. Item
sicut nec omnis casus corporalis est ad
fractionem colli. ita nec omnis casus
spiritualis ad mortem est. prouerbiorum xxiiii. sep
ties cadit iustus et resurget. porro
Qui cadit in plano uix hoc tamen
euenit unquam. sic cadit ut tacta sur
gere possit humo. Item preciantur uasa
preciosa omnino pro quacumque inquina
tione sed purgantur. sic nec anime.
et si in morte aliqua immundicia
inueniuntur. non tamen pro quacumque despe
rantur. Item si omne peccatum morta
le est cum omne dictum uel factum uel
concupitum contra legem dei sit pec
catum. omne dictum uel factum uel concu
pitum contra legem dei erit mor
tale peccatum. ergo ieiunare uel elemosinam da
re propter inanem gloriam erit mortale
peccatum. et Cum aliquid fiet de quo
lex dei dicit ne fiat. erit mortale
peccatum. quod si uerum est nullus erit
absque mortali peccato. Item cum
opus uirtutis sic immediate oppo
nitur seu peccatum erit quod erit in super
fluitate uel diminutione. Si uero
omne tale opus est mortale peccatum
ergo quicumque excedit in cibo et potu
mortaliter peccabit. Item cum mala
sit priuatio modi uel speciei uel ordinis
omne opus quod erit priuatum mo
do seu mensura debita erit mortale
peccatum. Peccatum enim et mortale pec
catum conuertibilia sunt secundum hunc
errorem. ergo quicumque nimis amat
filios suos mortaliter peccat. Item
cum diceret aliquis conuiuium sibi
to ante prefatam horam deliberatio
nem malum sit. erit similiter mor
tale peccatum et idem erit in aliis operi
bus prohibitis quod ante prefatam deli
berationem mortalia peccata erunt. et
si hoc. nullus est in presenti uita
qui uniuersaliter caueat a mortali pec
cato. Preterea in multis locis loquitur

sacra scriptura de pcc̄o. que nō posse
intelligi de solo mortali. ⁊ exempli
cā de paucis tangam. legitur pv̄. x.
In multiloquio nō deerit pcc̄m. non
potest hoc intelligi de mortali. quia uix
totiens est multiloquium sine mortali.
Item eccl. xi. Si diues fueris nō eris
immunis a delicto. ⁊ mt̄. xii. De omi
uerbo ocioso quod locuti fuerint ho
mines reddent rōnem de eo in die iu
dicii. ergo omne u̇bum ociosum pcc̄m
est. s; nō omē uerbum ociosum est
mortale pcc̄m. ergo aliquod pcc̄m ē ue
niale. Item .i. cor. iii. Fundamen
tum aliud nemo potest ponere pter
id quod positum est. quod est xp̄c ihc.
Si quis autem supedificat super
fundamentum hoc aurum argentū
lapides preciosos. ligna fenum. sti
pulam: vniuscuiusq; opus manifestū
est dies dn̄i declarabit. quia in igne
reuelabitur. ligna. fenum. stipula.
ne in alia grossiora uel leuiora in
telliguntur: sicut patet ex hiis q̄
secuntur. Vniuscuiusq; opus quale
sit ignis pbabit. si cuius opus ma
serit quod supedificauit mercedem
accipiet. si cuius opus arserit dē
trimentum patietur. ipē autem saluus
erit. sic tn̄ qīsi p ignem. Item legit
.i. Jo. i. Si dixerimus qm̄ peccatum
nō hēmus. ipi nos seducimus ⁊ ue
ritas in nobis nō est. de mortali pcc̄o
nō uidetur hoc posse intelligi. cum
illud nō sit in amicis dei. Item eiꝰ
v. Distinguit io͡hēs pcc̄m ad mortē
⁊ pcc̄m non ad mortem. est ergo aliquod
pcc̄m mortale: ⁊ aliquod quod non
est mortale. Item in ps̄. Omīs
homo mendax. quod mendaciū mor

tale intelligi potest. ⁊ eccl. vii. de neg
ligentia tua purga te cum paucis.

Contra illos q̄ dicūt q̄d cū dimittitur culpa

Quia secundum errorem dimittitur pena
nō quod error iste ualde periculosus
est. cum occōnem det pcc̄oribꝫ ad
tardius conuertendi. facit enim pari
conditionis q̄tum ad impunitatem
eos qui conuertuntur in fine uite sue
⁊ eos qui conuertuntur in iuuentute.
la enim pena secundum eos utrosq; pt̄ui
tem puniuntur. error iste ualde est im
babilis. si enim sacramentum pnīe ha
let. vniuersaliter culpam ⁊ penam si
cut sacramentum bapti. sicut sacra
mentum bapti nō iteratur ne facili
uenie homines faciliores facian
ad peccandum. sic sacramentu
pnīe nō debet iterari. Item ad qu
mouet euūglīm ad faciendum dig
num fructum pnīe. mt̄. iii. Si enim
aliquis peniteret uniuersaliter dimi
teretur ei pena. sicut ⁊ culpa. pnī
dum aliquis est in mortali non
meritoria. postq̄m mortale dimissum
est nō uidetur ēē neccīa q̄tum ad
absolutionē a pena. cum iam ille q
peccauerat secundum eos nullius pene
sit debitor. q̄r tn̄ scriptura sacra
mouet ad pnīam. Item queri
quod hiis qui magis peccauerunt
maior pnīa iniungatur. si tota cul
cum tota pena dimissa est. Item
stat quo antiqui patres multa pe
na puniti sunt ⁊ in exilio huius mun
di. ⁊ ⁊ post mortem. licet culpa mor
lis eēt eis dimissa. fuerunt enim in
ferno donec xp̄c eduxit eos. secundum
osee. xiii. Morsus tuus ero infer
act. ii. Quem dn̄s suscitauit solu

doloribus inferni. iuxta quod impossibile
erat illum teneri ab eo. et apoc. i. Fui
mortuus et ecce sum uiuens. in secula
seculorum. et habeo claues mortis et infer
ni. et ad col. ii. delens quod aduersus
nos erat cirographum decreti quod erat
contrarium nobis. et ipsum tulit de me
dio affigens illud cruci. expolians prin
cipatus et potestates transduxit con
fidenter. et in ps. Ascendit in altum
cap. du. cap. Si illi debitores fuerint
pene. post dimissionem culpe. uidetur
quod non semper dimittatur tota pena cum
culpa. Preterea si hoc esset. uideretur eua
cuare iusticia dei. et esse dedecus culpe.
sine decore debite uindicte. Est pena
proporcionalis est culpe. sed cum peccator
non imponit finem culpe sue. debetur
ei pena infinita et acerbior secundum quod
culpa maior fuit. ergo cum peccator peni
tendo imponit finem culpe. debetur
ei pena finita. et transitoria. et maior
uel minor. secundum quod culpa maior uel
minor fuit. Preterea cum deus pater
potius uoluerit quod proprius filius
penam transitoriam pro genere humano
solueret quam quod ipse eam remitteret
non est uerisimile quod ita de facili pe
nam peccatoribus remittat. quin saltem
pena transitoria eos puniat. B. Qui
non pepercit filio numquid parcet figmento.
numquid parcet seruo nequam. Si forte
dicatur quod penitentes de peccatis
in presenti puniendi sunt. in futuro
non. ergo dei misericordia magis propicia erit hys
qui differunt conuersionem suam usque
in finem uite. quam hys qui in iuuen
tute conuertuntur. cum a primis pe
nam non exigat et ab alys exigat. et
sic benignior erit in contemptores be
nignitatis sue quam in alios. Ro. ii. An
diuitias bonitatis eius et paciencie et
longanimitatis contempnis? Fal
sitas huius erroris apparet aperte ex il
lo uerbo. i. cor. iii. Si cuius opus
arserit detrimentum patietur. ipse
autem saluus erit. sic tamen quasi per
ignem. ergo aliqui saluandi in futuro
punientur. Preterea nonne aliquis de
cedere potest cum nimio amore fi
liorum uel presentis uite. numquid mo
riens quem mors non uidetur purga
re. cum eam uolens non recipiat quia
necesse post mortem purgabitur. et
sic per ignem saluabitur. In ps.
Transiuimus per ignem et aquam et edu
xisti nos in refrigerium. Contra eos qui dicunt
quod suffragia ecclesie non prosunt mortuis.

Circa tercium errorem qui po
nit suffragia ecclesie non prodesse
mortuis. nota quod ualde detestabilis
est cum in mortuos seuiat. quantum
enim in se est succursum esse aufert
mortuis qui igne purgatorio cruci
antur. ipse facit contra illud. eccl. vii.
mortuo ne prohibeas graciam. Si peccaret
qui prohiberet elemosinam dari ei quem
crederet esse indigentem. uel et de quo
dubitaret utrum esset indigens.
multo fortius peccant isti qui im
pediunt ne subueniatur eis qui ig
ne cruciantur. pro. iii. Noli prohibere
benefacere eum qui potest. si uales
et ipse benefac. Falsitas huius erro
ris in aperte apparere potest ex pre
dictis. cum prius ostensum sit aliquem
posse decedere cum uenialibus. et cum
debito pene transitorie pro mortali.
quod uerisimile est quod ecclesia penam
illam possit soluere pro illis qui decedunt

fecerunt exemplo capitis sui scilicet christi qui
peccata nostra tulit super lignum. i. pe. ii.
gal. vi. Alter alterius onera portate et
sic adimplebitis legem christi. ¶ Item cum ad pre-
ces sanctorum aliquibus det deus gratiam et
remittat penam eternam. Veri-
simile est quod ad preces eorum remit-
tat penam purgatoriam. ¶ Item ad
lacrimas marie et marthe suscita-
uit ihesus lazarum. Jo. xi. et ad preces
petri suscitatur tabita a morte.
act. ix. ergo ad orationes sanctorum remittitur
pena purgatoria mortuis. Ad idem
facit quod legitur. ii. mach. xii. sancta
et salubris est cogitatio pro defunctis
exorare ut a peccatis soluantur. Item cor. xv. Si mor-
tui non resurgunt quid facient qui
baptizantur pro mortuis. ut quid
et baptizantur pro illis. baptizari pro
mortuis est facere pro illis opera que
habent purgare. Item Jo. v. Qui scit
fratrem suum peccare peccatum non
ad mortem petat et dabitur ei vi-
ta. peccanti non ad mortem. Est peccatum
ad mortem. non pro illo dico roget quis.
cum pro peccatis ingentibus uiuentium
rogandum sit. ut stephanus rogauit
pro lapidatoribus suis. et christus pro crucifi-
xoribus suis. non uidetur intelligen-
dum esse de oratione pro uiuis. quod
dicit iohannes. non pro illo dico ut roget
quis. sed pro mortuis. pro defunctis
in mortali non est orandum ut sal-
uentur. sed pro defunctis in uenali. Vnde
super illud est peccatum ad mortem. non
pro illo et cetera. dicit interlinearis. quia qui
in hac uita non corrigitur post mor-
tem eius frustra uenia postulatur.
Item. Ja. vlt. orate pro inuicem ut
saluemini. multum enim ualet

deprecatio iusti assidua. cum oratio effu-
sa in terra in celo operetur iuxta uer-
bum gregorii. eodem modo in purgatorio com-
probatur. Ad idem ualet quod legitur
beatus andreas dixisse domino. cum diu
distulerit exaudire eum orantem pro
quodam sene. qui in peccato carnis usque
ad septuagesimum annum fuerat.
Domine deus pro mortuis obtinemus pu-
tuam. et nunc iste qui te nosse deside-
rat. cur non saluabitur. et tunc ue-
nit uox de celo ad eum dicens. obtinuisti
dicta pro sene. Si ad preces beati andree
deus homini inueterato in peccato de-
dit gratiam. uerisimile est quod ad preces
ecclesie remittat penam purgatoriam.
Preterea quid obstat quod preces ec-
clesie hiis qui decesserunt in caritate
non possunt ualere cum ecclesia sit
in statu in quo potest mereri. Illi
autem qui in caritate decesserunt
cum sint amici dei in statu sunt
in quo sunt digni hoc beneficio. ha-
bent enim dei gratiam et eius gloriam
expectant. adherendo et corpori ecclesie
tanquam membra dum uiuerent di-
gnos se fecerunt. et quodam modo meru-
erunt ut tales preces eis ualerent
si pro eis fierent. cibus corporis communis
est omnibus membris que sunt in
corpore. Vnde cum illi qui sunt in pur-
gatorio membra sint ecclesie et maxi-
me indigentia. merita ecclesie se de-
bent extendere ad eos. Preterea eodem
spiritu sancto uiuificantur membra illa
quo uiuificantur membra que adhuc
sunt super terram. ergo remissio cul-
pe uel pene que donum est spiritus sancti de-
bet se extendere ad ea que uiuunt
a deo. [illegible] xii. Qui dixerit aut dixerit

contra spiritum sanctum verbum non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. In qua sententia vtitur Gregorius .iiii. libro dialogorum dans intelligi quasdam culpas in hoc seculo, quasdam vero in futuro posse laxari. Quod enim de uno negatur, consequenter de quibusdam conceditur. Sed tamen hoc de paruis minimisque peccatis esse possibile credendum est, sicut est assiduus ociosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum cure rei familiaris, que vix sine culpa vel ab ipsis agitur qui culpam qualiter declinare debeant sciunt. Preterea hoc ipsum pertinet ad gloriam dei quod ad preces sanctorum tales mortui a pena liberentur. Deus enim gloriosus in sanctis suis, nec est contrarium diuine iusticie quod ipse impleat voluntatem amicorum suorum qui voluntatem ipsius pro posse suo implent. Idem enim velle et idem nolle ea demum vera amicicia est, vt ait sapiens. i. Jo. iii. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum, et quodquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, et ea que sunt placita coram eo facimus.

De causis errorum.

Destructis erroribus qui catholice fidei aduersantur, tangendum est de causis errorum, de quibus octo assignare sufficiat. Prima est ignorantia capacitatis intellectus humani. Quidam enim non attendentes limitatum esse intellectum humanum credunt eum esse capacem omnium. Et ideo credunt illud non esse quod ab eo non capitur. Sicut si aliquis crederet circulum solis omnia continere, ipse crederet illa non esse que infra circulum illum non continerentur. Similis error est in illis qui credunt non posse esse scientiam de magnitudine solis et lune et stellarum quia ipsi non habent eam. Secunda est auersio intellectus a credendis et ab hiis que possunt hominem inducere ad credendum, et conuersio ad errores. Quidam enim sic amant errores suos ut contraria eis non velint cogitare vel audire. Prouerbiorum. Non recipit stultus verba prudentie nisi ea dixeris que versantur in corde eius. Non est datum homini videre tergum suum, nec videre sine intuitu. Sic nec intelligere ea a quibus intellectus se auertit. Nolunt audire qui sunt in erroribus aliquid de miraculis, nec sacra eloquia, nec bonos doctores quibus possent ad veram fidem induci. Ideo non est mirum si remanent in erroribus suis. Tercia est rerum subtilitas et intellectus grossicies. Qui turbidum habet visum, pilum qui ab aliis videtur non videt, sed non ideo contendere debet eum ibi non esse. Non videt visus humanus que quem videt aquilinus. Quarta est distantia a credendis. Quidam enim commorantur in sensibilibus qui longe sunt a credendis, que sunt inuisibilia, non appropinquantes ad illa nec studio nec exercitatione. Ideo non est mirum si illa non vident. Ipsi sensum volunt habere ducem ad credenda, qui cecus est quantum ad ea. Unde sic disputant de spiritualibus sicut ceci de coloribus. B. super cant. Quomodo lux in cassum circumfunditur oculos clausos vel cecos, sic animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Aug. Deus lux est, non corporum sed mentium. Hanc lucem qui non videt est quasi

cecus in sole. Quinta est negligentia
a querendi dei adiutorium ad ea cre-
denda. fides non est naturalis. immo
est ex electione divine bonitatis et
donum gratuitum. si esset naturalis.
eadem esset apud omnes, nec esset tan-
ta dissensio de ipsa. quinta est. ideo a
deo petenda est. mc. ix. credo domine
adiuva incredulitatem meam. e-
ph. ii. Gratia estis salvati per fidem.
et hoc non ex vobis. dei enim donum
est. et i. Jo. v. Dedit nobis sensum
ut cognoscamus verum deum.
sicut sol non videtur nisi ex lumi-
ne suo. sic sol intelligentie non videtur
nisi ex lumine suo. scilicet ex luce gratie quam
infundit. Et aliqui sunt vesperti-
liones solem non videntes de nocte
qui volant. quia tunc sol non lucet
super terram. de luce non enim non vi-
dent quia tunc dormiunt. sic isti
solem intelligentie ideo non vident
quia in nocte sunt. cum ipse eis non
luceat. lucem gratie infundendo. non
tamen propter hoc debent affirmare
eum non esse. Sexta est obstacu-
lum peccati. quidam enim immun-
dicia operum suorum quasi obiectu manu-
um. lumen solis intelligentie a
se repellunt. Job. xxiiii. ipsi rebel-
les fuerunt lumini. Septima
est superbia que est velut inflato
facie intuens. aug. vii. li. confess.
Tumore meo separabar a te et ni-
mis inflata facies claudebat o-
culos meos. Ber. super cant. Superbo
oculo non videtur veritas. sincero
patet. et super illud iere. xlix. Arrogan-
tia tua et superbia cordis tui decepit
te. dicit glo. omnis hereticus arro-
gans. quia superbia facit hereticum
non ignorantia. aug. Superbia mater
illudi. abac. ii. Quoniam vinum po-
tantem decipit. sic erit superbus vir.
greg. de superbis. Tanto inquit a dei
luce longe sunt. quanto apud se humi-
les non sunt. Octava est affectio
ordinata intellectum trahens ad con-
traria fidei ut timor inordinatus
vel amor. vel odium. affectio inordi-
nata est velud lippitudo respectu o-
culi intuitoris. aug. Si quis alteri digito
solem ostenderit. et videre non pote-
rit. cui super oculi potius lippitudi-
nem quam digiti ostensionem. hanc
lippitudinem purgari oportet. aug.
Purgandus est animus. ut perspice-
re illam lucem valeat. timor ali-
quos retraxit ne crederent in xpistum
qui enim credebant in xpisto dei-
ciebantur ab aliis, et extra synagogam
fiebant. Ideo qui gloriam amabant
et contemptum istum timebant
nolebant ad xpistum converti. Jo. v.
Quomodo credere potestis qui gloriam ab in-
vicem accipitis. et gloriam que a solo
deo est non queritis? Amor et divitia-
rum et timor amittendi locum et gentem
iudeos impedivit ne in xpistum cre-
derent. Amor divitiarum oculus est
avarorum. et amor deliciarum oculus
est voluptuosorum. zach. v. dicitur de
pietate. hec est oculus eorum in univer-
sa terra. prov. xxi. Lucerna impio-
rum peccatum. ideo avaro videtur aliquid
licitum quod aliis non videtur. quia
avaricia est lucerna eius. secundum quod
enim videat. et luxurioso vide-
tur illa quam nimis amat pulcra cum
sit deformis. quia amor facit eum ce-

rare in iudicio illo. Odium et intellectum
multorum a fide avertit. multi enim val-
denses odientes prelationem clericorum
dicunt deo obediendum esse et non homini.
aliqui etiam ex eis dicunt solis bonis
prelatis obediendum esse. dicunt etiam or-
dinem non esse necessarium ad hoc quod a-
liquis liget vel solvat. et quod non est
necesse quod aliquis confiteatur pro-
prio sacerdoti. et quod relaxationes quas
episcopi consueverunt facere non valent.
nec suffragia ecclesie prosunt mortuis.
Item timentes errores suos per iura-
menta propalari dicunt in malo esse iuran-
dum. Item timentes se occidi dicunt
in nullo casu esse hominem occiden-
dum. sic transierunt heretici in af-
fectum cordis.

De diversitatibus fidei.

Ultimo in tractatu de fide descen-
dendum ad diversitates fidei. et
specialiter ad has diversitates fidei. et specialiter
ad has diversitates descendemus que
sunt. fides viva. fides mortua. fides
ficta. et fides non ficta. fides probata. fides
magna. fides modica. fides explicata.
fides implicata.

De fide viva et mortua.

Fides viva est que potens est
elicere debitas operationes. que per
caritatem operatur. Gal. v. Fides vero
mortua que impotens est ad debi-
tas operationes. Ja. ii. Si fides non habeat
opera. mortua est in semetipsa. Fides vi-
va videtur differre a mortua. sicut
in candela viva. lux flamme differt
a lumine quod remanet post extinc-
tionem candele. quod pre sui paruitate
insufficiens est ad regendos gressus.
et ad ostendendum vel foveas et ad
discernendum quid pulcrum quid
deforme. Item fides viva videtur
se habere ad mortuam sicut lumen diei
ad lumen noctis. vel sicut lumen ra-
dii unius solaris calorem habentis ad
lumen quod est in umbra tenebro-
sum et sine calore. Item fides viva
non solum tenebras ignorantie expel-
lit. sed et torporem excutit. Fides vero mor-
tua est velut animal mortuum. nec
se nec aliud potens movere motu
qui fit per locus. ut est gressus. licet
in cadavere tremor vel palpitatio ali-
qua remaneat. Item sicut carbo-
nem vivum musca timet insidere. sic tem-
ptator fugit eum qui est fidei vi-
ve. non habens fiduciam quod ei possit
prevalere in perversitate. cui resistite for-
tes in fide. et Ja. iiii. Resistite diabo-
lo et fugiet a vobis. Fides mortua
minus potens videtur esse quam dubi-
tatio. Siquis enim dubitaret de
aliquo cibo vel potu utrum sit ve-
nenatus. sola dubitatio cohiberet
eum ne cibum vel potum illum su-
meret. Fides autem mortua non cohibet
homines a prohibitis delectationibus
que ad modum veneni mortem anime
inferunt. Item fides mortua fi-
des demonum esse videtur non hominum.
Unde super illud ad Tit. i. Confitentur
se nosse deum. factis autem negant.
dicit glossa Aug. Nolite de fide tanquam
securi esse. adiungite fidei recte vitam
rectam. ut Christum confiteamini ver-
bis vera dicendo. et factis bene viven-
do. Nam si confitemini verbis et non
factis. fides talium mortua prope fi-
des est demonum. Item Aug. sine
dilectione fides demonum. immo fi-
des christianorum qui deum non timent
inferior videtur esse fide demonum.

Illi enim deum timent. Ja. ii. Tu cre
dis quod unus est deus, bene facis.
et demones credunt et contremiscunt.
Aug. Utinam quomodo demones in
dicem. sic homines agnoscerent sal
vatorem. ecce demones viderunt et
tremuerunt. homines viderunt et oc
ciderunt. Fides mortua facit ad au
gmentum culpe et pene. Ad augmen
tum culpe. quia cum sit cognitio aggra
vat culpam sicut ignorantia atte
nuat. augmentata autem culpa aug
mentatur et pena. b. Ad cumulum
dampnationis videtur nobis reli
cta fides future punitionis. Fides
mortua in malo christiano videtur se
here. sicut obligatio religionis in
apostata monacho qui deterioris
conditionis videtur esse quam si numquam
fuisset monachus et sicut natura bo
na in angelo malo. honorabile est
valde esse angelum bonum. ignominio
sum non est angelum esse malum. sic
valde ignominiosum est esse malum
christianum. licet sit valde honorabi
le esse christianum bonum. Fides mor
tua ficus maledicta. fructus non habens.
Mt. xxi. Fides vero viva arbor est flo
rens per firmum propositum servien
di deo. et folia debita habens. scilicet sermo
nem. qui sit ad edificationem fidei.
et det gratiam audientibus loquendo.
et fructum debitum bonorum operum p
ferens. ii. cor. xiii. Si estis ex fide
vos probate per opera. Fides mortua est
velut cadaver exanime deo obla
tum. Ja. ii. Sicut corpus sine spiritu
mortuum est. ita et fides sine operi
bus mortua est. b. super cant. Quid
fides que non operatur ex dilectione

nisi cadaver exanime est. bene honoras
deum munere fetido. bene placas de
um tue fidei interfectore. Fides mor
tua signum est perditionis. in iudi
cio enim fides illa ostendet eum
quod fuit. fuisse christianum. ex alia
parte opera mala ostendent eum fuisse
christi inimicum. Fides illa ostendet
fidelitatem christo debuit. opera vero mala
quod fidem ei non exhibuit. et per conse
quens proditor fuit christianus malus ha
bens fidem mortuam secum. habet litte
ras sue dampnationis. per fidem enim
scriptum est in corde eius. quod qui
talia peccata agunt regnum dei non pos
sidebunt. in libro vero conscientie sue
invenietur scriptum. scriptura fa
propria manu. quod ipse talia fecerit
quedam enim note ex malis operibus
relinquuntur in corde hominis.
glo. orig. super illud ro. ii. cogitatio
num accusantium aut defendentium
secundum inquit quod in illa die
cogitationes accusabunt animam
vel defendent. non utique cogitationes
que tunc erunt. sed ille que nunc sunt
in nobis. quarum note quedam per si
gnacula relinquuntur in corde nostro sic
ut in cera. que in occulto cordis per
scripta. in illa die revelari dicuntur.
Fides ficta est fides fragilis. scilicet fides
eorum qui ad tempus credunt et in tem
pore temptationis recedunt.
xiii. de fide non ficta legitur. i. thi. i.
finis precepti est caritas. de corde
puro et consciencia bona et fide non ficta.

Sequitur **De magnitudine fidei**
de magnitudine et modo
te fidei. Ad magnitudinem vero fidei
v. videntur pertinere. Primo

homo de deo magna ſentiat. ut centurio. math. viii. Qui credebat xpm ſolo verbo poſſe ſanare ſeruum ſuum. et ſe indignum eſſe ut xpc intraret ſub tectum ipſius. unde dictum eſt de eo a domino non inueni tantam fidem in iſrahel. Secundo ut homo bona tranſitoria intuitu eternorum contempnat. heb. xi. Fide moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filie pharaonis. magis eligens affligi cum populo dei. quam temporalis peccati habere iocunditatem. maiores diuitias eſtimans theſauro egyptiorum improperium xpi. aſpiciebat enim in remunerationem. Tercio ut homo in aduerſis de deo confidat. math. xiiii. Modice fidei quare dubitaſti. eiuſdem. xvi. Quid cogitatis inter uos modice fidei. Quarto ut homo ad longanimitatem bona ſua deo tradat. magni enim principes longanimitatem deo requirunt. yſa. xxviii. Qui crediderit non feſtinet. et prov. xx. hereditas ad quam feſtinatur in principio. in nouiſſimo benedictione carebit. et eccli. xx. hodie feneratur quis et cras expetit. et odibilis eſt homo hic. Quinto in hoc quod ut cum homo aliquid petit a deo et non ſtatim accipit. non propter hoc a propoſito deſiſtat. math. xv. Dictum eſt mulieri in oratione inſtanti. o mulier magna eſt fides tua fiat tibi ſicut uis. Ad impetrandum multum ualet fidei magnitudo. aug. ſermo. Quantum uas fidei attulerit quis ad fontem tantum implet. et B. ſuper cant. magna ſiquidem fides magna meretur.

de fide implicita et explicita.

Conſequenter dicendum eſt de illa diuerſitate fidei que eſt fides implicita et explicita. de qua breuiter notandum. quod prelati debent habere fidem explicitam de omnibus credendis. ad eos enim pertinet illud .i. pe. iii. Parati ſemper ad ſatiſfactionem. omni poſcenti uos racionem de ea que in uobis eſt fide et ſpe. Simplices non debent habere fidem explicitam de aliquibus articulis. et de omnibus implicitam. ut ſcilicet credant uerum eſſe omne quod credit eccleſia. ita quod in nullo contradicant in particulari.

De hiis que reddunt fidem commendabilem

In ſumma notandum eſt quod ſex ſunt que faciunt ad hoc quod fides ſit commendabilis. Primum eſt ſimplicitas. In hiis enim que fidei ſunt qui ambulat ſimpliciter ambulat confidenter. prov. x. amb. Auferantur argumenta. ubi fides queritur. non enim recipienda ſunt argumenta fidei contraria. In hiis que fidei ſunt piſcatoribus creditur non dialecticis. iuxta verbum eiuſdem ambro. B. in libro de conſideratione. Intellectus inquit ſi ſignacula fidei temptet irrumpere. reputatur effractor. ſcrutator maieſtatis. Ad fidei ſimplicitatem monemur. exo. xx. Si altare lapideum feceris mihi non edificabis illud de ſectis lapidibus. Si enim leuaueris cultrum tuum ſuper eo polluetur. acumen ingenii quod per cultrum intelligitur ſuper altare fidei leuandum non eſt. ut ingenium noſtrum in hiis que fidei ſunt auctoritati ſacre ſcripture preferamus. Secundum eſt uacuitas. terrenorum magnitudo. de quibus

dictum est prius. Quartum est fer
uor. m. xvii. Si habueritis fidem si
cut granum sinapis. dicetis huic
monti transi hinc et transibit.
et nichil impossibile erit uobis. glo.
fidem per fidem grano sinapis comparat.
que sit in facie humilis. et in pec
tore feruens. uidentibus uilis. nec
ullorum iterum apparens. sed per ul[...]
terra. quod unius lit ostendit. qu[...]
tum est integritas. ut omnes ar
ticuli credantur uel explicite uel
implicite. de quibus dictum est prius.
Sextum est stabilitas ut homo
non facile relinquat fidem suam.
thob. ii. Fidem illam expectamus
quam deus daturus est hiis qui
fidem suam numquam mutant ab
illo. Unde ualde reprehensibiles il
li qui uidentes aliquem hereti
cum uel magne abstinentie. uel
libenter dantem elemosinas. credunt ipsum
hoc esse sane fidei. et dimittunt fide
suam in qua tamdiu nutriti sunt. et
quam parentes eorum tenuerunt pro fide
christi. non acquiescentes consilio sa
lomonis. prov. i. Audi inquit fili mi
disciplinam patris tui. et ne di
mittas legem matris tue. qui
isto modo decipiuntur. non attendunt
quod nichil prohibet eum qui habet
manum sanam. et os sanum ha
bere et oculum infirmum. sicut ni
chil prohibet illum qui abstinens
est. et qui libenter dat elemosinas habere
oculum fidei corruptum sicut q[...]
tum est in passione rei. non de fa
cili dimitteret eam sibi auferri.
sic nec debet homo de facili reli
quere fidem in qua nutritus est.

In tali casu qui cito credit leuis est
corde. ecc. xix. nec debet homo mo[...]
si aliquos hereticos uideat uel absti
nentes uel misericordes. cum mul
to plures inueniantur tales qui [...]
fidei catholice. uel si aliqui qui [...]
fidei catholice inueniantur mali[...]
ti enim magne malicie sunt [...]
hereticos. sed occultant eam quantum
possunt. nec mirum cum et se[...]
occultent. Explicit tractatus de [...]
de. Benedictus deus qui incepit et [...]
pleuit amen. Incipit tractatus

Post tractatum de spe [...]
fidei agendum est de
spe. et hoc modo. Primo
descriptiones spei po
nentur. Secundo com
mendationi eius insistetur. Ter
tio tangetur de hiis quibus spes [...]
tatur. Quarto de hiis que spei
aduersantur. Quinto de rebus spandis.
Sexto ad diuersitates spei descendetur.

Spes sic **Descriptiones spei**
describitur. iii. li. sententiarum a magi
stro. Spes inquit est certa expecta
tio future beatitudinis ueniens ex
dei gratia. et ex meritis precedentibus.
Prima pars huius descriptionis
haberi potest ex glo. ambrosii super illud
ro. v. probatio uero spem. Spes in[...]
est certa expectatio glorie future. [...]
notandum quod spes quinque sunt
pro re quam expectamus speramus. [...]
ad thim. ii. Expectantes beatam spem.
Quandoque uero pro certitudine glorie future.
ut ro. v. Probatio uero spem. glo. [...]
titudinem glorie future. Quandoque pro
uirtute. ut i. cor. xiii. Nunc manent
fides. spes. caritas. Quandoque pro mo[...]

ytutis. et ita describitur hic. ¶ Item
no quod duo sunt. ubi est expectatio
corporalis intendit eius animus ad
aliquid absens ut fiat presens. unde
expectans dicitur quasi extra rem posi
tus. spectans est et ibi permanentia
in loco continuum ad corpus. sic duo sunt
ubi est expectatio spei. est enim in
tentio animi ad futuram beatitudi
nem. quam intentionem aug. in li. de
civitate dei vocat aspectum. osten
dens aspectum talem ad spem perti
nere. prius est inquit sanos oculos
habere quod fit per fidem. deinde aspice
quod fit per spem. ¶ Item est ibi perma
nentia in loco spirituali qui deus est de
qua permanentia legitur. Jo. xv. ma
nete in me et ego in vobis. et i. Jo.
iiij. Qui manet in caritate in deo
manet et deus in eo. qui a deo per pec
catum recedit. non habet expectationem
que ad spem requiritur. ¶ Item no
quod est certitudo cognitionis que
opponitur dubitationi. et hec pertinet
ad fidem. et est certitudo fiducie que
opponitur turbationi vel desperationi.
et hec pertinet ad spem. et est certitudo
securitatis que opponitur timori
desperationis et hec erit in patria. ¶ Item
notandum quod cum motus spei
sit circa illa que supra nos sunt ad
eliciendum motum spei valet con
sideratio liberalitatis dei. qui ser
vientes sibi remunerat supra natu
ra putat decet ipsum. et hec liberalitas
dei gratia vocatur. in descriptione pre
posita. cum dicitur veniens ex dei gratia.
valet et ad eliciendum motum spei.
consideratio propriorum meritorum. cum deus
promiserit se redditurum premium
hiis qui sibi debito modo deservierint.
ipse autem verax est promissa solvens.
unde spes quasi duabus basibus innititur
dei liberalitati que sibi servientem
remuneret ut decet eam. et dei iusti
cie que sibi servientibus solvit que
promisit. et ad hec duo pertinent due
particule ultime descriptionis prepo
site. ¶ Item no quod motum spei
quandoque precedunt merita in actu. ut
in eo qui in caritate est. et bona o
pera fecit quibus sperat se habiturum
beatitudinem. quandoque vero merita prece
dunt motum spei non in actu. sed in
sola intentione. ut in illo qui est in
peccato mortali qui intum facit quod in se
quicquid potest. ut deus illustret eum
suum ad penitentiam. qui sine presump
tione sperat se habiturum beatitudinem.
cogitat enim se per gratiam dei adhuc
habiturum merita quibus beatitudo de
beatur. ¶ Item describitur spes
ab aug. in li. de ci. dei. hoc modo. Spes
inquit est qua quis ad id quod cre
dit se perventurum presumit. potest
et sic describi. Spes est appetitus ex
cellentis boni cum fiducia obtinendi.

Sequitur de comendatio spei.

Sequitur de hiis que pertinent ad comen
dationem spei. Notandum ergo quod
ad spei comendationem. ¶ Primo va
lere potest hoc quod sacra scriptura
totiens monet ad spem. multipli
catio enim admonitionis ostendit
utilitatem huius virtutis. ps.
Sperent in te qui noverunt nomen
tuum. ¶ Item spera in domino et fac bo
num. ¶ Item spera in domino et ipse faciet.
¶ Item sperate in eo omnis congrega
tio populi. ¶ Item eccli. xiij. habere

fiduciam. et tamen. Jo. xvi. Confidite ego vici mundum. nec ſolum ſcriptura. ſed et natura videtur ad ſpem monere. Naturaliter enim qui debilis eſt et timet cadere: alicui rei adheret. et innititur. ut patet in puero. qui cum elevatur ad ſtandum et eſtimat ſe caſurum. ſtatim adheret alicui rei. ſic naturalis ratio dictat anime agnoſcenti debilitatem. et inſufficientiam ſuam. quod fortiori ſe adherere debeat et inniti. Secundo hoc quod ſcriptura ſacra totiens beatos aſſerit ſperantes in domino. pſalmus. beati omnes qui confidunt in eo. Item beatus vir qui ſperat in eo. Item beatus vir cuius eſt nomen domini. ſpes eius. proverbiorum. xvi. Qui ſperat in domino. beatus eſt. yſa. xxx. Beati omnes qui expectant eum. Vere dei qui ſperant in domino. optata enim eis ſuccedunt. Tercio hoc quod ſpes omnipotentie innititur. yſa. l. Qui ambulavit in tenebris meſtitie adverſitatis et non eſt lumen ei. fulgor. vel proſperitatis ſperet in nomine domini et innitatur ſuper deum ſuum. quia ſpes omnipotentie innititur. ideo firma eſt et non timet ruinam. David. Qui confidunt in domino ſicut mons ſyon. ſpes eſt que dicit. dominus firmamentum meum. ſpes proicit ſe in deum. ipſe vero non eſt ita crudelis ut ſe ſubtrahat et ſperantem in ſe cadere permittat. iuxta verbum auguſtini. Quare dominus tociens nos ad innitendum ſibi moneret ſi ſupportare nos nollet? non eſt illuſor deus ut ſe ad ſupportandum nos offerat. et nobis innitentibus ei. in ruinam noſtram ſe ſubtrahat. tercio. Spes autem non confundit. gloſa auguſtini. Confunditur qui quod ſperabat non invenit. ſicut contingit illi qui ſperat in homine. hec autem ſpes non confundit quia eſt in deo qui nec fallit. nec falli poteſt. in pſalmo. In te ſperaverunt et non ſunt confuſi. Item deus meus in te confido non erubeſcam. Item in te ſperavi non confundar in eternum. eccleſiaſtici. ij. Nullus ſperavit in eo et confuſus eſt. Vanitatis eſt non preſtare fulcimentum innitenti. ſed veritatis eſt non negare fulcimentum innitenti. Si dominus veritas ſit innitenti ſibi ſe non ſubtrahit. Quarto quod ſpes eſt velut arbor ſita in optimo loco. adheret enim divine bonitati. Ideo habundanter ſentit effectum eius. trenorum. iij. Bonus eſt dominus ſperantibus in eum. Spes eſt iuxta fontem divine miſericordie. Ideo miſericordie divine beneficia non ceſſant influere ei. David. Ego in miſericordia tua ſperavi. Idem. ſperantem in domino miſericordia circumdabit. Item. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos quemadmodum ſperavimus in te. Item oculi domini ſuper metuentes eum et in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. et tamen. Ego ſicut oliva fructifera ſperavi in miſericordia dei in eternum. Spes arbor benedicta eſt. fructus uberes habens. cum a miſericordia dei habundanter irrigetur. Jeremie. xvij. Benedictus vir qui confidit in domino. et ſubditur. erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas quod ad humorem mittit radicem ſuam. et non timebit cum venerit eſtus. pſalmus. Erit tanquam lignum quod tranſplantatum eſt ſecus et cetera. Quinto commendabilis eſt ſpes a multiplici ſuo effectu.

eſſentis unius ip̄ius eſt ſecuritas. dd.
In deo ſpaui n̄ timebo quid faciat m
homo. merito ſecurus eſt. ſpans in
dn̄o ꝓtector enim eſt dn̄s omnium
ſpantium in ſe. dd. Dn̄s protector uite
mee a quo trepidabo. dn̄s ſpanti in ſe
ꝑ muro eſt undiq;. dd. Dn̄s in circuitu
ꝑpli ſui. dn̄s eſt ei turris fortiſſiā
ꝓ. xviij. Turris fortiſſima nom̄ dn̄i.
ad ip̄m confugiet iuſtus. ⁊ exaltabit̄.
Nomen dn̄i filius dei dicitur. yſa. xxx.
Ecce nomen dn̄i uenit de longinquo.
ip̄e eſt ſpantibꝫ in ſe altiſſimum re
fugium. Ip̄e ⁊ eſt eis urbs fortitudi
nis. yſa. xxvi. Urbs fortitudinis no
ſtre ſyon ſaluator ponet̄ in ea mu
rus ⁊ antemurale. murus eſt uir̄
diuinitatis. antemurale meritū
hūanitatis. utrumq; facit ad ſecu
ritatem nr̄am. Item ſpes meret̄
intelligentiam. ⁊ dei auxilium. de
primo. ſap. iij. Qui confidunt in il
lo intelligent ueritatem. ⁊ ꝓ. xvij.
dr̄ de expectante futura bona. quo
cumq; ſe uertit prudent̄ intelligit.
agnoſcit enim ⁊ aduerſa diligentibꝫ
eum cooꝑari in bonum. de ſcd̄o in p̄s.
In ip̄o ſpauit cor meum ⁊ adiutus
ſum. Item ſpes liberat uel tribu
latonem ammouendo ut patet
in ſuſanna. dan̄. xiij. Que flens ſu
ſpexit ad celum. erat enim cor eius
fiduciam h̄ns in dn̄o. ⁊ in p̄s legit̄.
In te ſpauerunt patres nr̄i. ſpauer
runt ⁊ liberaſti eos. uel libat paci
entia merendo. qui modus liberati
onis melior eſt. G. melius liberat
cum patientiam dat. Spes patient̄
facit portari honus ꝑſentis mi
ſerie. gen̄. xlix. Uidit requiem qꝫ
eſſet bona. ⁊ terram qđ eſſet optima.
⁊ ſuppoſuit humerum ſuum ad por
tandum. ij. mach. vij. Feminaes
vij. filios ſub unius diei tempe
conſpiciens. bono animo ferebat
ꝓp ſpem q̄m in deum habebat. ⁊ ac̄.
xxviij. ꝓp ſpem iſrl̄ cathena circum
datus ſum. gg̃. in moralibꝫ. Ille
bene nouit in exterioribꝫ miſeriys
ſubſiſtere. qui ſcit de ſpe interna
ſemꝑ gaudere. Item ſpes ſaluat
in p̄s. Qui ſaluos facis ſpantes i
te. ꝓ. xxviij. Qui ſpat in domino
ſaluabitur. Ro. viij. Spe enim ſalui
facti ſumus. Item ſpes columpna
eſt. totum ſpūale edificium ſu
ſtentans qua deficiente ſpūale
edificium corruit ⁊ mens in ba
ratrum deſpationis concidit. hec
columpna in chaym defecit. dū
dn̄o ait. gen̄. iiij. maior eſt iniq
tas mea q̄m ut ueniam merear.
Item ſpes galea ſalutis eſt capit̄
interioris hominis. l. intentionē
illeſam cuſtodiens. i. theſ. vi. In
duti galeam ſpem ſalutis. Spes
⁊ anchora eſt animam ſeruans
ne a ꝓcellis temptationū a deo
irrumpat̄. heb̄. vi. dicit ap̄. loquens
de ſpe q̄m ſicut anchoram h̄emus
anime tutam. aut firmam. glo.
aug̃. Si uideris fluctuare in ma
ri ratio noli abrumpi ab anchora.
anteq̄m intres portum. fluctuat
nauis in anchoris. ſꝫ non longe
a terra pellitur. nec in eternum
fluctuabit. ⁊ ſi ad tp̄s fluctuat.
Item ſpes hominem fortem eſſe
facit. yſa. xxx. In ſilentio ⁊ in ſpe
erit fortitudo ur̄a. ⁊ eidem. xl.

xGm

Qui ſperant in dño mutabunt fortitu
dinē. fortitudinem unquam propriam in
fortitudinē diuinam. Felix commu
tatio iſta quando fit qui ſperat in dño
dum enim de uiribus ſuis confidit
et de adiutorio dei confidit. quaſi propria
fortitudine ſe exuit. et dei fortitu
dine ſe induit. dei enim adiutoriū
paratum eſt ei. qui de ipſo confidit.
B. ſup cant. Nil omnipotentiam uer
bi clariorem reddit. quam quod omnipo
tentes facit omnes qui in ſe ſperant.
Denique omnia poſſibilia ſunt crede
nti. Idem in ſermonibus. quatenus in bo
nis dñi fiducie pedem porrexeris. ea
tenus poſſidebis. ¶ Item ſpes ba
culus eſt ualde neceſſarius peregrinan
tibus in uia preſentis uite. qui huic
baculo innititur non corruit. In pſ.
Non delinquent omnes qui ſperant in eo.
Item non fatigatur uel debilitatur.
yſa. xl. dicitur de ſperantibus in dño. Aſ
ſument pennas ut aquile. current
et non laborabunt. ambulabunt et
non deficient. In pſ. Sperans in dño
non infirmabor. ¶ Item ſpes in poſ
ſeſſionem regni celeſtis animā ante
tempus quodam modo introducit. unde
ad heb. vi. dicit ap. Spem inceden
tem uſque ad interiora uelaminis.
et ſup illud pſ. Spera in dño. dicit
glo. Spes eſt introitus fidei. et
ſubditur in glo. per ſpem enim in
tratur ad uidendum illud quod
creditur. Spei fit promiſſio illa yſa.
lviij. Suſtollam te ſup altitudi
nem terre. et cibabo te hereditate
te patris tui iacob. conuerſatio
ſpei in celis eſt. Iuxta uerbum apli.
phil. iij. Ipſa nobis exiſtentibus in

hac uita mortali. immortalitatem
attingit. ſap. iij. Si coram hominibus
tormenta paſſi ſunt. ſpes illorum im
mortalitate plena eſt. Spes in ſe
ruitatem animam erigit. et idcirco
nulla mala ſentit exterius que toler
Iuxta illud G. in moralibus. Spe
preſentis temporis quod eſt quedam uig
ſollempnitatis eterne. non remanet
eſt iuge conuiuium celebrat. cum ſ
curitatem habet ut prius oſtenſum
eſt. ſecura enim mens eſt iuge con
uiuium. pro. xv. Spes de illis ui
que uidit ezechiel ſcripta in libro
. ij. c. carmen ſibi aſſumit. lamenta
tiones relinquens. dono ſcientie et pie
tatis. et ve dono timoris. ipſa eſt que
minus dedit in nocte carmina. I
xxxv. Nocte tamquam preſentis tribu
lationis. in pſ. In die mandauit dñs
miam ſuam et nocte canticum ei
Spes in hyeme preſentis exilij
quaſi annum eſt. ipſa enim nos in
aduerſis ridere facit. Iuxta uerbum
aug. Ipſa facit nos gaudere in do
lores. animus autem gaudens eta
floridam facit. pro. xvij. de gaudio
legitur. ro. xij. Spe gaudentes. et
gaudete et exultate quia nomina ue
ſcripta ſunt in celis. pro. x. expecta
tio iuſtorum leticia. gaudium in ipſa
communiter dei gaudium ſpei et
dum rei. et eſt ex certa expectatione
glorie repromiſſe. aliud eſt gaudium
quod eſt de plenitudine bonorum de quo
dignum eſt gaudere. gaudium ſ
eſt ſicut arra eterni premij. et
ratio future ſanitatis. ſpei
tellum eſt intrare in certum
tatis. et inde ſuſcipere odores

condiendam amaritudinem presentis
aduersitatis. Spes inter opprobria
gloriatur. ro. v. gloriamur in spe glorie
filiorum dei. ipsa in deserto mundi deli
ciis affluit. cant. vlt. Que est ista
que ascendit de deserto deliciis afflu
ens. eccli. ii. Qui timetis dominum sperate
in eum. et in oblectatione ueniet uo
bis misericordia. Ipsa dampna temporalium re
rum non deputat. ad heb. x. rapinam bo
norum uestrorum cum gaudio suscepistis co
gnoscentes uos habere meliorem et ma
nentem substantiam. ipsa est que dicit il
lud ps. Quid michi est in celo et a te quid
uolui super terram. ipsa est in labore re
quies. in estu tribulationum temperies.
In fletu solacium. de eius solatio le
gitur. ad heb. vi. Ut fortissimum so
lacium habeamus qui confugimus
ad tenendam propositam spem. ps. Hec
me consolata est in humilitate me
a. Et notandum quod non est omnino
idem gaudium et solacium. qui enim
consolatur. non ex toto a tristicia est
immunis. Hec est mixturam in se pa
titur. dum mala nunc cor eius pun
gunt. nunc bona ungunt. prouerbiorum xxvii.
Unguento et uariis odoribus delecta
tur cor. et bonis amici consiliis dul
coratur. consolatio spei est doloris
aut timoris. aut alterius affligentis
affectionis repressio. ¶ Item mitigatio
spei diuini consilii uel auxilii uel
alterius beneficii spei est uerbum illud.
Ier. xxxi. quiescat uox tua a ploratu
et oculi tui a lacrimis. quia est merces
operi tuo. Si merces modica laborem
mercennarii tolerabilem reddit.
quid facere debet seruus dei merces
eterna? Iac. v. Agricola expectat
preciosum fructum terre patienter
ferens. Interlinearis. Si ille pro fructu
terre quem sperat tam patienter
expectat. quanto magis nos pro celesti.
Spes est gemma gratissima. prouerbiorum.
xvii. gemma gratissima expectatio
prestolantis. prestolans. id est delonge ex
pectans. est qui bona eterna expectat
expectatio uero eius que est spes gem
ma gratissima. est et secundum preciositatem
et quia spes ad modum gemme pluci
da est. et pura ut sic interiori in ea
uideantur celestia bona. Spes elisos
et prostratos erigit. ps. Dominus erigit
elisos. prouerbiorum xxix. Qui sperat in domi
no sublevabitur. Ipsa uires repa
rat. Sicut enim aliquis timore suc
cumbendi hostibus uiribus cordis destitu
itur. et dat se hostibus. nichil rebel
lionis opponens ut mulier uidens
sanguinem suum uel alienum. sta
tim stupefacta dicit totum perditum
est et totum est mortuum. sic ex
spe uictorie uires homo resumit.
prouerbiorum xxiiii. Si desperaueris in die an
gustie lapsus imminuetur fortitudo
tua. dan. x. In uisione tua dissolu
te sunt compages mee. et nichil re
mansit in me uirium. ad heb. xii.
Confortate manus dissolutas
et genua debilia roborate. et Iosue.
i. c. dictum est confortare et esto robu
stus. eccles. vii. sapientia confortauit sa
pientem etc. ¶ Item mola est sine
qua non fit uera cordis contritio.
ipsa est mola inferior que cor ele
uat et sustinet. timor uero mola est
superior que cor conterit. ut spiritum
contritum et humiliatum deus non de
spiciat. Spes ab inferiori nos sul

cit. ne sub pondere tribulationum de-
ficiamus. timor vero a superiori nos com-
primit ne exsufflemur. aut rapia-
mur vento temptationis. has du-
as molas coniungit David. dicens. ab
altitudine diei timebo. ego vero in te
sperabo. altera harum non valet sine re-
liqua. glo. G. super illud. deut. xxiiii.
Non accipies loco pignoris inferio-
rem et superiorem molam. superior et
inferior mola. spes et timor. spes.
ad alta subvehit. timor autem cor
inferius premit. Una mola sine al-
tera inutiliter habetur. in pectore
ergo peccatoris semper debent spes et for-
mido coniungi. quia in cassum misericordiam
sperat. si iustitiam non timeat et in
cassum metuit. qui non confidit.
loco ergo pignoris mola superior aut
inferior non tollitur. quia qui predicat
peccatori. tanta dispensatione dispo-
nere predicationem debet. ut non re-
licta spe. timorem subtrahat. neque
subtracta spe timorem relinquit.
Item spes hostes nostros confundit
Job. vi. confusi sunt quia speravi. Sex-
to commendabilis est spes a periculo
sui contrarii. scilicet desperationis. ii. Reg. ii.
An ignoras quod periculosa sit despera-
tio. desperatio periculum est a quo
non queritur exitus. prov. xviii. Im-
pius cum in profundum viciorum
venerit contempnit. i. ex toto fa-
cit ut homo se negligat. sicut spes
facit. ut naufragus in mediis
brachia iactet aquis. sic desperatio
facit. ut homo in nullo se iuvet.
desperans dicit malum ubum. et
pugne totaliter cedit. ut pugil vic-
tus desperans. infelix est. sicut ille

qui sperat in domino beatus est. ecci. xiiii.
Felix qui non habuit animi sui tristi-
ciam et non excidit a spe sua. Despera-
tio est velut arbor radicitus evulsa. Job
xix. quasi evulse arborem abstulit spem
meam. desperatio abyssus est. a qua
vix vel numquam est reditus. Ps.
Descendunt usque ad abyssos.
la plaga videtur esse magis despera-
bilis plaga desperationis. Jere.
Factus est dolor meus perpetuus et pla-
ga mea desperabilis. cum cetera
sint inflexiones cordis ad malum
preter desperationis fractura cordis
Jere. xxx. Insanabilis fractura tua
pessima plaga tua. De adiuvan-
Sequitur de hiis spei.
quibus spes adiuvatur et assi-
gnabimus. iiii. spes meditationum
consideracionum. quibus spes potest ad-
iuvari. Prima spes directe in domino
secunda est circa ea que pro deo agimus
vel sustinemus. Tercia circa benefi-
cia dei generalia vel specialia. corporalia vel spi-
ritualia. Quarta est circa suffragia
Primam possumus sic videre in
spes. quarum prima est in deum. in quan-
tum creator est. naturaliter amat artifex
opus suum. adeo ut vix possit odi-
re quod ei detrahitur. Unde verisimile
quod creator amet opera sua et specialiter
hominem quem ad ymaginem et
similitudinem suam creavit. ge.
i. Sap. xi. Diligis omnia que sunt
et nichil odisti eorum que fecisti. nec
enim odiens aliquid constituisti
aut fecisti. Sperare ergo debet homo de
eo qui dedit ei ut sit. quod paratus
sit dare ei ut bene sit. Secunda est
deum in quantum dominus est. naturaliter

amant homines que sua sunt. et con
servant ea. et si ea perdiderint gaudent
cum ea recuperant. Unde verisimile est
quod deus velit conservare illos qui
boni sunt. et peccatores quos perdidit velit
recuperare. ad quod pertinent parabole
de recuperatione ovis perdite. et dragme
perdite. luc. xv. Ubi dicitur ita dico
vobis. gaudium erit in celo super uno
peccatore penitentiam agente. quam supra no
naginta novem iustis. qui non indi
gent penitentia. et sap. xi. dices parcis omnibus
quoniam tua sunt. et ezech. xviii. ecce omnes
anime mee sunt. et quibusdam interpositis
subditur: Numquid voluntatis mee est dicit dominus mors impii.
et non ut convertatur a viis suis et vi
vat: inter homines eadem ut
tam quam debet servus domino. debet
et dominus servo. sicut infidelis est servus
si non subveniat domino. cum subveni
re debeat. sic infidelis est dominus si non
subveniat servo. cum inimici do
mini impugnant eum. et non suf
ficit eis resistere. Ideo certissime
sperare debet qui ab hoste invisibili
pugnatur. si temptatio super vires
eius quod deus ei in succursum ve
niat nisi per culpam eius quod deus
hoc steterit. vel quia ipse negligens
mittendo eis nuntium orationis fuit.
vel infideliter ultro se reddiderit. i.
cor. x. fidelis deus est qui non patietur
vos temptari supra id quod potestis
sed faciet cum temptatione proventum
ut possitis sustinere. Legitur de
beato martino quod cum inter al
pes incidisset in latrones. et unus
latronum eum ferire vellet. alter
ictum ferientis continuit. et cum

postea latrones quererent ab eo
an timuisset. dixit se numquam
magis securum fuisse. quia sciebat
misericordem deum. maxime in
temptationibus assistentium. Bernardus. cum
sentio te iratum tunc spero propitium.
quia cum iratus fueris misericordie recor
daberis. ¶ Tercia consideratio est
consideratio bonitatis divine. cui
cum summa sit. summe placet
bonitas. summe displicet mali
cia. Unde verisimile est quod pa
rata sit iuvare eos qui volunt
maliciam deserere. et bonitati
adherere. sap. xiiii. odio sunt deo
impius et impietas eius. et eccli.
xii. Altissimus odio habet peccatores.
et prov. xii. Qui bonus est hauriet
sibi gratiam a deo. ¶ Quarta est con
sideratio misericordie divine. deus enim
cum sit summe misericors. non
minus vult miseros a miseria li
berare quam ipsi liberari. aug. lo
quens de illo verbo petite et accipi
etis. si non inquit hortaretur ut pe
teremus nisi dare vellet. erubes
cat humana pigritia. plus vult
ille dare quam nos accipere. plus vult
ille misereri quam nos a miseria li
berari. Mira dei clementia offert peccato
ri. et quod peccator petere non auderet
ut ostendit aug. in latrone qui
domino ait. memento mei cum veneris
in regnum tuum. luc. xxiii. Con
siderabat inquit facinora sua et
pro magno habebat si vel ei in fine
parceret. dominus autem continuo in
quit hodie mecum eris in paradi
so. mira obtulit quod miseria distu
lit. aug. in li. confessionum. domine

vna ſpes. vna fiducia. vna firma pro-
miſſio. miſericordia tua domine. In miſericordia tua ſpera-
ui. Item melior eſt miſericordia tua ſuper
uitas. B. ſuper cant. meum meritum
miſeratio domini. Non plane ſum me-
riti inops quamdiu ille miſerator
defuerit. Tres alias ſpes conſi-
derationis in deum inuenio. B. in ſer-
mone illo. miſericordias domini in eternum
cantabo. Tria inquit conſidero in
quibus tota ſpes mea conſiſtit. cari-
tatem adoptionis. ueritatem pro-
miſſionis. poteſtatem redditionis.
Id. Scio cui credidi et certus ſum
quia in caritate nimia adoptauit me.
quia uerax in promiſſione. quia potens in
exhibitione. hic eſt funiculus triplex.
qui difficile rumpitur. quem nobis
a patria noſtra in hac carcere demiſ-
ſum. firmiter obſecro teneamus.
ut ipſe nos ſubleuet. trahat. et per-
trahat. uſque ad conſpectum glorie
magni dei. De caritate adoptio-
nis legitur. i. Io. iii. Videte qualem
caritatem dedit nobis deus pater
ut filii dei nominemur et ſimus. mul-
tum debet mouere homines ad hoc
quod de deo ſperent hoc quod deus
pater eorum eſt. B. loquens de domini-
ca oratione. in inquit dicitur oratio.
cuius principium dulce nomine
paterno. ſequentium petitionum
obtinendarum preſtat fiduciam et glo.
ch. vi. ſuper hoc nomen pater. In hoc
inquit datur fiducia. quid nega-
bit filiis. qui iam dedit quod pater
eſt? et luc. xi. Si uos cum ſitis
mali. noſtis bona data dare filiis
ueſtris. quanto magis pater ueſter cele-
ſtis dabit ſpiritum bonum petentibus

ſe. Ad hanc conſiderationem pertinet
parabola de filio prodigo. Luc. xv. Ubi
filius ad patrem rediens cum oſcu-
lo et amplexu recipitur. ſollempne conui-
uium celebratur. ſymphonia et cho-
rus auditur. et ſubditur. Pater epu-
lari et gaudere oportebat. quia fi-
lius mortuus fuerat. et reuixit. per-
ierat et inuentus eſt. Ad eandem con-
ſiderationem pertinet illud. Matth. vi. Nolite
ſolliciti eſſe dicentes. quid mandu-
cabimus aut quid bibemus aut quo ope-
riemur. ſcit enim pater ueſter quia his omni-
bus indigetis. Cum natura doceat a-
nimalia bruta ut prouideant fetibus ſuis
et naturales eo deberet hominibus
prouideant filiis ſuis. Veriſimile
eſt quod pater ueſter celeſtis non de[ſerat]
filios ſuos. conſilio eius et auxilio
indigentibus. promiſſiones et dei qui
mentiri non poteſt. que in ſcrip-
turis continentur. multum poſſunt
iuuare ſpem. Pſ. memor eſto uerbi
ſeruo tuo in quo mihi ſpem dediſti.
Ro. xv. ut per patientiam et conſolationem
ſcripturarum ſpem habeamus. Item
poteſtas dei conſiderata multum
poteſt ſpem iuuare. cui eque faci-
le eſt liberare a magnis periculis
ut a paruis. et ſaluare in paucis
ſicut in multis. et ſolo uerbo pro-
mplere promiſſiones ſuas. cuius
ſermo illius poteſtate plenus
Sequitur de illa ſpe conſidera-
tionis que eſt circa ea que pro deo agi-
mus uel ſuſtinemus. bona opera
que fecimus conſiderata ſpem
iuuant. Vnde in pſ. Sacrificate ſa-
crificium iuſtitie et ſperate in domino.
poteſt homo ſperare in domino. Si

testitutum iusticie prius obtulerit. tercii.
ij. Sobrie et iuste et pie uiuamus in h
seclo. expectantes beatam spem. G. in mo
ralibz. cum opus crescit primum fiducia
pficit. securus est de re qui bonum pig
nus apud se ht. sic securi sunt de reg
no futuro. qui hnt pignus spe sci. ij.
cor. i. qui dedit pignus spc in cordib
meis. ad eph. i. qui est pignus heredi
tatis nre. ¶ Item securus est qui ht bo
na opa q sunt quedam pignora. G. in mo
ralibz. sci uiri quot labores nunc ti
tam commendantes exibent. tot iam
remuneracionis sue pignora intus spei
cubiculum clausa tenent. securus potest
esse de regno futuro cui iam in plenum
datum est sup seipsum regnare. B. Non
est una ad regnum. sine primitiis reg
ni. nec sperare potest celeste regnum si
ne primitiis regni. nec sperare potest
celeste regnum. cui non sup omnia mem
bra propria regnare adhuc donatur. ma
la etiam que p deo sustinemus conside
rata spem adiuuant. ro. v. Tribula
tio pacientiam operatur. paciencia pbatione.
pbatio autem spem. G. in moralibz.
bonorum mens quo duriora p ueritate
tolerat. eo certiutius premia eterna
sperat. Idem. tanto spes in dm solide
consurgit quanto p illo quisque grauiora
pertulerit. seneca. Vires animi numquam
certam sui fiduciam dare possunt.
nisi cum multe difficultates hinc et
illinc apparuerunt. et aliquando propius
accesserunt. Ille qui uidit sanguinem
nem suum cuius dentes crepuerit
sub pugno cum magna spe descendit
ad pugnam. multum adicit sibi uirtus
lacessita. certus est de re que uenalis est.
qui pretium ht apud se. sic certus est

de regno futuro. qui multas tribu
lationes p xpo sustinuit quibz re
gnum celorum emitur. act. xiiij. Per
multas tribulationes oportet nos intra
re in regnum celorum. m. v. Beati qui
persecutionem patiuntur propter iusticiam
quoniam ipsorum est regnum celorum. et non solum
cum bona que p deo agimus uel ma
la que sustinemus consideramus. de
bemus ea dei gre attribuere. exemplo
pauli dicentis. i. cor. xv. habundan
tius illis omnibz laboraui. non ego
autem sed gra dei mecum. ¶ Sequitur de
illa spe consideratione que est circa
dei beneficia que possumus subdistin
guere. in iiij. spes. Prima est circa
dei beneficia generalia spiritalia. ut est
redemptio mundi. et alia beneficia
que ad salutem humani generis pertinet
illud. ro. viij. Qui proprio filio non pe
percit. sed p nobis omnibz donauit il
lum. quomodo non cum illo omnia nobis
donauit. et titum. ij. qui dedit semet
ipsum p nobis ut nos redimeret ab
omni iniquitate. B. Domine quid est ho
mo quia innotuisti ei aut filius hominis
quia reputas eum. denique mittis ei un
guentum tuum. immittis spiritum tu
um. primitis et unicum tuum. et ne quid
uacet in celestibz ad opa sollicitudi
nis nre. et illos beatos spiritus propter nos
mittis in ministerium. ¶ Item b. su
p illud cant. ij. Columba mea in fo
raminibz petre. clauus penetrans.
clauis reserans. factus est in ut ui
deam uoluntatem dni. quid enim
uideam p foramen. clamat clauus.
uulnus clamat. Idem patet ar
chanum cordis p foramina corpo
ris. patet illud magnum pietatis

sacramentum. patent uiscera misericordie, in
quibus uisitauit nos oriens ex alto.
Idem. in quo clarius quam in uulneribus
tuis eluxisset. quod tu domine suauis et
mitis et multe misericordie. maiorem enim
miserationem nemo habet quam ut ponat
animam suam quis pro addictis et
dampnatis. Secunda consideratio est cir-
ca beneficia spiritualia particularia. ad
quod pertinet illud B. super cant. omnino
inquit propter mansuetudinem que in te
predicatur. currimus post te domine Iesu.
audientes quod non spernas pauperem.
peccatorem non horreas. non horruisti con-
fitentem latronem. non lacrimantem
peccatricem. non chananeam supplican-
tem. non deprehensam in adulterio.
non sedentem in theloneo. non suppli-
cantem publicanum. non negantem
discipulum. non persecutorem discipu-
lorum. non ipsos crucifixores tuos. In
odore horum unguentorum currimus. Ter-
tia consideratio est circa beneficia cor-
poralia generalia. ut est creatio mundi
gubernatio. sustentatio. Ad hanc
considerationem pertinet illud. Math. vi.
Respicite uolatilia celi que non
serunt neque metunt neque congre-
gant in horrea. et pater uester cele-
stis pascit ea. Nonne uos magis
plus estis illis? et post. de uestimen-
to quid solliciti estis? Considerate
lilia agri et cetera. Quarta considera-
tio est circa beneficia corporalia spiri-
tualia. de quibus in scriptura legitur.
ut est conseruatio trium puerorum
in fornace. Dan. iii. c. et liberatio Su-
sanne. eidem. xiii. c. Sequitur
de illa spe considerationis que est cir-
ca merita sanctorum uel suffragia

quoniam in . iiii. spes subdiuidere possumus…
Prima est circa mediatorem dei et h…
minum. Iesum Christum. Secunda circa me-
diatricem. scilicet beatam uirginem. tertia
circa angelos. Quarta circa sanctos…
ma multum spem roborat. ad quam
pertinent auctoritates sacre scriptu…
B. super cant. Puto tam spernere me n…
poterit Christus. os de ossibus meis et caro
de carne mea. Aug. in li. de ciuitate
dei. gratia inquit dei non potuit gratiu…
commendari. quam ut ipse unicus dei fi…
in se incommutabiliter manens, in…
dueret hominem. et spem dilectionis su…
daret hominibus. homine medio. qu…
ad illum ab hominibus ueniretur qui
tam longe erat. iustus ab impiis…
bus a miseris. G. Prebet apud d…
hominum fiduciam deus homo, ci…
bus spes magna penitentibus. qui…
uocatus noster factus est. unde. Io…
.ii. Si quis peccauerit aduocatum
habemus apud patrem Iesum Christum…
et ipse est propitiatio pro peccatis nostris…
.viii. Qui est ad dexteram dei qui…
interpellat pro nobis ipse secundum quod…
postulat. secundum quod deus dat. A…
cepisti dona in hominibus. et merit…
eius. dantur ecce dona ecclesiam…
unde ecclesia in fine orationum. petit or…
suam exaudiri per dominum suum Iesum Christum…
ad Heb. vii. dicitur de ipso quod sa…
re in perpetuum potest. accedens…
met ipsum ad dominum semper uiuens ad in-
terpellandum pro nobis. eidem. ix…
introiuit in ipsum templum ut ap…
reret uultui dei pro nobis. in ps…
pice in faciem Christi tui. respicie…
deus pater quam care ecce constit…
filio suo. petit ecce. Item ipse. S…

tore q̄m mirificauit dn̄s sc̄m suu̅ dul
exaudiet me cu̅ clamau̅o ad eum. et
sup illud. ps. Saluum fac ppl'm tuu̅
dicit glo. ecce q̄uta spes credentium
cum p eis orat passus, p eis et uidex
est aduocatus. De misericordia bea
Consideratio et te uirginis.
C mediatricis n̄re multam fiduci
am potest nobis dare: ipa enim ē dul
cedo et spes nr̄a ut cantat ecc̄. ipa mat
est sc̄e spei. In ipa est gr̄a omnis uite;
et ueritatis. omnis spes uite et uirtutis.
ecc̄i. xxiiii. Ad hanc consideratione̅ et
ad pcedentem ptinet illud. b. Securu̅
h̄es accessum o homo ad dm̄. ubi h̄es
filium ante patrem et ante filium
m̄rem. filius ostendit patri cicatrices
et uulnera. mater ostendit filio pect'
et ubera. nec ulla potest ēē repulsa ubi
tot caritatis occurrunt insignia.
beata uirgo thronus gr̄e est. in qua
s. fons gr̄e quiescit. heb. iiii. Adeam'
cum fiducia ad thronum gr̄e eius.
ut m̄iam consequamur. Ier. xiiii.
Soli gl'e tue recordare. et ne irritu̅
facias fedus tuum nobiscum. Sol
ium gl'e est beata uirgo. ipa enim tro
nus eburneus de quo. iii. Re. x. et ii.
par. ix. Ipa est stella maris. luc. i.
et nomen uirginis maria. quod int'
pretatur stella maris. ipa nauiga
gantes in mari huius mundi. cum
aliud consilium et auxiliu̅ deficit
ad portum salutis dirigit. sicut est
quedam stella que naufragantes
in mari uisibili cum t'pe obscurum
est ad portum dirigit. b. sup illud
eu̅glium. missus est angelus ga
briel. si insurgunt inquit uenti tem
ptationu̅. si incurris scopulos tri
bulationu̅. respice stellam. uoca
mariam. et paulo post. In periculis.
in angustiis. in reb; dubiis. maria̅
cogita. mariam inuoca. n̄o recedat
a corde. n̄o recedat ab ore. et ut impe
tres eius auxilium. n̄o deseras co̅
uersationis exemplum. Ipam seqūs
n̄o deuias. ipa̅m rogans non despas.
ipa̅m cogitans n̄o erras. ipa tenen
te n̄o corruis. ipa protegente n̄ metu
is. ipa duce n̄o fatigaris. ipa ppitia
peruenis. et sic in teipo expiris
q̄d merito dcm̄ sit. et nom̄ uirginis
maria. ipa data est mundo q̄'s aq̄
ductus. p quem gr̄e a deo descendat.
ecc̄i. xxiiii. Sicut aqua ducť exiui
a paradiso. b. loquens de ipa uehem
tia. inquit desiderii feruore deuotionis
puritate oronis. fontem attigit
pietatis ut hauriret sup angelos.
q̄m refunderet hominib; aquam
uiuam. Idem. ppterea tanto tempe
fluenta gr̄e defuerunt. q'r n̄odum
intercesserat aque ductus. ipa ē col
lum. caput ecc̄e. s. xp̄m corpi eius
coniungens qui ipi p amorem n̄
adheret. n̄ adherebit capiti. sicut
nec corpus adheret capiti collo a
moto. cant. vii. Collum tuu̅ sicut
turris eburnea. collum est beata
uirgo q̄ntum ad mediatione̅. tur
ris n̄ est q̄ntum ad defensione̅. ipa
ē est uirga direcionis errantes in
uia p̄sentis uite salubrit' diri
virtutes simul sint tempore, tamen una prior est altera causalitate. sicut splendor ab igne est, et tamen ignis et splendor simul sunt tempore. hoc exemplum ponit aug. super principium ad heb. Sed tamen obicitur quoniam caritas sit ex fide et spe. cum caritas dicatur esse radix omnium bonorum in glo. aug. super verbum primus positum. finis precepti est caritas. et super illud gal. v. fructus spiritus est caritas. et c. Dicit glo. aug. caput virtutum posuit. i. caritatem. que enim aliam inter fructus spiritus debuit tenere primatum nisi caritas. sine qua virtutes cetere non reputabuntur esse virtutes. et ex qua nascuntur universa bona. Ad solutionem huius videtur esse distinguendus triplex ordo virtutum. scilicet ordo plantationis. ordo meritorie operationis. et ordo reparationis. In ordine plantationis prima est fides. primo enim docenda sunt que sunt fidei. deinde que sunt timoris et spei. heb. xi. credere oportet accedentem ad deum quia est et inquirentibus se remunerator sit. In ordine operationis meritorie. prior est caritas que illa imperans. In omni enim operatione ordinata primum est amor sive desiderium finis et ex illo omnes medie operationes. ut apparet in edificatione domus. cuius causa est amor inhabitatoris ipsius. ex quo amore non solum est edificatio sed et ea que ad edificationem tendunt. ut inquisitio operariorum. In operando quoque meritorie prior et principalis est caritas. et primo movens. fides enim ei deservit. tamquam lucernam preferens. ostendens quid et qualiter operari debeat. Illuminatio enim est adiutorium in opere et illuminator adiutor. et non principalis operator. In ordine vero reparandi in virtutibus affectivis prior videtur esse humilitas. Sicut enim omnis peccati et vitiorum superbia. ut habetur eccli. x. initium correctoris principium erit humilitas. huic consonat quod reparator humani generis posuit primam virtutem humilitatem. math. v. beati pauperes spiritu. pauperes enim spiritu dicuntur humiles. secundum glo. caritas inter tres virtutes que ordinant ad deum propinquior est fini. deo vero deum habet pro fine et permanet. diligit enim deum propter se. et cum fides finem videat. spes illuc tendat. est enim spes insecutio. sicut timor est fuga. caritas est unio cum fine. unde cum finis virtutum sit. et a fine habeat quod sint bona ea que sunt ad finem. Caritas primo habet bonitatem inter virtutes et per eam habent bonitatem cetere. et secundum hoc intelligendum est quod dicit glo. super thi. i. quod caritas est radix omnium bonorum in effectu. scilicet sunt bona et illud similiter super gal. v. ex caritate nascuntur omnia bona. in effectu scilicet sunt bona. et sicut radix humorem mittit ad ramos. sic caritas bonitatem ad opera cetera virtutum. aug. in sermone de caritate. Sicut radix omnium malorum est cupiditas. ita radix omnium bonorum est caritas. humilitas et radix potest dici virtutum. secundum illam proprietatem qua radix est pars arboris infima. terre adherens. sic humilitas considerans infirmitatem suam sub deo collocat se in loco infimo. sic et potest dici radix. quia radix est in arbore quod os in animali. per radicem humor ingreditur ad arborem nutriendum.

arboris. sic per fidem bonum ingreditur
ad animam. Item caritas sic describitur
a magistro. tertio libro sententiarum. Caritas
est dilectio qua diligitur deus propter se.
et proximus propter deum. vel in deo. In deo dicitur
propter illos qui iusti sunt qui manent in
deo per gratiam. propter deum dicitur quantum ad
illos qui nondum sunt iusti. qui ad hoc
amandi sunt ut iusti fiant et in deo per
gratiam maneant. augustinus. Qui amat ho-
mines. aut quia iusti sunt. aut ut iusti
sint. amare debet. Item augustinus sic
describit caritatem. Caritas est virtus
qua videre deum et perfrui eo desideramus.
et est hec descriptio secundum dignitatem actus
caritatis. Potest et sic caritas descri-
bi. caritas est virtus qua unaqueque
res tanti habetur quanti habenda est. Unde
caritas pondus equum est. sic sta-
tera dolosa est cupiditas. proverbiorum xi. Sta-
tera dolosa abhominatio est apud de-
um. et pondus equum voluntas
eius. temporalia que in veritate parum
pretiosa sunt que apud reputant in
statera. multum ponderant in sta-
tera cupiditatis. ideo vere dolosa est.
osee. xii. Chanaan in manu eius statera
dolosa. hec statera et merito abhomina-
tio est a deo. cum divicie et honores que
abhominabilia sunt deo ibi preponderent
virtutibus bonis. luce. xvi. Quod altum est
apud homines abhominatio est apud
deum. In libro de spiritu et anima dicitur quod
caritas est concordia virtutum et socie-
tas electorum. Unitiva animarum et angelorum
quia nec anime nec angeli nisi per carita-
tem uniuntur. Comendatio caritatis.

Sequitur de hiis que pertinent ad co-
mendationem caritatis. ad quod pri-
mo valere potest hoc quod spiritus sanctus
in scriptura sacra totiens monet ad
ea que caritatis sunt. i. cor. xiiii. Sec-
tamini caritatem. et eidem xvi. om-
nia opera vestra in caritate fiant. eph.
iii. In caritate radicati et fundati et
eidem iiii. In caritate crescamus.
Item v. Ambulate in dilectione.
phil. i. Oro ut caritas vestra magis
ac magis habundet. col. iii. Super
omnia caritatem habete. i. pe. iiii. Ante
omnia mutuam in vobismetipsis
caritatem continuam habentes. Secundo
comendabilis est comparatione ceterarum
virtutum. ad quod pertinet illud. i. cor.
xiii. maior autem horum est caritas. augustinus.
respice ad munera ecclesie. et in illis
excellentiam caritatis munus agnosces.
ideo oleo caritas comparatur quod su-
pereminet aliis liquoribus. sic caritas
superexcellet aliis virtutibus. propter ean-
dem causam caritas aurum dicitur
quod inter metalla pretiosius est. apo.
iii. Suadeo tibi emere a me aurum
ignitum et probatum ut locuples fias.
Huic auro comparando intendere debe-
rent in nundinis huius mundi. in
quibus dictum est luce. xix. Negociamini
dum venio. nec solum aurum est
caritas. sed et aurea reddit ea que con-
tingit. et hec est una virtus caritatis.
que plumbea efficit aurea. opera enim
de genere bonorum sine caritate facta
quasi plumbea sunt. ponderosa vel nullius
valoris. facta si ex caritate quasi aurea
sunt. quia pretiosa valde. iii. reg. vi. Ni-
chil erat in templo quod non auro
tegeretur. opera ex caritate facta sunt quasi
vestes deaurate. quibus ecclesia ornatur
in psalmo. Astitit regina a dextris tu-
is in vestitu deaurato. propter eandem

excellentiam dicitur. Et caritas ignis. luce
.xii. Ignem ueni mittere in terram. Ideo
spiritus sanctus super apostolos in linguis igneis
descendit. ut in cordibus hominum
ignem istum succenderent. Unde b. Ve-
nit super discipulos spiritus sanctus in linguis
igneis. ut linguis omnium gentium
uerba ignea loquerentur. et legem ig-
neam lingue ignee predicarent. tre-
ni. i. De excelso misit ignem in ossi-
bus meis et erudiuit me. ignis inter
elementa uirtuosior est. sic caritas uir-
tuosior est ceteris uirtutibus. Ieron.
Qui perfecte amatur totam sibi un-
dique amantis uendicat uolunta-
tem. nichil ergo est imperiosius carita-
te. ii. cor. v. Caritas christi urget nos.
Ignis ferrum quasi ignem efficit. sic
caritas eos in quibus est ut ignem
efficit. ecclesiastici. xlviii. Surrexit helyas
propheta sicut ignis et uerbum eius quasi
facula ardebat. nescit ignis esse ocio-
sus. sic secundum librum gregorii. amor dei num-
quam est ociosus. operatur enim magna
si est. si autem operari renuit amor non est.
Ignis caritatis ignis est illuminans
et splendens. et ad splendorem eternum
producens. gregorius in moralibus. Non clarescit
animam fulgore eterne pulcritudinis.
nisi ut ita dixerim. hic prius arserit
in officina caritatis. hic est ignis
ille quo spiritus angelici ardent. ignis iste
in cinerem humilitatis redigit. in
hunc cinerem redigerat illum qui
dicebat, gen. xviii. loquar ad dominum
meum cum sim cinis et puluis. car-
bo ignitus cum mortuis carboni-
bus positus. aut extinguitur. aut eos
uiuificat. Sic uiri sancti igne carita-
tis succensi. morti se exposuerunt

ut mortuos in peccatis uiuificarent.
Ignis tendit sursum. sic illi qui ue-
hementer accensi sunt igne caritatis
cupiunt dissolui et esse cum christo. phil.
i. et mortem habent in desiderio et uitam
in patientia. Caritas ignis est quo
sancti arserunt. Ut ait gregorius. Spiri-
tuale donum qui et ignis dicitur. deu.
iiii. et heb. xii. Deus noster ignis consumens
est. gregorius in omelia. Deus ignis consumens
dicitur. quia flammis sui amoris inter-
mentes quas impleuerit. et a uitiis
sordibus mundas reddit. et peccatorum ru-
biginem consumit. b. Ignis quidam c
consumit quidem sed non affligit a-
der suauiter. desolatur feliciter. est
uere carbo desolatorius. sed qui sen-
uicia exerceat tum ignis ut in
uicem exhibeat unctionis. gregorius
omelia. loquens de illo uerbo. luce
Dimissa sunt ei peccata multa quia di-
lexit multum. Quid esse dilectionem
credimus nisi ignem. et quid culpam
nisi rubiginem. tanto amplius rubigo
consumitur. quanto peccatoris cor magno
caritatis igne concrematur. Caritas
est mater omnium uirtutum
glo. ambrosii super illud, ro. xiiii. Unus-
quisque in suo sensu habundet. nu-
quam educatrice. immo ipsa ad omnes
se habet ut mater. b. caritas que siue
foueat infirmos siue exerceat
prouectos. siue arguat inquietos.
diuersis diuersa exhibens. sicut fili-
os diligit uniuersos. cum te arguit
mitis est. cum blanditur simplex
est. pie solet seuire. sine dolo
decere. patienter nouit irasci. hu-
militer indignari. ipsa est que homi-
num et angelorum. non solum que

sz et que in celis sunt pacificauit. ipsa
est que deum homini placans. hominem
deo reconciliauit. caritas paciens e.
benigna est licet lesa, licet offensa. si
conuersus fueris ad illam. obuiabit
t. que nimis honorificata. Est caritas
enumerat prima inter fructus spiritus
sci. gal. v. fructus inquit spiritus caritas
&c. ibi dicit glo. aug. Caput igitur
posuit. vocans caritatem caput uir
tutum. Ibi etiam dicit glo. Jero. que alia
inter fructus spiritus debuit tenere pri
matum. n caritas sine qua cetere uir
tutes n reputabuntur esse uirtutes?
vere primus fructus caritas. ante que
enim ipsa assit nullus fructus est deo
gratus. osee. ix. Radix exsiccata est
fructum nequaquam faciet. Radix ex
siccata est cupiditas, quam apostolus dicit
radicem malorum omnium. i. thi. vi.
Vbi non caritas est ibi nullus fructus.
Jo. xv. Qui manet in me et ego in
eo. hic fert fructum multum. qui
manet in caritate in deo manet.
i. jo. iiij. Item caritas est primum
bonum anime. Primum enim bonum
anime est deo adherere. Deo adherere
n ualemus nisi dilectione. ut ait aug.
in libro de moribus ecclesie. aug. in li. confessionum.
mihi autem adherere deo bonum est, quia si
non manebo in illo nec in me potero.
Vbi caritas n est potest esse spes boni
sed n uerum bonum. aug. Dantur
alia per spiritum s. munera. sed sine cari
tate nichil prosunt. sen. Apud sapi
entes sunt honesta. apud uulgus si
mulacra rerum honestarum. Vbi cari
tas adest nichil est malum. eccle. viij.
Qui custodit mandatum n experietur
quicquam mali. Quod de mandato di

lectionis specialiter uerum est. aug.
Vbi caritas est quid est quod possit
obesse. Vbi autem n est quid est quod
possit prodesse. Item caritas est gratia
gratiarum. alie uirtutes sine ea grate deo
n sunt. et opera grata n operantur. iusticia
enim reddit debitum. timor re
dimit incommodum quod iminet.
spes enim commodum obtinere inten
dit, et quia n sufficiunt animam deo
reddere gratam. uel etiam sua propria
opera absque caritate deo grata fa
cere n possunt. caritas non gratis
operatur. b. sup cant. Purus amor.
mercennarius non est purus amor de
spe uires n sumit. et tamen diffidentie
dampna n sentit. Caritas et ani
mam deo reddit gratam. et sua propria
opera. et ceteras uirtutes et opera
earum si a caritate sunt imperata.
ipsa enim imperatrix est inter uir
tutes. et que imperantur ab ipsa deo gra
ta sunt et a se reputantur imperata. Item
caritas locus luminis est. i. jo. ij.
Qui diligit fratrem suum in lumi
ne manet. amor mundi excecat.
sed amor dei illuminat. extra cari
tatem tenebre sunt. Vnde ibidem
dicitur. Qui odit fratrem suum in tene
bris est. Vbi autem tenebre sunt. ibi
n est uerum gaudium. thob. v.
Quale gaudium michi erit qui in te
nebris sedeo. Item caritas est
locus securitatis et gaudij. b. Vbi
caritas est. quid preciosius. et qui
manet in caritate in deo manet.
quid securius et deus in eo. quid io
cundius. aug. Deus caritas est.
breuis laus. et magna laus. bre
uis in sermone, et magna in intellectu.

si numeras unum est. si appendas op
timum est. deus dilectio est. id est. dulci
dilectione nichil est. ¶ Item aug. di
lectio dulce verbum. sed dulcius fa
ctum cum amor sit causa omnis io
cunditatis. sine amore enim nichil
iocundum. Caritas que est amor
summi boni magnam habet iocundi
tatem. Unde inter fructus spiritus sta
tim post caritatem enumeratur
gaudium. quo sine gaudio potest
esse quod deus ametur debito mo
cum ipse presens sit. ubi sic amatur.
presentia enim boni amati iocunda.
aug. in epistola ad macedonium. Tanto
nobis melius est. quanto magis in
illum imus. quo nichil est melius.
Imus autem non ambulando sed ama
do. quem tanto habemus presentiorem
quanto eundem amorem quo in eum
tendamus potuimus habere puriorem.
Idem super epistolam iohannis. omelia. x.
Quid tibi iubet deus. dilige me. ama
turus es honorem. et forte non peruen
turus. quis me amauit. et non ad
me peruenit. quilibet me querit cum
ipso sum. non ad me ambulatur per ali
quem. Ipse amor te presentem me
facit. gg. in moralibus. Qui mente
integra deum desiderat. profecto iam
habet quem amat. Neque enim quisquam
posset deum diligere. si hunc quem
diligit non haberet. Caritas locus est re
quietis. aug. Non potest anima non
in eo quod diligit requiescere. eterna enim
requies non datur ei. nisi in dilectione
dei. qui solus eternus est. et ipse est
perfecta sanctificatio et sabbatum sabbatorum. Ca
ritas est uita est. i. io. iii. Nos scimus
quoniam translati sumus de morte ad
uitam quoniam diligimus fratres. sine cari
tate nichil uiuit. uita gratie. sed omnia
sunt mortua omnia arida. i. io. iii. Qui
non diligit manet in morte. et super. i. ad
cor. xiii. dicit glo. sicut corpus sine anima
mortuum est. sic anima sine caritate
mortua deputabitur. Caritas ca
lor uitalis. quo extincto non spiritu
uite relinquitur. prosper de uita contem
platiua dicit. quod caritas est uita
uirtutum. ipsa est et mors uitiorum. sicut
enim fluit cera a facie ignis. sic pere
unt uitia a facie caritatis. canti
vii. Fortis est ut mors dilectio. Q
uidetur esse magni ualoris in se
caritatem non habet. est quasi leo mortuus
et iudicio dei per illum nullius ualoris
eccles. ix. Melior est canis uiuus
one mortuo. i. cor. xiii. Si habue
prophetiam etc. caritatem non habuero ni
chil sum. nichil unquam est ualoris
caritas est uita est operum. gg. Nichil h
uiriditatis ramus boni operis non
neat in radice caritatis. ¶ Item cari
tatem habens ditissimus est. aug. Ama
de quanta est caritas. que si desit fru
stra habentur cetera. si autem assit habe
tur omnia. uel in se uel in aliis. Item
in quodam sermone de caritate. Ca
ritas est dulce et salubre uinculum
mentium. sine qua diues pauper est
in qua pauper diues. ¶ Quatuor de
causis diues est qui habet caritatem.
Primo. quia ipsa caritas thesaurus est
carissimus. ut non solum cara. sed
caritas expressiue possit dici. sicut
filio dei dicitur. heb. i. quod sit splendor
glorie. et sap. vii. candor lucis eterne
hic est thesaurus absconditus in agro
cordis. pro quo emendo uniuersa

uendenda. mt. xiii. Hunc thesaurum non potest
auferre raptor mundi. mors. Si enim alios
auferat. sine hoc thesauro non potest alius
thesauri. De comparatione huius thesauri
auri nullus penitebit. cum ualorem eius
prius agnoscet. cant. viii. Si dederit
homo omnem substantiam domus sue pro
dilectione. quasi nichil despiciet eam. quanto
quis carius emit thesaurum istum.
tanto amplius lucratur. hoc thesauro
thesaurus dei acquiritur. ¶ Secundo quia qui
habet caritatem habet deum. ideo diues est. i.
iohannis iiii. Si diligamus inuicem deus in nobis
manet. aug. Aurum habens in archa di
ues est. deum habens in conscientia diues non est. Co
niunge aurum et deum. archam et conscientiam.
¶ Tercio quia opera ex caritate facta sunt
quasi aurea. cum sint ualde preciosa.
regni. non etiam in uictoria. Ideo bene mo
net apostolus. ut omnia opera nostra in carita
te fiant. i. cor. xvi. ¶ Quarto quia
caritas aliena bona sua facit. au
gustinus. vis mercedem habere de alieno. gau
de inde. et mercedem tu inde comparasti.
aug. Penset mundi quantum bonum
sit caritas. que sine labore tanto ali
ena bona nostra facit. anima habens carita
tem est sicut nobilis auis. que
pede amorum predam capit. Pes enim anime a
mor est. ut ait aug. qui si rectus est
dicitur caritas. si curuus dicitur cupiditas.
Qui sine caritate sperat se ad regnum
celorum peruenire. similis est illi qui
absque pede uult incedere. hic est pes
ille de quo iosue i. Omnem locum quem
calcauit uestigium pedis uestri tradam
nobis. Caritas princeps est omnium uir
tutum dei et custodientium mandata
eius. ¶ Caritas est communicatiua.
sicut de qua. i. cor. viii. quia illi

spiritum sanctum omnia habet communia. ipsa est
societas illa de qua loquitur. i. io. ca. i.
¶ Quod uidimus et audiuimus annunciamus uobis
ut et uos societatem nobiscum habeatis.
qui caritatem non habet. quantum ad deum
excommunicatus est. i. cor. vlt. Si quis
non amat dominum nostrum ihesum christum sit a
nathema. glo. i. separatus a deo. uel con
dempnatus. Vita sanctorum negociatio est.
mt. xiii. Simile est regnum celorum ho
mini negociatori et c. quicumque cari
tatem habet. particeps est in omni lucro
quod fit in ecclesia. Vnde caritatem potest dici
illud prou. vlt. multe filie congregaue
runt diuitias. tu supergressa es uni
uersas. Antiquum prouerbium socratis
fuit. amicorum omnia esse communia. Vnde
cum quidam pauper diceretur coram eo.
amicus cuiusdam diuitis erat. Cur
ergo iste pauper est. ille diues est. ami
cus non suo est. qui particeps fortune
non est. Cor in quo caritas est quasi
ortus in quo omnes boni quasi arbores
celestes per amorem insite sunt. Va
et fructificant. Quid ergo mirum si
multum habet fructum. Caritas bo
num proprium est bonorum. cum cetere
uirtutes communes sint bonis et malis.
aug. Caritas est fons proprius et
singularis bonorum. Idem. hec sola est
que diuidit inter filios regni et fi
lios perditionis. in libro prosperi. ca
ritas dei et proximi. propria et specialis
uirtus est. piorum atque sanctorum. cum cetere
uirtutes bonis et malis possint esse
communes. Idem caritas nusquam ex
cidit. cum fides et spes euacuentur.
i. cor. xiii. quod tripliciter potest intel
ligi. Primo quia in morte non amit
titur. Qui enim amat deum in

f 61

presenti cum eum non uidet. multum
plus amabit eum in futuro cum
eum uidebit. opus in presenti est mi-
tium. opa non in futuro erit premium.
Jo. xii. Scio quia mandatum eius uita
eterna. quod specialiter est uerum
de mandato dilectionis. Secundo de ope
caritatis. quod non excidit caritate
manente. caritas est arbor a qua nec
excidit. nec flos. nec folium. nec fructus.
In hac arbore pendent omnia bona
Mt. xxii. In hys duobus mandatis uni-
uersa lex pendet. et prophete. loquitur de
duobus mandatis de dilectione. Flos
huius arboris. scilicet unum propositum
caritatis est super milia auri et ar-
genti. caritati bene conuenit illud.
Eccli. xxiiii. Flores mei fructus hono-
ris. fructus huius honoris pascitur
deus ab homine et ex eo uiuitur in
paradiso. Tertio de hac caritate.
qui in morte non excidit. i. non ex toto
cadit. quia licet moriatur mundo. ui-
uit tamen deo. Unde mors amicorum dei.
dormitio uocatur. Jo. xi. Lazarus amicus
noster dormit. ¶ Ista caritas maior est
omnibus sacrificiis. Mc. xii. Diligere
proximum tanquam se maius est omni-
bus holocaustomatibus et sacrificiis.
caritas pre ceteris uirtutibus deo pla-
cet. et diabolo displicet. et homini
prodest. caritas merito deo multum
placet. cum deus ei super omnia pla-
ceat. glo. super illud. ex caritate uisi-
tationis. placet deo cui placet deus.
ideo deus aliquos spernit quia ipsum sper-
nunt. ysa. v. Ve qui spernis nonne
et ipse sperneris. Deus amat aman-
tes se. prov. viii. Ego diligentes me
diligo. Jo. xiiii. qui autem diligit me
diligetur a patre meo. et ego diligam eum
et manifestabo ei me ipsum. Sola cari-
tas deum habet carum. et ideo mirum
uirtutes propter quae cara est deo. et quia
specialiter nutrit. et secundum eam pre-
mensuratur. ut qui maiorem habet ca-
ritatem maius habeat premium. et qui
norem minus. non habet deum carum
pro minori pretio dat. uel mutat eum
ualeat. Non habet auarus deum carum
lutum diuitiarum ei preponit. abbas
qui congregat non sua. ulterius aggra-
uat se densum lutum. Non habet deum
carum uoluptuosus. qui delectationem
momentaneam preponit ei. Gregorius. Momen-
taneum est quod delectat. eternum
quod cruciat. Non habet carum deum
partius. qui pro uento uane glorie
deserit. et ut breuiter dicam. Non
deum carum qui non diligit eum super
omnia. cum ipse omnibus preualeat. Ca-
ritas diabolo specialiter displicet.
Gregorius. super eze. Antiquus inimicus
teneri in nobis. si sine caritate
non timet. quia ipse carne non premitur.
ut luxuria dissoluatur. abstinentiam
non timet. quia ipse cibo non utitur. quem
cessitate corporis non urgetur. Distri-
butionem terrenarum rerum non tim-
et eidem opere caritas non desit. quia
earum subsidiis nec ipse eget. Valde
autem in nobis caritatem uera et eternum
amorem humilem quem nobis in-
sum impendimus. timet et nimis
die inuidet. qui hanc nos tenere
in terra quam ipse tenere nolens
sit in celo. ¶ Idem Gregorius. Non curat an-
tiquus hostis ut terrena nobis tol-
lat sed ut caritatem feriat. caritas et
in ipsam multum prodest. sine cari-

utile est. i. cor. xiii. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas et c. caritatem autem non habuero nichil mihi prodest. Qui caritatem non habet est sicut es sonans quod aliis prodest set sibi non prodest, immo se consumit. Sic enim eo qui caritatem non habet. diminuuntur bona naturalia. et minus ydoneus fit ad bene operandum. et vitam suam inutiliter expendit. Ubi vero caritas omnia proficiunt. Ro. viii. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Utilitatem caritatis ostendit apostolus. i. cor. xiii. dicens. Caritas paciens est. benigna est. caritas non emulatur. non agit perperam et c. Ubi enumerantur viii bona que caritatem comitantur. et octo mala a quibus hominem servat. Duo prima bona sunt paciencia et benignitas. de quibus Gregorius. pacientiam et benignitatem premisit. quia ex altera illata a proximis mala equanimiter portat. altera sua bona proximis desiderabiliter impendit. penam quippe non irrogat. sed que eis quos veraciter amat. ut ait idem Gregorius. benigna est. debet esse caritas. i. egenis larga. Gregorius. mens scilicet in temptationibus [illegible] et inimica parte clipeo et gladio armorum accincta. ad mala ferenda sumit fortitudinem et ad rependenda bona erigit unitatem. Tercium bonum est congaudere veritati. i. bonis proximi. Quartum est mala eius sufferre compatiendo et supportando. Quintum est in omnibus deo credere. Sextum omnia sperare. Septimum est diu expectando dominum sustinere. Duobus primis facit caritas ut bene nos habeamus in hiis que infra sunt. mala proxima pacienter portando. et bona propria liberaliter largiendo.

Duobus sequentibus facit ut bene nos habeamus ad ea que sunt proximi. bonis congaudendo et mala comportando. Tribus ultimis ut bene nos habeamus ad deum. cui debemus fidem. eo quod sit prima veritas. et spem. eo quod sit summa bonitas. et sustinentiam longam eo quod sit omnipotens. et magnitudine premii recompensare potest quod tandem solvit. Augustinus. Caritas ideo tolerat in presenti vita. quia credit omnia de futura vita. et suffert omnia que hic inveniuntur. quia sperat omnia que ibi promittuntur. Primum malum a quo caritas servat est emulatio sive invidia. que putredo ossium dicitur. prov. xiiii. est enim vehemens corruptio anime ex qua provenit ut ipsa in malis proximi delectetur. et bonis contristetur. que naturaliter in bonis deberet delectari. et in malis contristari. Secundum est perversa actio. qui caritatem habet. habet spiritum sanctum qui benigne agit. qui vero sine caritate est habet malignum spiritum. qui perperam agit reddendo mala pro bonis. miseros opprimendo. bonis detrahendo cum potius bonis addendum est. bona enim oportet crescere. mala autem minui. et miseri relevandi sunt non amplius opprimendi. Tercium est inflatio sive dilatatio propria usque ad proximi compressionem que solet habere sessuram ut ait bs. b. prov. xxviii. qui se iactat et dilatat. iurgia concitat. Iactantia est dilatatio exterior. presumptio cordis. dilatatio interior. Quartum est ambitio. cum aliquis querit sui exaltationem per proximi detractionem. similes illi qui faceret de omnibus scabellum pedum

ſuorum, ut ſic arbor ceteris appareret.
Quintum eſt nimius amor proprii boni. ex
quo ſolet ſequi quod homo non curat de bo
no proximi. phil. ij. Non que ſua ſunt ſin
guli conſiderantes ſed que aliorum. i. cor.
x. Nemo quod ſuum eſt querat. et in hoc
eſt multum corruptum genus humanum
quia in naturam verſum eſt hominibus
querere propria commoda et negligere alie
na. Sextum eſt irritatio ſive provoca
tio ad iram. aliqui cum vident domum
proximi igne ire comburi. exemplo illius
ſuam comburunt. cum potius deberent
conari ad eius defenſionem qui val
de fatui ſunt. eccl. vij. Ira in ſinu
ſtulti requieſcit. ſapiens non permittit
eam ibi quieſcere. ſed ſtatim ab ea ſe
expedit. ſicut carbonem de ſinu ſuo
tam cito excuteret ſi in eum exiliiſſet.
Septimum eſt maligna cogitatio ut
que eſt de vindicandis iniuriis. qui iniu
riam ſibi factam cogitat. quaſi ferrum in
vulnere tenet. yſa. i. Auferte malum
cogitationum veſtrarum et c. Octavum eſt
gaudere ſuper iniquitate quod eſt dia
bolicum. et ſignum magne corruptibilitatis
et elongationis a dei ſimilitudine. cui
iniquitas ſumme diſplicet. pro. xxiiij.
Cum ceciderit inimicus tuus ne gau
deas. et eidem xvij. qui in ruina leta
tur alterius non erit impunitus. Item
caritas eſt via excellentior. i. cor. xij.
Adhuc vobis viam excellentiorem
demonſtro. ipſa eſt gratia domini noſtri ihesu
xpisti. ij. cor. ult. Magiſterium eius xpisto
profeſſus eſt. Jo. xv. Hoc eſt preceptum
meum ut diligatis invicem. ea diſ
cipulos ſuos voluit agnoſci. aug.
In caritate dinoſcuntur diſcipuli
xpisti. non in prophetia. fide et aliis. Jo. xiij.

In hoc cognoſcent omnes quod diſcipuli
mei eſtis. ſi dilectionem ad invicem
habueritis. hanc ipſe ſalvator maxi
mam in ſe habuit. Jo. xv. maiorem hac
dilectionem nemo habet quam ut animam ſua
ponat quis pro amicis ſuis. eph. ij. p
nimiam caritatem qua dilexit n
et c. Caritas eſt vinculum quo ſi
deus ligari potuit. Magiſter hugo de
victore. o caritas quam magnum eſt
vinculum tuum. quo et deus ligari
potuit. Si ergo contra deum fortis fu
iſta. multo magis contra homines
valebit. hoc vinculo deus tractus
terram deſcendit. et eſt uſque ad inf
Nullum vinculum eum ad colum
nam tenere potuiſſet. ſi caritatis
vinculum defuiſſet. Nullum fe
in cruce eum detinuiſſet. ni carit
aſtrinxiſſet. Sicut lapis poſitus ab
ſtium monumenti non potuit eum
monumentum detinere amor ſalutis n
et ad columpnam et in cruce eum deti
it. vinculo caritatis ligatus erat
dicebat. gen. xviij. Non celare pote
abraham que geſturus ſum. et eidem
dictum eſt ad loth. feſtina et ſalvare
quia non potero facere quicquam donec
diaris illuc. yſa. lxv. Non eſt qui con
gat et teneat te. caritatis vincul
ſolvi non poteſt. neque igne. neque a
neque gladio. ro. viij. Quis nos ſep
a caritate xpisti. tribulatio an anguſ
et c. et in eodem. Certus ſum quia neque
mors neque vita et c. poterit nos ſep
a caritate dei. hoc eſt vinculum
ea coniunguntur. que in ſe ullis
diſiunguntur. Caritas vinculum
perfectionis. de quo col. v. ſuper omnia
autem hec caritatem habetis. quod e

vinculum pfectois. glo. ambr. magis
studendum est caritati. que maior om
nibz est. Ibi ē dicit glo. qd caritas orā
ligat. ne abeant. Caritas est vinculū
pfectois. ligat enim membra ecce ad in
uicem. z deo. Je. xiij. Adglutinaui m
omnem domum isrl. z omnem domū
iuda. deut. x. Patribz tuis cōglutina
tus est dns. z amauit eos. in hac liga
tione est pfectio ecce. ¶ Jtē caritas eā
in quo est filium dei efficit. ro. viij. Nō
accepistis spm seruitutis itm in timo
re; s accepistis spm adoptionis filiorū
in quo clamamus abba pr. i. jo. iiij. Qui
diligit frēm suum ex deo natus ē. eīd.
iij. Videte qualem caritatē dedit no
bis dns deus pater ut filij dei nōiem.
z simus. ¶ Jtē caritas vnctio est qua
filij dei vnguntur in signum regni
futuri. qui hac vnctione vnusti sūt
docent a deo. sicut salon edoctus est
adiuū. postqm in regem vnctus est.
iij. rg. iij. de hac vnctione legitur. i. jo.
ij. Vos vnctionem hetis a sco. z nostis
omīa. intellige necessa ad salutem. z in
eodem. Vnctio eius docet vos de omibz.
pu. xvi. Diuinatio. i. diuinus sermo ī
labijs eius. in iudicio n errabit os eius.
Jo. xv. dr de spu sco quem ht qui cari
tatem ht. ille vos docebit omīa. z ei
dem vi. Erunt oms docibiles dei. z cā.
xxiij. Vnus est magr vr qui in celis
est. Quod ille qui caritatem ht nō
errat errore piculoso potest ēē verum
duabz de causis. vel qr legem abbreui
atam ht in corde suo. i. caritatem. de
qua aug. lex inquit caritatis super
oms libros est. z Jero. Seleucie. h sūa
ē breuiarū totius iustitie dnico ore
pfertur. vel qr caritas hominem dei

amicum facit. Lex u amicicie req̄rit
ut amici sibi inuicem n negent consi
lium. sicut nec auxilium. vn dz hntem
caritatem n pmittit errare errore pi
culoso. Si ille qd in se fuerit fecerit
ut ueritatem agnoscat. Caritas unc
tio est omnem letalem infirmitatem
sanans. aug. Timor est medicamentū.
caritas sanitas. hui sanatōe attesta
tur bona dispositio gustus interioris.
htīi enim caritatem sapiunt res ut
sape debent. ¶ Jtē caritas vestis nup
tialis est. de qua mt. xxij. Amice quo
huc intrasti n hns vestem nuptialē.
q̄ admirat dns. inueniens aliquē
in ecclia absq veste caritatis. cuius
admirationis quinqz possūt assignari
cause. ¶ Prima ē quod dns tm ex
pendit ut sponsa sua eccla hāc veste
hēet. cum alie vestes fiant. vel de
pilis camelum. vel de corticibz her
bar. vel minoribz animalium. ut serice.
huic vesti voluit dns materiam iniuris
re xp̄i de visceribz suis. cum lateris
sui apertione. amorem suum nob ostē
dit. ut amore eius ad eum traheremur
dum attenderem. b. Clauus penetrans.
clauis reserans. factus est m. ut uideā
uoluntatē dni. quid ni uideam per
foramen. clamat clauus. clamat uul
nus. Idem patet archanū cordis per
foramen corpis. ¶ Scda est qd eccla
sola hac vestem summe placet spon
so suo. Vn vestem inconsutilem que
figura erat huius vestes voluit diuj
di. Jo. xix. licet corpus suum pmiserit
pforari. aug. tunicam hōis ca uide
catorum cruce pendentis. carnifi
ces pilati n sunt ausi concidē. z tu
nicas caritate dei. ymo caritatē

que deus eſt ſepare. Tercia eſt quod
iſtam ueſtem oſtenſura eſt eccleſia. nul
la magna cura & neſcit qua hora ſit
uocanda. math. xxv. Media nocte clamor
factus eſt ecce ſponſus uenit. Ideo ſem
per deberet eſſe parata. math. xxiiii. & uos eſtote
parati & c. Sed ſunt qui tunc primo uo
lunt ordiri hanc ueſtem quando debet ſuc
cidi. yſa. xxxviii. Dum adhuc ordirer
ſuccidit me. Qui deſereres eſt querit
lanam & linum quem cito poteſt. ut hanc
ueſtem poſſit ſibi texere. prou. ulti. Que
ſiuit lanam & linum & c. lana & linum
ſunt beneficia nobis a xpo exhibita ſe
cundum humanitatem & diuinitatem. Quar
ta cauſa eſt quod eccleſia ſcit quod ſi hec ue
ſtis ei defuerit turpitudo eius toti mun
do manifeſtabitur. prou. x. Uniuerſa de
licta operit caritas. apo. xvi. beatus qui
cuſtodit ueſtimenta ſua ne nudus am
bulet. & uideant homines turpitu
dinem eius. Quinta eſt quod eccleſia
ſcit quod non licet alicui intrare reg
num celi. abſque hac ueſte. heſt. iiii.
legitur quod non licebat intrare au
lam aſſueri indutam ſacco. Saccus
eſt timor ſeruilis. cum quo nemo in
trat regnum celorum. Et illo quod cum
ueſtis eſſe ſoleat laudabilis a precioſi
tate materie. & a ſtudio artificis. & a
calore. & a ſuauitate. & a fragrancia
ueſtis. iſta ſimul ex omnibus hiis cau
ſis eſt laudabilis. hec ueſtis per mate
riam habet dei beneficia. immo quodam modo
ex uiſceribus xpi materia eius miniſtra
ta eſt. ut predictum eſt. de ſtudio artifi
cis habemus in ps. Annunciate inter gentes
ſtudia eius. Si deus mille annis ſtu
duiſſet. aliquid modum conuenienti
orem ad accendendum amorem ſuum

in nobis inuenire potuiſſet. Color
uero huius ueſtis purpureus eſt. prou. ulti.
byſſus & purpura indumentum eius. ſua
uitas uero huius ueſtis tanta eſt ut
cerne unctio. i. Io. ii. de odore eius
cant. i. Dum eſſet rex in accubitu ſuo
nardus mea dedit odorem ſuum. Nar
dus herba calida. caritatem ſignificat
cuius odor celos penetrauit. & filium
dei incarnari fecit. Odore huius ueſtis
benedictionem patris celeſtis impetrauit. ge.
xxvii. ſtatimque ut ſenſit ueſtimentorum
fragranciam. benedicens. ait. ecce odor fi
lii mei & c. De odore ueſtium his. can.
iiii. Odor ueſtimentorum tuorum ſicut odor
thuris. Caritas ueſtis nuptialis di
ci poteſt. quia matrimonium quo filius dei
unitus eſt humane nature: ſororem
ſue multum requirit. ut ueſtem
caritatis habeamus. Si enim inimici
que ſumus cotidie inimicos
efficimur. quoniam hoc excellens
nium homines ad amorem dei
deret. Solent fieri ueſtes nuptiales
propter nuptias. Sed nuptie filii dei & hu
mane nature facte ſunt propter hanc ueſtem
caritatem in homine augendam
caritatis omnem turpitudinem operit
i. pe. iiii. Caritas operit multitudinem
peccatorum. Hec ueſtis contra aduerſa munit
quia fortis eſt ut mors dilectio. cant.
Ipſam ornat. Eſt enim ueſtis ſpiritualis
optime ſedens ſuper byſſum
prou. ulti. byſſus & purpura indumentum
Caritas eſt fortitudo & decor. fortitudo
in contrarium munit. decor in contrarium
prou. ulti. fortitudo & decor indumentum
Ipſa eſt ueſtis polimita. uarietate
uirtutum operum diſtincta. ſecundum illud ps. Aſti
tit regina a dextris tuis in ueſtitu de

durato circundata uarietate. Iste cari
tas currus igneus est subleuans uni
cuique hominem in paradisum spiritualem. vt
de helya legitur. iiii. Reg. ii. Ista est iu
gum suaue. de quo legitur math. xi. tollite
inquit iugum meum sup uos etc. Iu
gum .n. meum suaue est. pp sex causas
iugum caritatis suaue est. Primo
ex sui natura. aug. omnia seua et im
mania prius facilia. et prope nulla efficit a
mor. Si sup hoc iugum posset poni po
dus inferni. etc. s. cum amore ipsius
portaretur suaue esset. pp hoc quia caritas
difficilia reddit facilia. comparat aug.
caritatem byge. dicens. quod unum
per se non ueheret. uehit in byga duplicata
tum. gen. xxix. videbantur iacob dies
pauci pro amoris magnitudine. b. anim
que in plumis et sine alis serpendo fer
re non potest honere plumarum et alarum
addito. sine labore eleuatur. Sic pa
nis durus qui per se transire non potest ad
mixto lactis uel alterius liquoris cola
bile sit in gutture. Caritas est uola
re facit homines in uia paradysi. b. qui
amat ardentius currit uelocius, et
peruenit citius. In libro de spiritu et anima dicitur
quod amor est per desiderium currens. at
que per gaudium requiescens. per desideri
um in appetendo. et per gaudium in per
fruendo. caritas etiam est honorum laborum
condimentum. Secundo quia deus subijt
illud iugum. et sup illud tulit hominis
crucis. Zelus enim domini exercituum fa
ciebat hoc. Ideo gloriosissimum et suaue
est esse sub hoc iugo, magna enim gloria
est sequi dominum. ecc. xxiii. b. O iugum
sanguis quam gloriose laqueas. quam
suauiter premis. Tercio quia adhuc
deus uult nobiscum esse sub iugo isto.

maiorem partem portans. non est iugu
nimis iniquum. Et multotiens dicit deus tol
le meum iugum ex una parte et ego tol
lam ex altera, paratus est enim deus
iuuare illos qui amore ipsius diffi
cilia aggrediuntur. Quarto quia ea
que trahuntur ad hoc iugum optima
sunt, Immo etiam preciosiora quia regni
celestis meritoria ut pater ex premissis.
Quinto quia iugum istud a iugo gra
ui liberat. s. a iugo carnis uel mun
di. ysa. x. Computrescet iugum a
facie olei. i. caritatis. que ad modum
olei suauis est. i. cor. vi. Nolite iu
gum ducere cum infidelibus. b. lo
quens de illo uerbo. luc. xiiii. Iuga
boum emi quinque. Infelix in quo
conuincitur homo bestialior. qui iuga
necessitatis quinque sensuum propria subijt
uoluntate. b. Quid caritatem subi
isse arguam magis emisse. nam
ut mercedem pro opere suo quis tri
buat mandatum est. Quid iuga
boum emit cui iugum suaue gratis
offertur. Quid est potius quinque
eligere quam unum. Quis potest ser
uire quinque dominibus. oculus meus
meus depredatus est animam meam.
Sexto quia caritatem habet uoluntatem
suam uoluntati diuine conformat.
Vnde sicut uoluntas dei implebitur. sic
et uoluntas ipsius. et sicut deo cuncta
subiecta sunt. sic et habenti caritatem
quodam modo cuncta sunt subiecta.
aug. in libro de utilitate credendi.
Iugo christi qui subiectus est subiecta
habet cetera. et non laborat quia non resistit
quod subiectum est. Seneca. Vir boni
equo animo sustinebit quicquid illi
acciderit. sciet enim hec accidisse

lege divina. ex qua universa procedunt.
mali non habent pacem, quia deo resistunt.
Job ix. Quis restitit ei et pacem habuit?
Sic placet displicet malis. si aliquando tem
pore licitas sit. tamen displicet eis. Iste
caritas bitumen est quo archa ecclesie bi
tuminata est. gen. vi. absque hoc bitu
mine in periculo esset. aque enim tribu
lationum penetrarent eam. Caritas
et cementum est quo lapides vivi in edi
ficio ecclesie adinvicem connectuntur. sine
hoc cemento ecclesia esset velut acervus la
pidum. non esset ydonea deo ad habitandum
nec contra hostes ecclesie haberet debitam resi
stentiam. Ier. xxvi. Ierusalem in acervum
lapidum erit. caritas est causa unitatis.
quam causa sit unitas ipsius patet ex
hoc quod divisio et opposita deo detesta
biles est. prov. vi. Sex sunt que odit
dominus et septimum detestatur anima eius.
et illud septimum est qui seminat
inter fratres discordias. dyo. in libro de
divinis nominibus. amor est quedam
unitiva et continuativa virtus. supe
ra movens ad inferiorum providentiam
equeformia et equalia in socialem
vicissitudinem et novissima et subiec
ta ad meliorum et suppositorum conversio
nem et confirmationem. amor inter
affectiones anime maxime deo as
similat. B. super cant. Solus est
amor ex omnibus anime motibus et
sensibus in quo potest creatura etsi non
ex equo suo respondere auctori. vel
simili vicissitudinem respondere vicem.
et si minus diligit creatura quoniam mi
nor est. tamen si ex toto se diligit nichil
deest. ubi totum est. eadem verba ha
bentur in libro de spiritu et anima vel solil.
Venit amans super cunctis affectionibus

aliis se tota soli incumbat amori. effun
dens se totam in amorem ipsius, cui
respondere habet in reddendo amorem. Ca
ritas virtus est. cuius altitudo usque
ad altissimum attingit. Sapientiam enim
hominis deo unit. latitudo eius usque
totum mundum se extendit. quia membra
christi que dispersa sunt per mundum uni
onem conivngit. aug. extende caritatem
per totum orbem. si vis christum amare
membra christi per orbem iacent. longitu
do eius opera ceterarum virtutum usque in fi
nem ultimum extendit. profunditas
infimis membris christi serviendo impen
dendo condescendit. secundum doctrinam
christi. Jo. xiii. Si ego lavi pedes vestros
dominus et magister vester. et vos debetis alter
alterius lavare pedes. Et non quod san
cti doctores videntur dicere quod sola cari
tas sit virtus. Ier. Ut breviter inquam
complectar virtutis notionem. virtus
est caritas qua diligitur quod diligen
dum est. et in libro de spiritu et anima sic le
gitur. cum prudenter modeste forti
ter et iuste amor et odium instituuntur
in virtutes exurgunt. prudentiam
scilicet et temperantiam. fortitudinem et
iustitiam. aug. in libro de moribus
ecclesie. Si virtus ad beatam vitam
nos ducit. nichil esse virtutem omni
no affirmaverim nisi summum amorem
dei. namque illud quod quadripartita di
citur virtus ex ipsius amoris vario qu
odam affectu quantum intelligo dicitur. Iam
illas iiii virtutes quarum utinam
ita haberent homines in mentibus vim
ut nomina sunt in ore omnium. Sic
diffinire non dubitem ut temperantia
sit amor. integrum se prebens ei quod
amatur. fortitudo facile tolerans

ꝓpter quod amatur. Justicia soli ama
to seruiens. et ꝓpterea recte dn̄ans. ¶ Pruden
cia amor ea quibus adiuuatur. ab hiis
quibus impeditur. sagaciter seiungens.
sed hunc amorem non cuiuslibet. sed dei esse
diximus. Quare et diffinire licet ut
temperanciam dicamus amorem deo sese
integrum incorruptumque seruantem. for
titudinem amorem omnia ꝓpter deum fa
cile perferentem. Justiciam. amorem deo tan
tum seruientem. et ob hoc bene imperantem cete
risque homini subiecta sunt. prudenciam
autem amorem bene discernentem ea qui
bus adiuuetur ab hiis quibus impediri
possit. Idem in eodem. Nichil aliud est
bene uiuere. quam toto corde tota anima to
ta mente deum diligere. a quo existit ut
incorruptus in eo amor atque integer cu
stodiatur. quod est temperancie. ut nul
lis frangatur incommodis quod est fortitu
dinis. nulli alii seruiat quod est iusticie.
uigilet in discernendis rebus. ne falla
cia paulatim dolo ne subrepat. quod est
prudencie. Possumus autem .iiii. rationes as
signare quare nomen uirtutis caritati po
tuit appropriari. ut ipsa dicatur singula
riter uirtus. Vna causa potuit esse quia caritas inter
uirtutes excellencior est. Ideo antono
masice uirtus dici potuit. sicut roma
anthonomasice urbs dicitur. Alia causa potu
it esse. quia antequam caritas assit nulla
uera uirtus est. Sed si caritas assit. nul
la uirtus deest. quod nulla uera uirtus
assit si caritas desit. patet quia uirtus est
qua bene uiuitur. bene uiuere non est ut
ait aug. bene uiuendo ad beatitudinem uen
dere. quod non est sine amore beatitudinis.
qui amor caritatis est quod nulla uir
tus desit ubi caritas adest. patet quia
amor dignior est affectio anime que si or

dinata sint. alie affectiones. ut timor
dolor et spes inordinate non remanebunt
maxime cum apud amorem sit sum
ma potestas et imperium. in regno anime
et eius sit regnum illud ordinare. appre
hensiones uero non se habent in indebito.
cum affectiones se habent debito modo.
Sunt enim apprehensiones cause af
fectionum. unde amore ordinato simplici
mens ordinata est. Tercia causa potuit
esse. quia amor summi boni quodammodo
ad omnem uirtutem pertinet in quan
tum uirtus comparatur ad finem suum.
licet amor iste sit proprius motus cari
tatis. Sine amore enim summi boni
non est uera uirtus. verbi gratia. Si quis
abstineat ut bursam impleat. uel
ut sanitatem acquirat. uel causa inanis
glorie, non est hoc abstinencie uirtutis.
sed tunc solum quando fit amore summi
boni. Ideo dicitur. math. vi. Tu autem cum ieiu
nas unge caput tuum oleo. secundum glo.
caput tuum. scilicet xpistum ieiunans ungit
oleo caritatis qui pro amore eius se mace
rat. et quod sibi subtrahit aliis largi
tur. Quarta causa potuit esse. quia sicut
aliquis dicitur odire non solum affectu
sed et effectu. secundum quem modum dicitur.
qui diligit iniquitatem odit animam
suam. odit inquam effectu. Sic dicitur aliquis
diligere non solum affectu. sed et effectu
secundum quem modum dicitur. i. Jo. ult. Hec
est caritas dei ut mandata eius custo
diamus. et .ii. Jo. Hec est caritas ut
ambulemus secundum mandata eius. Sic
dilectio dei ad uniuersitatem uirtutum
pertinet. sicut et obseruatio mandatorum
dei. Sic nichil aliud est uirtus quam
id quo deus diligitur. et hec de laudibus
caritatis sufficiant. Sed cum hec non

sufficiunt diligenter studeat in textu canonica Iohannis, de quo dicit Gregorius quod omne quod loquitur igne caritatis vaporatur. Et in epistola eidem .iiii. ad Corinthios. Ubi multa de laudibus virtutis huius invenies.

De amore dei

Post commendationem caritatis agendum est specialiter de amore dei, de quo hoc modo agetur. Primo dicetur de incitamentis divini amoris. Secundo de modo amandi deum. Tercio de diversis speciebus divini amoris. Quarto de signis ipsius. Circa primum notandum quod ad amandum deum incitat sacra scriptura. Incitat et natura. Incitat gracia nobis a deo exhibita, et gloria nobis a deo promissa. Incitat et universa creatura. Scriptura sacra incitat in multis locis. Deuteronomii vi. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo etc. Eiusdem .x. Ama dominum deum tuum etc. Ecc. xiii. Omni vita tua dilige deum. Matthei .xxii. Diliges dominum deum tuum etc. Simile habes Luce .x. et Io. iiii. diligamus deum quoniam ipse prior dilexit nos. ¶ Natura ad idem incitat. Bernardus in libro de diligendo deo. Inexcusabilis est inquit et omnis infidelis, si non diligit dominum deum suum toto corde, tota anima, tota virtute sua. Clamat nempe intus ei innata et ignota sibi iusticia, quod ex toto se illum diligere debeat, cui se totum debere non ignorat. Si naturaliter amat filius patrem, a quo habet partem corporis sui, quanto magis debet amare deum, qui corpus eius et animam ex nichilo fecit. Augustinus. Amandus est creator, si pensandus est creator. Ecc. vii. In tota anima tua dilige eum qui te fecit. Bernardus in sermonibus. Parum non est inquit videre homo cogita[re] qualem te fecit, nempe secundum corpus egregiam creaturam, secundum animam magis insignem ymagine creatoris, rationis participem, beatitudinis eterne capacem. Porro ambo coherere sibi fecit artificio incomprehensibili, sapientia investigabili. Nec ante promeruit qui adhuc non fuit, nec spes retributionis fuit quia bonorum nostrorum non eget. Et non quod multum potest incitare hominem ad amandum deum quod deus eum fecit. Si quis diligenter attendat quantum beneficium fuerit quod corpus ei dedit, quot enim sunt membra in corpore, tot beneficia inveniet magna. Et pro minimo illorum plus deberet homo deum amare quam multi ament eum pro cunctis bonis suis que ab eo receperunt. Si quis amisisset oculum, quantum amaret eum qui sibi illum restitueret, et si quis timuisset amittere eum, quantum amaret illum qui sibi oculum conservaret. Nec minus amandus est qui eum gratuito dedit, et qui datum conservavit cum multotiens utendo eum male eum amittere merueris. Non minus amandus est qui dat cappam novam quam qui inveteratam perditam restituit. Quod dixi de oculo, de ceteris membris cogita. Si non tantum amandus est qui dedit corpus, quantum amandus est qui dedit animam, que in infinitum est melior corpore. Si amisisses usum rationis, quantum amares eum qui illum tibi restitueret, quantum amandus est qui tibi rationem ab initio dedit. ¶ Item si meruisses mortem per separationem anime a corpore, quantum amares eum qui tibi eam remitteret, quanto magis amandus est ille qui mirabiliter corpus et animam coniunxit, et hanc

coniunctione est servavit eum peccando
mortem multotiens meruisse. B. val
de o[ra]c[i]o[n]e m[ihi] amandus est p[er] que[m] sum. vivo.
et sapio. dignus plane est morte. qui te
d[omi]ne ihesu recusat vivere. Idem in libro de
diligendo deo. Ut quid inquit non amaret
opus artificem cum haberet unde id possit.
ce[r]te non c[on]tra eum omnino posset cum nichil
omnino nisi eius munere possit. ad hoc est quod
homo amet amplius factorem suum. fa
cere debet quod deus ad ymaginem et simi
litudinem suam fecit illum. gen. i. Sile
qui similior est patri. solet amplius ama
re patrem. et alii eo plus amari. figura etiam
quam naturalem habet corpus humanum
invitat ad amandum deum. Aug. in libro
de disciplina xpistiana. beluas deus p[ro]
stratas in faciem fecit. pastum querentes
tes de terra. te in duos pedes erexit.
tuam faciem sursum attendere volu
it. non discordet cor tuum a facie tua. non
habeas faciem sursum et cor deorsum. fac
sursum cor ne mentiaris in domo disci
pline. Quid est sursum habere cor. nisi quod
prius est deum. dilige dominum deum tuum
et cetera. Discipline domus est ecclesia xpisti. ut
dicit Aug. in eodem libro. Gratia et nobis
a deo exhibita invitat ad dei amorem et
maxime gratia redemptionis. de qua. ii. Cor.
viii. Scitis gratiam domini nostri ihesu xpisti. quoniam
propter nos egenus factus est cum esset dives.
ut illius inopia vos divites essetis. Gal.
ii. Dilexit me et tradidit semetipsum
pro me. non sum ingratus gratie dei. sic habetur
littera una. eccl. xxix. Gratiam fideiussoris
ne obliviscaris. dedit enim pro te animam su
am. licet multum possit hominem inci
tare ad amandum deum quod ipse eum
fecit. tamen multo amplius debet eum
incitare quod ipse eum refecit. unde B. in
libro de diligendo deo. Infideles se to
tum ei debere non ignorat. quem sibi
totus non ignorat auctorem. Quid ergo
ego qui deum meum teneo. vite mee
non solum gratuitum largitorem. largis
simum amministratorem. pium consola
torem. sollicitum gubernatorem. sed insuper
et copiosissimum redemptorem. eternum
conservatorem. ditatorem. glorificatorem.
Idem in eodem. Infidelem eciam urget et
iusticia naturalis totum se tradere
illi a quo se totum habet. et ex se toto de
bere diligere. nimirum perfecto fides. tanto
plus indicat amandum. quantum et
eum propensius me ipso estimandum intelli
go. quippe qui illum non solum mei
sed sui quoque ipsius teneo largitorem. Idem
in eodem. Si totum me debeo pro me
facto. quid addam pro me refecto. et re
fecto hoc modo. nec enim tam facile re
fectus quam factus. Si quidem non solum
de me. sed de omni quoque quod factum
est. scriptum est. dixit et facta sunt.
at vero qui tantum et semel dicendo fecit.
in reficiendo profecto et dixit multa
et gessit mira. et pertulit dura. nec tamen
dura. sed et indigna. Quid ergo retribuam
domino pro omnibus que retribuit michi. In pri
mo opere me michi dedit. in secundo se. ubi se
dedit me michi reddidit. Datus ergo et red
ditus me pro me debeo. et bis debeo. Quid
deo retribuam pro se. Nam etsi me mi
lies rependere possem. quid sum ego
ad deum. Idem super cant. Super omnia
reddit te amabilem michi bone ihesu. ca
lix quem bibisti opus redemptionis
nostre. Hoc omnino amorem nostrum facile
vendicat totum sibi. hoc inquam est
quod nostram devotionem et blandius
allicit. et iustius exigit. et arctius

stringit. et afficit vehementius. Multum
quippe laboravit in eo salvator. nec
in omni mundi fabrica tantum fatigatus est
auctor assumpsit. In dictis suis susti-
nuit contradictores. in factis obser-
vatores. in tormentis illusores. et in mor-
te exprobratores. Idem loquens de ope-
re redemptionis. quid adhuc inquit dormi-
tat tua affectio. immo non dormitat sed
mortua est. si adhuc non tendet beneficio.
Anselmus in libro meditationum. ecce domine
quia me fecisti. debeo meipsum amori tu-
o totum. quia me redemisti. Debeo me-
ipsum amori tuo totum quia tantum promittis.
Debeo meipsum amori tuo totum. Im-
mo tantum debeo plus quam me ipsum. quanto
tu maior me es. pro quo dedisti teipsum.
Cum ignis non accendatur melius quam
igne. ignis divini amoris quem deus
nobis ostendit in redemptione humani
generis. maxime deberet nos incitare
ad amandum deum. ecclesiastico. Non est in-
quit aliquis omnino non pater. non mater.
non amicus. non alius quispiam. qui ita
nos aliquando dilexit. quemadmodum ipse
qui fecit. B. in sermonibus. o duri et in-
durati et obdurati filii adam. quos non
emollit tanta benignitas. tanta
flamma. tam ingens ardor amoris.
tam vehemens amator. qui pro vilibus
sarcinulis tam preciosas merces ex-
pendit. Ad amandum deum incitat
gloria amantibus deum specialiter promissa et
preparata. i. cor. ii. Oculus non vidit
etc. que preparavit deus hiis qui diligunt
illum. Jac. i. Accipiet coronam vite
quam repromisit deus diligentibus se. mirum est quomodo
amor noster deo evadere poterit. quia si
venales essemus. nullus deo carius emeret.
Dabit enim pro illo regnum eternum.

Si enim ad dandum nullus dignior
est quam deus cum ipse sit summe bonus.
unde nulli potius quam ei debet dari. Si
violentiam requirit. nullus maiorem
violentiam ergo faciet. quam ipse. pe-
tit enim eum quasi gladio exaggerato. Aut
enim eum amabis. aut eterna mor-
te interieris. Mt. Nisi conversi fueritis
amore l. mundi ad amorem dei. gladi-
um suum vibrabit. aug. in l. confes.
Domine quid tibi sum ipse. ut amari te iube-
as a me. et si non hoc faciam irascaris mi-
chi et mineris ingentes miserias. Ad
amandum deum incitant omnis creatu-
ra. aug. x. li. confes. Celum et terra et om-
nia que in eis sunt. ecce undique michi dicunt
ut te amem. nec cessant dicere omnibus
ut sint inexcusabiles. Dupliciter dicunt
creature nobis ut deum amemus. Pri-
mo ostendendo eum dignissimum amo-
re. bonitas enim universitatis crea-
ture ostendit creatorem esse optimum
et ideo amore dignissimum. Secundo quia
ipse sunt dona dei. et beneficia dei ad
incitandum vero aliquem ad amandum
alium. efficacior est donatio quam locutio.
Terrena et celestia fecit deus propter hominem
ut patet ex principio gen. ubi postquam de
creatione hominis locutus est deus
subditur. et presit piscibus maris et vola-
tilibus celi. et bestiis terre. universeque crea-
ture. Et postquam locutus est de lumi-
naribus celi. subditur. et sint in signa et
tempora et dies et annos. et luceant in fir-
mamento celi et illuminent terram.
Cum secundum ligna silve exardescat ignis
eccl. xxviii. magnus deberet esse ignis
divini amoris. quia pro lignis habet
dei beneficia. que sunt creature. De
hiis lignis legitur. levit. vi. Ignis

in altari semper ardebit. quem nutriet sa
cerdos. subiciens ligna mane per singulos
dies. Illos qui non mutrauerunt ad deum amand
um et tantis beneficiis. accusare poterunt
fere que beneficia sentiunt. ut ait Sen.
canes amant benefactores suos. Refert
de quodam leone quem quidam miles a
serpente liberauit quod a milite recedere no
luit. Quid ergo excusationis habebunt qui de
serentes redemptorem suum serpenti infer
nali adheserunt. Si lapides cauantur a
guttis aque assidue cadentibus. quanta exco
municatione habebunt corda dura que non
emolliunt per assidua dei beneficia. Quia
infinite sunt creature quarum unaqueque
sufficeret ad mouendum hominem ad amorem
alterius hominis si eam sibi dedisset. Quomodo ergo
non sufficiunt uniuerse creature ad accen
dendum hominem ad amorem dei. ad aman
dum deum incitare possunt et bona et
mala. de bonis tam ostensum est. que
uniuersa sunt dei dona. De malis non faci
le est idem ostendere. cum sint flagella
patris misericorditer erudientis filios suos. ex
amore paterno procedentia. apo. iii. Ego
quos amo arguo et castigo. heb. xii. quem
diligit deus castigat. Et non solum mala pene
possunt incitare ad dei amorem sed et ma
la culpe. que dei misericordia dissimulat in hiis
qui nondum penitent. ut quandoque peniteant.
uel remittit hiis qui penitent. uel a quibus
custodit eos qui sibi adherent. aug. in
libro de virginitate. Vos inquit in ardore
diligatis. cui diligendo a coniugiorum uin
culis liberi uacatis. Deputate uobis tanquam
dimissum quicquid a uobis non est
illo regente commissum. multo ardentius
debes diligere illum qui quecumque flagi
ciosis ad se conuersis dimisit. in ea te ca
dere non permisit. Quid hoc quod non accept

sisti? cogita omnia peccata sic habenda tam
quam dimittantur. a quibus deus custodit
ne committantur. Noli modicum dilige
re a quo tibi modicum dimissum est.
sed potius multum dilige a quo tibi
multum tributum est. Si enim diligit
cui donatum est ne redderet. quanto ma
gis diligere debet cui donatum est
ut haberet. Et notandum quod causis quatuor
de causis aliquid soleat diligi. scilicet
causa attinentie. uel quia in eo delicie
inueniuntur. uel quia beneficiis tam
datis amari meruit. uel quia bene
ficia ab eo sperantur. hiis quatuor de causis
les amandus est deus. Causa
attinentie cum ipse sit pater. math.
xxiii. Patrem nolite uocare uobis
super terram. unus enim est pater uester
qui in celis est. et qui erat pater fratris
est frater. math. ult. Nunciate fratribus
meis ut eant in galileam. et qui
erat dominus senis est socius. b. loquens
de filio dei incarnato. Non hoc loco
inquit predicatur magnus dominus et
laudabilis nimis. paruulus uero qui
natus est nobis. ipse uoluit nasci
in mundo isto et quasi fieri de terra nostra
ut amabilior esset nobis. Non enim
solent homines amare dominos de terra
aliena. ipse uoluit in similitudinem
hominum fieri. ut hominibus esset amabi
lior. Similitudo enim ad amorem facit
eccl. xiii. Omne animal diligit simile
sibi. ipse humanam naturam diuine
uoluit associari in una persona num
quam ab eo separandam in signum amo
ris ut sic saltem amaremus a quo
agnosceremus nos amari. Deus
et amandus est a nobis. quia in eo sum
me delicie. ps. Delectationes in dextera

tia usque in finem. Iste amandus est
quia beneficiis suis hoc meruit. Bernardus in li-
bro de diligendo deo. multum meruit
deus de nobis. qui et immeritis seipsum
dedit nobis. Quid enim melius seipso
poterat dare vel ipse. Ergo si dei meritum
queritur illud est precipuum. quia ipse prior
dilexit nos. i. Jo. iiii. Dignus plane
qui redametur. presertim si advertatur
quis quos quantum quoque amaverit.
quis enim. sine dubio cui omnis spiritus con-
fitetur. Deus meus es tu. quoniam bonorum
meorum non eges. Vera huius caritas ma-
iestatis. quippe non querentis que sua
sunt. Quibus autem tanta caritas ex-
hibetur. cum adhuc inquit inimi-
ci essemus. reconciliati sumus deo.
dilexit ergo deus et gratis et inimicos.
et quantos. Sic deus dilexit mundum
ait iohannes. ut filium suum unigeni-
tum daret. Sic meruit ille ab im-
piis. summus ab infimis. ab infirmis
omnipotens. Idem in eodem. Ut paucis ex-
pediam est reperta. prior ipse dilexit nos.
tantus. et tantum et gratis. tantil-
los. et tales. Iste amandus est a nobis
propter beneficia que ab eo speramus. de quibus
require in tractatu spei quinta
parte. Item notandum est quod ad
amorem dei incitare nos potest amici-
cie eius utilitas et inimicicie eius
dampnositas. et amici huius fidelitas.
Utilitas quia nichil diligenti deum sensibi-
lius potest. vigeat tibi. Ipse dili-
gentibus se peccata remittit. Luc. vii. Re-
mittuntur ei peccata multa quoniam dilexit mul-
tum. Ipse eos erudit. Eccli. ii. Diligite
deum et illuminabuntur corda vestra. Gregorius.
Interdum compunctionis ardore tante
subtilitatis est vis amoris. ut hec
nec ipse animus possit comprehendere qui
hanc illuminationem meruit habere. Ipse eos cu-
stodit. Ps. Custodit dominus omnes diligentes se.
Ipse eos ad suavitatem sue contemplationis
etiam in presenti admittit. Gregorius in moralibus.
Si aliquis ad contemplationis studium
properat. semet ipsum prius subtiliter in-
terroget. quantum amat. machina quip-
pe mentis est vis amoris. que hanc
a mundo extrahit in alta sustollit.
Utilitas huius amici sicut et utilitas
aliorum amicorum. in necessitate apparet.
ut in infirmitate a qua ipse potest libe-
rare. cum alii amici non possunt. et in
morte. quando alii amici deficiunt deserunt
et amicus iste eum suscipit. Ps. In vo-
luntate tua deduxisti me et cum gloria
suscepisti me. et in iudicio ubi non habet
amicum. cui deus erit inimicus. Eccli.
Fatuo non erit amicus. omnia sunt ami-
ca ei. cui deus est amicus. quoniam diligentibus
deum omnia cooperantur in bonum. Ro. viii. Inimicicie
dei dampnositas. incitare potest ad
amandum deum. omnia enim sunt ini-
mici dei. et ipsimet sunt sibi ini-
mici. In ps. Qui diligit iniquitatem
odit animam suam. In futuro vero magis
apparebunt hee inimicicie. quando pu-
gnabit orbis terrarum contra insensatos.
Sap. v. Gregorius. Offenso creatore. omnis crea-
tura dampnatum habet odio. Ipsimet si
possent. vellent se non esse. Ipsi et si
tamen amaverunt peccatores in presenti
letabuntur cum viderint vindictam. Fi-
delitas et huius amici ad idem potest
incitare. Eccli. vi. Amico fideli nulla
comparatio. et non est digna ponderatio auri et ar-
Alii amici quadrupliciter inveniuntur
infideles. Primo quia aliquem non amant
licet amentur. Sed non sic est de amico

prov. viii. Ego diligentes me diligo. et Jo.
xiiii. qui diligit me diligetur a patre
meo, et ego diligam eum. Secundo quia tempore
adversitatis desinunt amare. eccli. vi.
est amicus secundum tempus suum. et non perma-
nebit in tempore tribulationis. Sed non sic in a-
mico isto. prov. xvii. omni tempore diligit. qui
amicus est. xpc. scilicet et sic in angustiis com-
probatur. Tercio quia qui amant mundum
amici sunt mortuorum. spoliantes eos bo-
nis suis. eccli. vi. est amicus qui convertitur
ad inimicicias. Amicus vero iste in morte
specialiter ostendit se esse amicum. Spiritum
enim qui de habitaculo corporis exit in
celeste habitaculum recipit. Quarto
quia amici patris inimici sunt filiorum.
Sed amicus iste propter patrem filios amat.
quosque usque in decimam generationem.
exo. xx. Ego sum dominus deus tuus et cetera.
faciens misericordiam in milia. hys qui dili-
gunt me. et ut breviter dicam. Ve est
qui deum debito modo amat. et ve illi qui
cum debito modo non amet. aug. iiii. lib.
confess. Beatus qui amat te. et amicum in
te. et inimicum propter te. solus enim nullum
carum amittit. cui omnes in illo cari
sunt. qui non amittitur. te nemo amit-
tit. nisi qui dimittit. Ysidorus. hec omnia bo-
na sunt. Sed ve tibi si amaveris condi-
ta et deserueris conditorem. Ysidorus viii.
libro de caritate. cum alia non amentur
nisi quia bona sunt. pudeat eos inherendo
non amare bonum ipsum unde bona sunt.

De hys que valent ad hoc ut aliquis ametur a deo.

Dicto de hys que
possunt hominem incitare ut deum
amet. dicendum est de hys que faci-
unt ad hoc ut aliquis ametur a deo.
Septem vero sunt que ad hoc valere
possunt. Primum est sapientia. sap. vii. Sa-
pientia infinitus thesaurus est hominibus.
quo qui usi sunt participes facti sunt
amicicie dei. et in eodem. Neminem
diligit deus nisi eum qui cum sapientia inhabi-
tat. novit dominus quod de amicicia stultorum
dampnum provenit et dedecus. ideo non
vult habere amiciciam cum stultis.
prov. xiiii. acceptus est regi minister
intelligens. Secundum est mundicia
que effectus est sapientie. et iac. iii. Que
desursum est sapientia primum quidem
pudica est. id est pudicum faciens. propter
mundiciam vocatus est iohannes discipulus
quem diligebat ihesus. Jo. ult. prov. xxii.
Qui diligit cordis mundiciam propter
graciam labiorum suorum amicum habebit
regem. cant. ii. Dilectus meus mihi
et ego illi. qui pascitur inter lilia. puri-
tate enim delectatur. sap. vi. Incorrup-
tio facit proximum esse deo. Tercium
est mansuetudo que multum assimilat
deo. cuius bonitatem aliquis malicia
non perturbat. et ideo deo amabilem facit
propter mansuetudinem. moyses qui erat
mansuetissimus super omnes homines qui
morabantur super terram. Num. xii. Specia-
liter amicus dei fuit. exo. xxxiii. Dilec-
tus deo et hominibus moyses. Quartum
est liberalitas que multum assimilat
deo qui ex liberalitate fecit quicquid
fecit. creaturas rationales ut eis daret et
alias creaturas ut eas daret. Sen.
Qui dat beneficia deum imitatur. maxime
vero eum imitatur qui dat pauperibus. bar-
laam. deum maxime imitabitur qui
nichil iudicaverit quam misereri. prop-
terea liberalitas que ratione similitudinis
hominem reddit deo amabilem. ii. cor. ix.
Hilarem datorem diligit deus. Quin-
tum est humilitas. propter quam deus fuit

ur' sedm cor dei. i. Reg. xiii. et ca. xx. In sig
num amoris quem h't d's ad humiles.
amplexus est paruulum et benedixit se
minum. xxv. gen. vocatur amantissimus
dni. deut. xxxiii. Sextum est dilectio.
Diligit enim dns eos qui se diligunt.
alioquin eet infideles. b. in epl'is. Ne
mo se amari diffidit qui iam amat.
libenter dei amor nrm quem preuenit
sub sequitur. Nam quos reamare pige
bit quos amauit. ne dum amauit.
Septimu est tpalium contemptus. ca.
xx. Si uis pfcus ee et c. uni' in dilec
tione dei. 3 eu. Nemo dignus deo qui o
pes n contempserit. tpalia amata i
quinant. iuxta illum. b. Ideo amator
palia amans. qr inquinata indig
na est dei amore. aug. in libro solilo
quior. Si alicuius pulchre femine
amore flagrares. iure se tibi n daret.
si aliud. aliquid preter se. ama
ri compisset. sic qui in bonis conte
ptibilibus amorem suum ponit. dei
amore est indignus. De modo amandi
5 Sequitur de modo amandi deum.
deum. Modus aute diligendi dm
est sine modo diligere. Vt ait b. in libro de
diligendo deo. Id ad fres de monte dei.
In dilectione dei nob alia fo. nam alia dil
rectio est. n ita sicut ille eu dilexisset
nos. in finem dilexit nos sic si fieri
pot nos in infinitum diligamus
eum. sicut b's uir qui in mandatis
eius cupit nimis. Et cum nullum fi
nem uel terminum h're debeat deuo
tio amantis. cum terminos suos et
fines et regulas h're debet actio ope
rantis. Idem et ostendit modu ama
di deum et ut amemus eum quantu
possumus. dicens ita. Deus meus
adiutor meus. diligam te p dono tuo.
et modo meo. minus quidem iusto sz pl
ne n minus posse meo. qui et quantu
debeo n possum. n possum tn ultra
quam possum. potero n plus cum pl
donare dignaberis. numquam tn p
dignus haberis. Modus et amandi
deum ostenditur. deut. vi. hys verbis.
Diliges dnm deum tuum ex toto cor
de tuo et ex tota anima tua. et ex
fortitudine tua. Et ca. xxii. Dilig.
dnm dm tuum ex toto corde tuo. et
tota anima tua. et in tota mente
verba. deut. uidentur ptinere ad illa
tres uires anime que sunt. Ras
nalis. vis concupiscibilis. et irascibili
fortitudo enim que tercio loco po
ad irascibilem ptinet. Verba a m
uidentur ptinere ad illas tres uires
sunt intellectus. uoluntas et memor
Vn mens eni est memorare in lo
ponitur. lucas n. x. Vtrumq uide
tangere dicens. Diliges dnm deu
um ex toto corde tuo et ex tota ani
et ex omnibus uiribus tuis. et ex omi m
tua. et accipies idem p hoc quod
in deut. ex tota fortitudine. Et
dum quod sedm greg. ista uerba ex
to corde et c. ad intellectum p
sedm aug. totalitas ista alter
prenda est. p ut competit statu
tre. aliter put competit statu
Sedm quod competit statum p
attenditur in hoc totalitas ista q
omis motus anime ad dm refer
et sic non impletur in uia p
n forsitan ad tpc breue. a uiris
tissimus. tn sedm aug. ideo pr
qr n recte currit. si quo curren
est nesciatur. Quo autem

si nullis preceptis ostenderet̃. et in pcep
to affirmatiuo potuit pcepi. quod non
potuit in uita impleri. qr pcepto affir
matiuo n̄ obligatur quis ut illud īple
at semp. s3 ut impleat illud loco et tp̄e.
similiter n̄ preceptum negatiuū potuit
ee simile huic. illud enim obligat ut se
impleat̃. et ideo nullo hominem faceret
transgressorem. B. mandata impossibilia
n̄ facerent transgressores homines s3 hu̇mi
les. Sedm̄ n̄ quod competit statui me
rendas. ista in hoc attenditur qd̄ nul
lus motus sit in anima amori dei con
trarius. nec aliquid preter dm̄. ppt se
ametur. Ad primum ptinet illa expo
sitio aug. toto corde. i. intellectu sine er
rore. tota anima. i. uoluntate sine
contradictione. tota mente. i. memoria
sine obliuione. Ad sedm̄ ptinet quod
dicit aug. in li. i. de doctrina xp̄iana.
cum ait. toto corde. tota anima. tota
mente. nullam uite nr̄e ptem reliqt.
que uacare debeat. et q̄si locum dare.
ut alia re uelit frui. s3 quicqd aliud
diligendum uenerit in animum. illuc
rapiatur. quo totus dilectionis impetus
currit. frui ē amore inherere alicui
rei ꝓꝑ se ipsam. ut ait aug. Idem aug. i
libro soliloquiorum. Ego nō puto illarum
rerum uocandam cupiditatē. que ꝓꝑ
aliud requiruntur. Idem in eodē. Iā cer
te ostendisti. nichil aliud me amare
q̄m sapiam. Siquidem quod n̄ ppt se
amatur. n̄ amatur. ego aū. solam ppt
se amo sapiam. cetera n̄ uel adesse mi
hi uolo uel deesse timeo. ꝓꝑ ipsam. loquitur
de sapia increata. ec totalitatem sine
ptitione amoris diuini. Solus ille a
mor est quo amatur aliquid ꝓꝑ deum.
n̄ ꝓꝑ dm̄. aug. x. li. confes. Dn̄e minus
te amat. qui tecum aliquid amat q
n̄ ꝓꝑ te amat. modus g amandi dm̄
est. ut ipse ametur sup omnia et ꝓꝑ se.
sedm̄ b. n̄ sic exponitur. uerbum prius
positum. Diliges et c. toto corde. i. sa
pienter. tota anima. i. dulciter. tota ui
rtute. i. fortiter. uel pseuerant̃. Idem.
Disce xp̄iane a xp̄o. quemadmodum di
ligas xp̄m. disce amare dulciter ne
prudenter. ne decepti. fortit̃ ne op
pressi. ab amore dn̄i auertamur. Idem
nō abducti blandiciis nec seducti falla
ciis. nec iniuriis frangi. toto corde to
ta anima. tota uirtute. diligere est.
Idem exponens quid sit amare dulcit̃
sapienter et fortiter. Dulciter inqt
amat. qui xp̄o passo compatitur. com
pungitur. et mouetur. Sapienter amat
qui ab excessu sensus puritate nulla
deuiat. ubilitudine et qui discretio
nis metam nulla supstitione uel le
uitate. uel sp̄o feruentiores uehem
tia deserit. amor fortis ē. cum nec il
la ui laborum uel tormentorum. uel ē metu
mortis iustitia deseritur. Ille toto
corde dm̄ diligit. qui solam uoluptatē
in solo deo querit. In corde enī mag
nanimitas ptinens ad uim irascibi
lem ptinet intelligitur. anima n̄ pot
referri ad concupiscibilem. cui ē uelle.
mens n̄ cui est meditari. ad rōnabilē.
totus g hiis tribus uiribus aliquis dm̄
amat. cum uis rōnabilis a solo deo
illustrari desiderat. et ab eo solo se posse
sapientē fieri credit. et cum uis con
cupiscibilis reputat dm̄ gaudium
suum et in illo solo gaudere querit. et
cum uis irascibilis in illo solo gl̃ari
desiderat aliam gl̃am contempnens.
Item illo quod toto corde sine intellectu

deum amat. qui intellectum suum in obseq
uium xpi captiuat. et qui studium xpo dat.
et ad uisionem dei toto desiderio ante
lat. De primo legitur .ij. cor .x. In
captiuitatem redigentes omnem in
tellectum. in obsequium xpi. Et notan
dum quod quadruplex debet ee captiua
tio intellectus nri. Prima. ut in hiis que
sunt fidei deo obediamus. hylari. Soli
deo de se credendum est. qui se solus
nouit. Secunda ut male de nobis et bene
de primo sentiamus. Bern. quod homines
libenter faciunt de aliis de te apud
te male existima. Tercia. ut sensum
superioris nri sensui nro preferamus.
quod maxime faciendum est in reli
gione. B. lignum in paradiso scientie
boni et mali censura discretionis
est in conuersatione religionis penes
patrem spiritualem qui diiudicat omnia
ipse a nemine iudicatur. ipsius est
discernere aliorum obedire. Quarta
ut circa nosmet ipsos intendentes. ab
aliis oculos auertamus. B. temet
ipsum sollicite custodi. ut temet ipsum
custodias. ab omnibus oculos auerte.
Xpo studium suum dat. qui ea que
bus adiuuamur in deum. ab eis qui
bus impedimur sagaciter secernit.
quod est prudentie. ut dicit aug.
Item qui doctrinam xpi nescien
tem fastidit. B. Si disputes aut
conferas non sapit mi. nisi sonuerit
ibi ihc. Item qui in creaturis de
um intelligit. aug. Ve illis qui di
ligunt nutus tuos pro te. nutus
tui sunt omnes creaturarum decus.
Tota anima siue tota uoluntate
amat. qui perfecte obedit. quem neo
timor mali desiderii transitorii ex

terret. nec amor boni transitorii ab
obedientia retrahit. Tota mente seu
memoria diligit. qui ea que deo displi
cent. et ab amore eius impediunt.
obliuioni tradit. ut sunt iniurie
nobis illate. que dum recogitan
tur quasi ferrum in uulnere quod ui
neris sanationem impedit. Item
qui ea que ad dei honorem pertinent
ad salutem animarum memorie com
git. in quem magnus amor dei de
lio quem de deo diu cogitare non fuit
sicut solet accidere carne amantibus
qui non possunt obliuisci id quod amant
B. sup cant. O amor impetuose qui
preter te aliud cogitare non sinis ...
uult hic amorem cordis nri. prou
.xxiij. Prebe fili mi cor tuum ...
uit. ut Omnis adeps dni erit in
...petuo. aug. In sermone totum ...
te qui te fecit. Et noli tristis esse ...
nichil unde gaudeas. remanet ...
ex hoc enim diliges te. quod diligis
deum ex toto te. nec mirum si deus
uelit hic cor integrum cum sufficiat
ad illud implere. Et notandum
quod amor dei debet ee rectus ...
us et letus. desideriis plenus ...
ut deus propter se ametur non propter temporalia
aug. xv. li. de ciuitate dei. boni ...
utuntur mundo ut fruantur ...
mali autem econtra. ut fruantur mun
do uolunt uti deo. Aug. uti est id quod
in usum uenerit. referre ad optinen
dum illud quo fruendum est. alias
abusus est. non uti. amor quo aliquis
amat dnm propter temporalia. contumelio
sus est deo. temporalia enim preferunt
propter quod enim unumquodque amatur
illud magis amatur. Item ...

amor meretricis. meretrix enim ama
torem suum depauperatum abicit. Je.
iij. Quomodo si contempnat mulier a
matorem suum. sic contempsit me
domus israel. hoc accidet tempore antix
qui xpo erit oppositus pauperes. spoliabuntur. in.
qui ei adherebunt. amor tales esse ca
nunt. Canis enim os nudatum car
ne deserit. Strenuus debet esse. poeta.
Amor odit inhertes. Item milicie spes
amor est. discedite segnes. Non sunt
hec timidis signa ferenda viris. Item au
daciam facebat amor. Item vel certe
est quod non effreno captus amore au
ferre leuis debet esse. et dum tolerat du
ra pro eo quem amat. act. v. Ibant apostoli
gaudentes a conspectu concilii. quoniam
digni habiti sunt pro nomine ihesu con
tumeliam pati. Est desideriis plenus.
cum enim amor ignis sit. scintille
desideriorum ex ipso emicant. Dan. ix.
vir desideriorum es. ysa. xxvi. Anima mea
desiderabit te in nocte. Ps. Sitiuit
anima mea ad deum fontem viuum.
b. sup cant. Anima amans fertur
votis desideriis trahitur. Item a
mor fecundus est. poeta. facundum
faciebat amor. phs. verborum habun
danciam infinitam affectio. amans
sui ipsius obliuiscitur. aug. de verbis
dni. Oblita est anima seipsam. sed
amando mundum nunc obliuiscitur
se. sed amando artificem mundi. Item
amans dolores corporis non sentit.
b. Non mirum si exul a corpore dolores
corporis non sentiat. in hoc facit stupor
sed amor. Submittit enim sensus
non amittit. nec deest dolor. sed contem
pnitur. Item amor dignitates
est nescius. b. in l. de consideratione

Amor dominum nescit. agnoscit autem
filium et in insulis. Ideo super cant.
Anima amans maiestati oculos
claudit. aperit voluptati. Id. loquens
de anima ardenter amante. propterea
debriatur amore ut maiestatem non
cogitet. Qui enim respicit terram
et facit eam tremere. et ista se ab eo
postulat osculari. ebria ne est ebria
prorsus. Item amor omnia vincit. b. sup
cant. Preceps amor non iudicium
prestolatur. nec concilio temperatur.
nec pudore frenatur. nec roni subi
citur. Item quid violentius triu
mphat de deo quam amor. quid tamen tam
violentum quam amor. Quod ista
vis queso tam violenta ad victori
am. tam victa ad violentiam.
Gilebertus sup cant. Magna est et
violenta vis caritatis ipsum affectum
dei attingens et penetrans. et ve
lut sagitta iecur eius transfigens.
cant. iiij. Vulnerasti cor meum so
ror mea sponsa. de speciebus diuini a 5
Sequitur de speciebus diuini moris.
amoris. Notandum est quod qua
druplex est amor dei. Primus est na
turalis quo amore omnes amant deum.
et boni et mali. aug. in l. soliloquiorum.
Deus quem amat omne quod amare potest
siue sciens. siue nesciens. Secundus est
amor quo aliquis amat deum. eo quod
agnoscit eum sibi necessarium. ut in ps.
Diligam te domine fortitudo mea dominus
firmamentum meum et cetera. Tercius
est amor quo aliquis deum amat
propter delicias que in eo sunt. Sap. viij.
et amator factus sum forme illius.
Quartus est amor amicicie. quo
aliquis amat deum. eo quod degustauit

sit amore. qui amor pure est gratuitus.
B. super cant. amat caste que ipsum quem
amat querit. non aliud quicquam ipsius.
Idem super cant. Amor per se sufficit. is
per se placet. et propter se. ipse meritum. ipse
premium est sibi. tres ultimas
species amoris uidetur tangere. B.
in libro de diligendo deo. hys uerbis.
Natura ita condita fuit. ut hanc
iugiter necessarium protectorem quem
habuit et conditorem. ut que nisi per
ipsum non ualuit esse. sine ipso. nec ua-
leat subsistere. quod sane ne de se
creatura ignoret. et sibi quod absit
abroget beneficia creatoris. uult
hominem idem conditor tribulati-
onibus exerceri. ut cum defecerit
homo et subuenerit deus. Deus ab
homine ut dignum est honoretur.
hoc enim dicit. Inuoca me in die
tribulationis eruam te et honori-
ficabis me. fit itaque hoc modo. ut qui
preter se neminem diligere nouerat.
et deum uel propter se diligere incipi-
at. qui in ipso nimirum. ut sepe ex-
pertus omnia possit. que posse prosit.
et sine ipso possit nichil. amat ergo
deum. sed propter se non propter ipsum. ac si fre-
quens ingruerit necessitas. ob quam et
frequens ad deum fiat conuersio et a
deo frequens liberatio consequatur.
Nonne et si fuerit ferreum pectus
uel cor lapideum per totiens liberatoris
molliri necesse est ad gratiam liberantis.
quatinus homo deum diligat non propter
se tantum. sed propter ipsum. ex occasione quippe
frequentium necessitatum. crebris
necesse est interpellationibus deum ab homine
frequentari. frequentando gustari.
gustando probare quam suauis est dominus.

ita fit. ut diligendo pure deum. plus ia-
m ipsius alliciat gustata suauitas. quam
urgeat iam necessitas. Suauitatem po-
tes intelligere. uel eius delectabilita-
tem. uel benignitatem.

De signis diuini amoris

Sequitur de signis diuini amoris.
Notandum ergo quod x. sunt signa qui-
bus deprehendi potest utrum aliquis amet
deum. Primum est cum aliquis li-
benter cogitat de deo. Ubi enim amor
ibi oculus. Unde super illud Io. xx. Domine si
tu sustulisti eum dicito mihi ubi posuisti
eum. Dicit glo. Non dicit quem. quia
in animo agere solet. uis amoris ut
quem semper cogitat nullum alium
ignorare credat. Sap. vi. Cogitare de
illa. sensus est consummatus. loquitur
de sapientia increata. Secundum est cum
aliquis est libenter in domo dei.
Ut dicitur de anna quod non discedebat de
templo que meruit uidere presenta-
tionem domini in templo. Et xpistus cum esset annorum
xii. annorum remansit in templo.
Luc. ii. Qui matri sue et ioseph dicit.
Nesciebatis quia in hys que patris mei sunt
oportet me esse. Et super illud. Mt. xxi. Intra-
uit ihesus in templum. dicit glo. Ingressus
urbem. primo templum adyt. dans for-
mam religionis. ut quocumque in-
trauerint dominum orationis si ibi est adeant.
Et lucas. proprium erat boni filii ue-
niens primo ad domum currere pa-
tris. tu ergo imitator xpisti factus. cum
aliquam ingressus fueris ciuitatem. pri-
mo ante omnem actum ad ecclesiam cur-
ras. Tercium est cum quis de deo
uel cum deo libenter loquitur. de quo
exemplum habemus in magdalena. que
dilexit multum. cuius uerba scri-
buntur in euangelio. uel de deo uel cum deo

vnum h3. Jo. xi. Dn̄e inquit si fuisses hic
frater meus n̄ fuisset mortuus. alia ta
habes Jo. penult. Tulerunt inquit dn̄m
meum ⁊ nescio ubi posuerunt eũ ⁊ pau
lo post. Dn̄e si tu sustulisti eum dicito m̄
⁊ ego eum tollam. ⁊ tũm uenit maria
magdal. annuntians discipulis q̄ȝ uide
dnm. ⁊ hec dixit m̄. ī. pe. iiij. Si quis
loquitur q̄si sermones dei. ⁊ sup illd. Ro.
viij. Quis nos separabit a caritate xp̄i.
dicit ceis. hic amantium mos est ut a
morem suum silentio tegere nequeant
s; necessitate ⁊ caris suis efferunt ⁊ pdunt.
q̄ flammas suas infra pectus suum co
hibere n̄o possunt. enarrant frequenti
ut ipa assiduitate narrandi solacium
amoris sui capiant. ⁊ refrigeria nimi
sui ardoris assumant. sic g̊ facit hic
beatissim̄ amator xp̄i. Quartum
est cum quis libenter dnm audit. ⁊ au
dita ab eo retinet memoriter. luc. ij.
maria conseruabat omnia uerba hec co
ferens in corde suo. eidem. x. Magdalena
sedens secus pedes dn̄i audiebat uerbũ
illius. Jo. xiiij. Qui h̄t mandata mea
⁊ seruat ea. ille est qui diligit me.
Quintũ est cum quis libenter dat p
deo. cant. vlt. Si dederit homo om
nem substam p dilectione q̄si nichil des
piciet eam. ⁊ luc. vij. dicit dn̄s de ma
gdalena. post beneficia eius enumata.
Dimittunt̃ ei pc̄ca multa q̄m dilexit
multum. ī. Jo. iij. Qui hũerit substam
mundi huius ⁊ uiderit frem̄ suum ne
cessitatem hr̄e ⁊ clauserit uiscera sua
ab eo. q̄mo caritas dei manet in eo.
Sextum est cum aliquis p deo libent̃
patitur. eccl. ij. In igne pbatur aurum
⁊ argentum. homines aũ receptibiles
in camino humiliationis. Jo. xviij. Ca

licem quem dedit m̄ pater non uis
ut bibam illum. gg. in prima pre
mor. pena quippe interrogat. si quis
quis ueraciter amat. Septimũ
est cum mandatis dei aliquis obedit.
ī. Jo. v. hec est caritas dei ut mandata
eius custodiam̃. Jt. ij. Jo. hec est ca
ritas ut ambulemus scdm mandata
eius. Jo. xiiij. Si quis diligit me ser
monem meum seruabit. Spaliter
signum diuini amoris est. si quis ser
uat illud mandatum q̄d saluator spalit̃
dicit suum. Jo. xv. hoc est p̄ceptum me
um ut diligatis inuicem. ī. Jo. iiij. h̄
mandatum h̄us a deo ut qui diligit
dnm diligat ⁊ frem̄ suum. maxime a
mor pauperum. signum est diuini amo
ris. Ille enim n̄ amatur p̄p deum sed
p̄p se. pu̇. xix. A paupe ⁊ amici quos
hũit separantur. In eodem. fres hois
pauperis oderunt eum ⁊ amici procul
recesserunt ab eo. Octauũ est cum
quis amat que deo placent ⁊ odit q̄
deo displicent. Ad primum monem̄
exemplo xp̄i. m̄. xij. Quicumq; fecerit
uoluntatem pr̄is mei qui in celis ē
ille meus frater ⁊ soror ⁊ mater est.
Ad scdm exemplo d̄. Iniquos odio hũi.
Idem. Nonne qui oderunt te dn̄e ode
ram. ⁊ sup inimicos tuos tabescebā.
⁊ c̄. Idem. defectio tenuit me p pccori
b; ⁊ c̄. Item uidi p̄uaricantes et
tabescebam. qui͠ bꝫ sup hi inmacu
lati. Si es qui n̄ relinquit parentē
p̄p nomen dei n̄ est deo dignus. q̄mo
magis qui diligit eius inimicos
acceptus deo ēē n̄o poterit. Jero. ī
eplā. Nationes aduersariorũ in mor
tali odio psequũtur. blasphemantib;
dnm clementem porrigimus manum.

Ambr. in exameron. Quid nos dignum nostro referemus creatori cuius cibo vescimur, et dissimulamus iniurias? ¶ Nonum est cum quis frigescit a sollicitudine et amore mundi. Greg. Tanto frigescit quis a curis secularibus quanto surgit ardentius in amorem dei. Idem. Iacob qui angelum tenuit, uno mox pede claudicavit, quia qui vero amore sublimia respicit, iam in hunc mundum duplicibus desideriis incedere nescit. ¶ Decimum est cum quis magnum honorem exhibet ministris dei sicut qui eos spernit, dominum spernit. Luc. x. Sic qui eos honorat dominum honorat. Eccli. vii. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, et ministros eius ne derelinquas. Honora dominum ex tota anima tua, et honorifica sacerdotes.

De amore proximi.

8 Dicto de amore dei dicendum est de amore proximi, et nota quod licet debeamus amare deum et nos et proximum, cum non habemus speciale preceptum de amore nostri, nec specialis tractatus erit hic de amore illo eo quod amare deum sit amare seipsum. Unde Aug. Ille solus se novit diligere qui deum diligit. Siquidem ille se satis diligit qui sedulo agit ut summo et vero fruatur bono, quod si nichil aliud est quam deus, quis cunctari potest quin sese amet qui amator est dei. ¶ Item Aug. Cum illa dilectione quam deus imperat debeat homo diligere deum et seipsum et proximum, non tamen ex hoc tria precepta data sunt, ut intelligatur nullam aliam esse dilectionem, qua quilibet diligit seipsum, nisi quod diligit deum. Qui vero aliter diligit se, potius se odisse dicendus est. De amore vero proximi hic indicetur. Primo dicetur de illis que possunt incitare ad hoc ut amemus proximum. Secundo de hiis que possunt valere ad hoc ut amemur a proximo. Tercio de modo amandi eum. Quarto de diversis speciebus huius amoris.

De incitantibus ad amorem proximi.

Circa primum nota quod ad amandum proximum primo potest nos invitare sacra scriptura que totiens ad hoc monet. Levit. xix. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Et in eodem: Diligens advenam quasi vosmetipsos. Deut. x. Amate peregrinos. Matth. xxii. et Luc. x. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Io. xiii. Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem. ¶ Item hoc mando vobis ut diligatis invicem. Io. xv. i. Io. iii. Karissimi diligamus nos invicem. Et specialiter illa scriptura deberet ad hoc invitare que ostendit preceptum de dilectione proximi specialiter esse preceptum salvatoris. Io. xv. Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem. Et legitur in vita beati Iohannis evangeliste quod cum devenisset ad ultimam senectutem et vix inter discipulorum manus ad ecclesiam deferretur, nec posset plura dicere verba, ad quamlibet pausam hoc dicebat: Filioli diligite alterutrum. Tandem discipuli et fratres qui aderant audientes quod eadem verba semper diceret, dixerunt: Magister quare semper hoc loqueris? Qui respondit: quia preceptum domini est, et si solum fiat sufficit. Hoc preceptum est lucidum et breve, facile et leve. Tale siquidem debuit esse preceptum optimi preceptoris, dignum enim est optimum optima adducere. Lucidum debuit esse ne quis diceret: Non mihi licuit intelligere. Breve ne quis diceret: non vacat intelligere. Lucidum decuit esse preceptum eius qui erat lux vera. Io. i. In Ps. Preceptum domini lucidum illuminans oculos. Decuit verbum eternum in incarnatione abbreviatum abbreviare legem. Decuit et utile esse preceptum illius qui ad hoc venerat ut se totum in utilitatem

nostram expenderet. Io. O mirandam dei
dementiam, o ineffabilem dei benignitatem,
premium nobis pollicetur, si nos mutuo di
ligamus. et si nobis ea prestemus invicem
quibus invicem indigemus. et nos supplo
simul et ingrato animo venturum. cuius
impletum facillimum est. Decet et esse leve
preceptum benignissimum domini. Mt. xi. Iugum
meum suave est et honus meum leve. Ve
re leve est hoc preceptum. cum a quolibet
possit impleri. a paupere et a divite. ab
infirmo et sano. Non est necesse ire o vel
Iones. vel ire ultra mare. ubi hoc pre
ceptum impleatur. Deut. xxx. Mandatum
hoc quod ego precipio tibi hodie non supra te
est. neque procul positum et cetera. sed iuxta te
est sermo. vade in ore tuo. et in corde
tuo ut facias illum. Decebat precep
tum eius qui venerat legem implere.
esse legis plenitudinem. plenitudo autem le
gis est dilectio. Ro. xiii. ¶ Secundo potest
incitare ad amorem proximi. amor quem
videmus inter animalia irrationabilia eiusdem
speciei. Eccl. xiii. Omne animal diligit simile
sibi. et post. omnis caro ad similem sui con
iungetur. lupus et leo et serpens non
exercent illam ferocitatem in animalia
que sunt sue speciei. quam exercent in alia.
quid dicendum est de homine qui dese
vit in alium hominem. nisi quod ferocior
est lupo. leone et serpente. et ipsa aqua
que naturaliter habet pugnam cum igne.
pacem habet cum alia aqua. que est eiusdem
speciei cum ea. ¶ Tercio fraternitas naturalis
que est inter omnes homines. Aug. in libro
de disciplina christiana. Si putamus non
esse proximos nisi qui de eisdem parentibus
nascuntur. adam et evam attendamus.
et omnes fratres sumus. Idem. xii. li. de civi
tate dei. Nichil tam discordiosum vitio.

tam sociale natura quam genus humanum.
propterea deus voluit creare parentem unum.
de quo multitudo propagaretur. ut hac ad
monitione et in multis concors unitas
servaretur. Quod autem illi femina ex eius latere
facta est. et hinc satis significatum est. quam
cara mariti et uxoris debeat esse coniunc
tio. Mal. ii. Numquid non pater unus est
omnium nostrum. numquid non deus creavit nos. quare ergo despicit unusquisque
nostrum fratrem suum. Voluit deus unum
hominem primo formare ex quo omnes
procederent ut tamquam fratres omnes homines se
amarent. Non sic legimus factum in ange
lis vel animalibus brutis. Dilectio est
debitum naturale quo unusquisque homo obli
gatus est alteri. a quo debito nullus
absolvitur. quantumcumque ab eo solvatur.
Unde super illud Ro. xiii. Nemini quicquam de
beatis nisi ut invicem diligatis. Dicit
glo. Aug. Sola caritas est. que et red
dita semper detinet debitorem. Seneca. Hec
societas diligenter et sancte observanda que
nos omnes omnibus miscet. et iudicat ali
quod esse commune ius generis humani.
plurimum etiam ad interiorem societatem ami
citie colendam proficit. omnia enim cum
amico communia habebit. qui multa cum
homine iura communia generis humani videtur
contineri in illis duobus mandatis. quod
ab alio tibi oderis fieri. vide tu ne aliquando
alteri facias. Tob. iiii. et Mt. vii. Que
cumque vultis ut faciant vobis homines
et vos eadem facite illis. ¶ Item Seneca.
Tu ab istis subtilibus precepi malo. quid
amico prestare debeam. quid homini. quam
quot modis dicatur amicus et homo
quam multa significet. Idem. Sapiens homo
pro amico est. stultus amicus non est pro
homine. ¶ Quarto fraternitas spiritualis
de qua Aug. in li. de disciplina christiana.

Omnes quidem fratres secundum quod homines sunt. quanto magis secundum quod christiani sumus. Ad id quod homo es. unus pater fuit adam. una mater eua. Ad id quod christianus unus pater est deus. una mater est ecclesia. hec fraternitas tanto est melior fraternitate naturali. quanto meliorem habet patrem deum. Mt. xxiii. et patrem nolite uocare uobis super terram. Unus est enim pater uester qui in celis est. ¶ Item quanto meliorem matrem ecclesiam matre carnali. et meliorem hereditatem celestem quam temporalem. Heb. x. Rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis. cognoscentes uos habere meliorem et manentem substantiam. Si amandi sunt fratres qui diuidendo hereditatem. portionem uniuscuiusque minorem faciunt. quantum amandi sunt fratres illi qui portionem uniuscuiusque augent. Quanto enim plures erunt electi. tanto amplius gaudebunt. plus enim gaudebit unus electorum de gloria anime alterius. quam de gloria proprii corporis. ¶ Quinto debet incitare ad amorem proximi exemplum christi. Non enim est despiciendus quem christus ita carum habuit. quod pro eius redemptione mori uoluit. Attende proximum tuum hoc precio ne tibi uilescat. Apoc. i. Qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ad tit. ii. qui dedit semet ipsum pro nobis. Exemplo suo uoluit christus nos ad hoc incitare cum dixit. Io. xv. Sicut dilexi uos. ¶ Sexto exemplum angeli. qui adeo amat hominem ut custodiat eum in omnibus uiis suis. non est despiciendus homo ab homine. qui adeo carus est angelo. Mt. xviii. Videte ne contempnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis quod angeli eorum semper uident faciem patris

mei qui in celis est. ¶ Septimo. quod fraterna dilectio tantum placet deo. Eccli. xxv. In tribus beneplacitum est spiritui meo que sunt probata coram deo. et hominibus. concordia fratrum. et amor proximorum. et uir et mulier bene sibi consentientes. ¶ Octauo similitudo quam habet proximus ad deum. Licet quis amet omnes filios amici sui. specialem habet amorem ad eum qui amplius amico suo est similis. ¶ Sic licet ad omnia opera dei amorem habere debeamus. tamen specialiter ad hominem quem constat esse factum ad ymaginem et similitudinem dei. Gen. i. Nono quia membrum est corporis. cuius christus est caput. i. Cor. xii. Vos estis corpus christi. Non amat caput qui non amat membra. ¶ Decimo quod membrum est eiusdem corporis cuius et ipse. Naturaliter enim amor est inter membra unius corporis. Ro. xii. Multi unum corpus sumus in christo. singuli autem alter alterius membra. ¶ Undecimo emolumentum multiplex quod sequitur ex hac dilectione. Eccles. iiii. Melius est duos esse simul quam unum. habent enim emolumentum societatis sue. Quinque sunt emolumenta huius sancte societatis. Primum est uictoria. unde subditur. Eccles. iiii. Si quis preualuerit contra unum duo resistunt ei. Prov. xviii. Frater qui iuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Golias inuitat ad singulare certamen. i. Reg. xvii. Econtrario moyses ait. Exo. xxxii. Si quis est domini iungatur mihi. Ambrosius. omnis pugna unanimiter aggressa uictoriam refert. ¶ Secundum est bonorum fundamentum quod enim deest homini in se. habet in amico suo. et ad quod impotens erat per se possibilis efficitur eo sibi coniuncto. Tullius de amicicia. uirtutum amicicia adiutrix a natura data est uiciorum comes. Vt

quum solacia non possit virtus ad ea que summa
sunt pervenire coniuncta et consociata
cum alia pervenire. ¶ Tercium est im-
petratio eius quod in oratione petitur. Math.
xviii. Si duo ex vobis consenserint sup-
er terram de omni re quacumque petierint fiet
illis a patre meo qui in celis est. ¶ Quar-
tum est mutua exhortatio. Eccl. iiii. V-
nus enim quomodo calefiet? ¶ Quintum conso-
latio. Prov. xxvii. Unguento et variis o-
doribus delectatur cor. et bonis amici con-
siliis anima dulcoratur. Tullius de amicitia.
Solem de mundo tollere videntur qui
amicitiam e vita tollunt. qua nichil a deo
melius habemus. nichil iocundius. ¶ Item
Tullius. Cum res humane fragiles sint
et caduce semper acquirendi sunt quos
diligamus et a quibus diligamur. caritate
enim benivolentiaque sublata omnis
est e vita sublata iocunditas. ¶ Duo-
decimo dampnum quod facit scisma
odium vel discordia. hoc enim facit in
corpore ecclesie quod facit divisio continui-
tatis in humano corpore. ex qua sequitur
dolor magnus. et quandoque mors. ideo Salva-
tor multum rogat pro unitate ecclesie. Jo.
xvii. Pater sancte serva eos in nomine tuo
quos dedisti michi ut sint unum sicut et nos.
Et in eodem. Non pro eis rogo tantum. sed pro eis qui
credituri sunt per verbum eorum in me ut om-
nes unum sint.

De incitantibus proximum ut amet nos.

Sequitur de hiis
que possunt valere aliquem ad hoc ut
ametur a proximo. Prius tamen notandum est quod licet
utrumque sit appetendum et amare proximum
et amari ab ipso. tamen magis appetendum
est amare quam amari. beatius est enim
dare quam accipere. Act. xx. Qui solum a-
mari volunt. ignem esse volunt in do-
mo proximi sui. et ipsi in domo propria con-
sicentur frigore pereunt. Ipsi et prosperita-
tem proximis suis et bonis eorum deside-
rant. De prosperitate vero sua et bonorum
propriorum non curant. Caritas enim ut prius
ostensum est. prosperitas est hominis ex
operum ipsius. ¶ Et notandum quod multa sunt
que valere possunt ad hoc quod aliquis
ametur a proximo. ¶ Primum est mode-
stia in sermone. Eccl. xx. Sapiens in ver-
bis amabilem se facit. gratie autem fatuorum
effundentur. ¶ Secundum est similitudo que
multum facit ad amorem. sicut dissimili-
tudo ad odium. Eccl. xxvii. Volatilia ad
sibi similia conveniunt. Ambrosius super ps.
Beati immaculati. est instinctum bonis ut
unusquisque virtutes suas in aliis amet.
et e contrario. oderunt hylarem tristes
tristemque iocosi. Virtus est que hominem
amabilem reddit. Tullius de amicitia.
Nichil est virtute amabilius. nichil
quod magis alliciat ad diligendum. quippe
cum propter virtutem et probitatem. et eos quos
numquam vidimus quodammodo diligamus. Va-
let et ad hoc quod aliquis ametur. Idem in
eodem. Tanta est vis probitatis ut eam vel
in eis quos numquam vidimus. vel quod magis
est in hoste diligamus. Valet et ad hoc
quod aliquis ametur specialiter virtus mansue-
tudinis. Eccl. iii. Fili in mansuetudine
opera tua perfice et super gloriam hominum dili-
geris. mansuetudo ad modum adaman-
tis habet virtutem attractivam. Ezech. iii.
Ut adamantem et silicem dedi faciem tu-
am. Valet et ad hoc quod aliquis ametur fi-
delitas. Eccl. xxxiii. Si est servus fidelis
sit tibi quasi anima tua. quasi fratrem sic trac-
ta eum. Eccl. xxvii. Dilige proximum
et coniungere fide cum illo. eidem vi.
Amico fideli nulla est comparatio. et item
Amicus fidelis medicamentum vite.

valent et ad idem obsequia et beneficia. Sapiens. hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit. Ignis amoris lignis beneficiorum debet nutriri. alioquin deficit. obsequia et feras ad amorem incitant. et inimicos amicos efficiunt. Ro. xii. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. si sitit. potum da illi. hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. id est cor eius accendes ad reamandum. ¶ Notandum tamen quod beneficia non parant amiciciam nisi cum discrete dantur. eccli. xx. Fatuo non erit amicus et non erit gratia bonis illius. Qui enim edunt panem illius falsae linguae sunt. quoties et quanti irridebunt eum. neque enim quod habendum erat ab alto. i. directo sensu distribuit. similiter et quod non erat habendum. ipse indiscrete dat danda et sibi non danda. propterea sapientia dicitur esse mater pulchre dilectionis. eccli. xxiiii. Discretio enim requiritur ad acquirendum amicum. Seneca. Nullum habet maius malum occupatus homo et bonis suis obsessus. quam quod amicos sibi putat. quibus non ipse est quod beneficia sua efficatia videat ad conciliandum amicos. cum quidam quo plus debent magis oderint. Quid ergo. beneficia non parant amicicias. parant si accepturos licuit eligere. si collocata non sparsa sunt. Itaque dum incipis esse mentis tue utilitatem hoc consilio sapientum utere. ut magis existimes pertinere ad rem quis quam quid acceperit. tullius in rethorica. Melius apud bonos quam apud fortunatos. beneficium collocatum est. Inter omnia maxime valet ad hoc quod aliquis ametur si ipse primo amaverit. aug. Nulla est maior ad amorem invitatio quam prevenire amando. et nimis durus

est animus qui dilectionem si nolebat impendere nolit et rependere. Seneca in epistolis. Queris quod amatorium facturus sis tibi ego monstrabo amatorium sine medicamento. sine herba. sine ullius veneficii carmine. Si vis amari ama. Item ameris amabilis esto.

De iii amandi

Sequitur de iii amandi primum exemplum. Et nota quod scriptura sacra triplex exemplar nobis ministrat ad ostendendum quod primum amare debeamus. ¶ Primum est amor quo Christus amavit nos. Jo. xv. hoc est preceptum meum ut diligatis invicem. sicut dilexi vos. ¶ Secundus est amor quo amamus nosmet ipsos. Matthei xxii. et luce x. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Tercium est amor quem habent membra eiusdem corporis ad invicem. Ro. xii. Sicut in uno corpore multa membra habemus omnia autem membra non eundem actum habent. ita multi unum corpus sumus in Christo. de eodem habetur. i. cor. xii. Et nota quod circa primum. quod Christus amavit nos amore gratuito. i. amore gratis dato. non precedentibus meritis nostris reddito. i. Jo. iiii. In hoc est caritas. non quasi nos dilexerimus deum. sed quoniam ipse prior dilexit nos. Sic amare debemus proximum. Non sic faciunt qui nolunt amare nisi eos a quibus se primo agnoscunt amari. Matthei v. Si diligitis eos qui vos diligunt. quam mercedem habebitis. Nonne et publicani hoc faciunt. ¶ Item amavit nos amore recto. quia non propter utilitatem suam sed propter nostram. non ut a nobis acciperet sed ut nobis daret. Seneca in epistolis. Amicus qui utilitatis causa assumptus est tamdiu placebit quamdiu utilis erit. et cetera. Necesse est initia inter se et exitus congruant. qui amicus esse cepit quia

expedit. placebit aliquod preium ille ēē
amiciciam si ullum cum ea placet pt
ppiiū. ego amicū paro. ut hēam p quo
mori possim. ut hēam quem in exilium
sequar. cui me morti ꝛ opponam ꝛ im
pendam. Ista quā tu describis negociatio
est nō amicicia. que ad comodū accedit.
ꝗ quid consecutura sit spectat. Jd. Sa
piens hēre amicum uult nō ab hoc nich
aliud ut exerceat amiciciam. ne tam
magna uirtus iaceat. nō ad hoc ut hēat
qui sibi egro assideat. succurrat in uin
cula coniecto uel inopi. s ut hēat aliquē
cui ipse egro assideat. quem ipse circumue
tum hostili custodia liberet. qui se spectat.
ꝛ p hoc qd ad amiciciam uenerat. male
cogitat. quemadmodū cepit sic desinet.
parat amicū aduersum uincla laturū
opem. cum primum crepuerit cathe
na discedet. aug. ad macedoniū. Vera
amicicia nō pensanda est tpalibz comodis. s gratuito amore portanda. Ambr.
Amicicia uirtus nō questus est. Jero. in
eplā. In amicis nō res querit s uolunta
tem sup. xij. pphas. Deluta amicicia
est que amicoꝝ felicitatē ꝛ diuitias
sequitur. Isti modi homines nō in uidentur
amicos. s seipsos diligere. tulli. de ami
cicia. Amiciciam nō mercedes. s quē omnis
fructus in ipso amore est expectandā puta
mus. Si utilitas conglutinaret amici
cias. eadem comutata dissolueret. boeci
in libro consolonis. Quem felicitas a
micum fecit. infortuniū faciet inimi
cum. Sic amauit nos xpc amore dil
cito. amor dilcetus est qui psonas amat
ꝛ uicia psequitur. nec sic psonis condes
cendit. qd uicijs implicet. b. Xpc in
carnis assumptōe condescendit ini. ꝛ
culpe uitatōe consuluit sibi. Sic amare
debemus proximū. Ro. xiij. Dilectio proxi
mi malum nō opatur. Tulli. in libro
de amicicia. Nulla est excusatio. si
amicicie cā peccaueris. Nam cū concili
atrix amicicie uirtutis opinio fuit.
difficile ē amiciciam manē. si uirtu
te defeceris. hec sanctiatur lex amici
cie. ut nec rogemus res turpes. nō fa
ciamus rogati. Caritas iugum est
apte amatori hoīes ligans. facit n.
eos concordes in bono. amicicia nō mun
di a posteriori colligat homines ut uul
peculas sansonis. Jud. xv. Facit enim
concordes in malo. Sic xpc amauit
nos amore uehementi. Jo. xv. maiorem
hac dilectionē nemo hēt quā ut ani
mam suam ponat qs p amicis suis.
sic debemus amare proximū. i. Jo. iij. In h
cognouimus caritatem dei quā ille ani
mam suam p nobis posuit. ꝛ nos de
bemus p fratribz animas ponē. adō de
bemus amare proximū. ut ē amicū que
ipius sunt. Deut. xxij. Non uidebis bo
uem ꝛ ouem fris tui errantē ꝛ preti
bis. s reduces fri tuo. Sic amauit
nos xpc amore fructuoso. nō uocali so
lum. sic debemus amare proximū. i. Jo. iij.
filioli. nō diligamus uerbo neqz lingua. s
ope ꝛ ueritate. In quibusdam caritas hēt
linguam magnam ꝛ manū nullam.
gg. in mor. Dilectio nrā semp exhibē
da est. ꝛ ueneratione sermonis ꝛ mini
sterio largitatis. Jdem. pbatio dilecti
onis est exhibitio opis. Sic amauit
nos xpc amore pseueranti. Jo. xiij. Cū
dilexisset suos qui erant in mundo
in finem dilexit illos. sic amare de
bemus proximū. Sz sunt qui eum fe
licem amant. felicitate nō recedente
ab eo recedunt. hij scdm ueritatem

nunquam eum amauerit. Greg. cum quis
positus in prosperitate diligitur. incertum
ualde est utrum prosperitas an persona di
ligatur. amisso felicitatis tum inter
rogat amores. qui ex aduersitate proxi
mum despicit. apte conuincitur quod hunc
in prosperis non amauit. Sen. de remedijs
fortuitorum. multi illum comitantur. mel
musce sequuntur. cadauera lupi. frumenta
formice. predam sequitur illa turba non
hominem. Sen. in epistolis. Quod tu bene
ficio tuo scire non potes. paupertatis benefici
o scies. illa ueros certosque amicos re
tinebit. discedet quisquis non te sed ali
ud sequebatur. Boetius in libro consolacionum.
hec aspera fortuna est certos sodalium
uultus ambiguosque secreuit. disce
dens suos abstulit. tuos reliquit. et
nunc amissas opes querere desine. quod
preciosissimum diuitiarum genus est.
amicos inuenisti. xij. eccl. Non agnosc
etur in bonis amicus. eccl. vi. est a
micus secundum tempus suum. et non perma
nebit in tempore tribulationis. Et in eodem.
est amicus socius mense. et non permane
bit in die necessitatis. xxxvi. eccl. Est ami
cus solo nomine amicus. Sunt et ali
qui qui pro qualibet occasione de amicis efficiun
tur inimici. eccl. vi. Est amicus qui
conuertitur ad inimiciciam. Tullius. Ni
chil turpius quam cum eo bellum gerere.
cum quo familiariter uixeris. Ambrosius.
Constans debet esse amicicia. et perseue
rare in affectu. nec puerili modo amicos
mutare. uaga quadam sententia. Tullius.
Sodales uetustos nunquam persequen
tium nouitate fastidias. procul autem
sit uidere. amicus uti quam floribus. tam
diu gratus quam diu recentibus. eccl. ix.
Non derelinquas amicum tuum
antiquum. nouus enim non erit similis
illi. Vinum nouum. amicus nouus. ue
terascet. et cum suauitate bibes illud.
Sap. Amicicia tam necessarium uite hu
mane presidium. sicut terre alimentum. si
sic semel recte apprehensum. spiritu non co
uenit. Circa secundum exemplar nota
quod illud mandatum. Diliges pro
ximum sicut teipsum. s. ad gratiam in pre
senti. dupliciter potest intelligi. Vno
modo sic. i. ad quod teipsum. s. ad gratiam in pre
senti. et gloriam in futuro. uel in quo
ipsum. i. in deo. Aug. de doctrina christiana.
Quisquis recte diligit proximum hoc
eo debet agere. ut et ipse toto corde tota
anima tota mente diligat deum. Vel
sic potest intelligi. ut sit sensus. hoc
eras proximo quod tibi uis fieri. quod
autem non uis tibi fieri ei non facias. iuxta
precepta iuris naturales. quorum unum
hes. ch. vij. aliud thob. iiij. Sunt
secunda huius mandati. consideranus. u
differentiarum. Duo sunt erga proximi
dilectionem seruanda. ut beneficii
pensione foueatur et nulla malicia
ledatur. Non dicit. Diliges proximum
tuum plus quam teipsum. Videtur
quam seipsum proximum uelle diligere
caritatiui proprie non sufficiens. cum
proximi sui cupit assumere. B. super cant.
Tu scis. cui firma satis proprie salu
dum est. cui caritas adhuc. aut
est. aut adeo tenera atque harundi
quatenus omni flatui cedat. omni cre
spiritui. omni circumferatur doctrine
Immo cui tanta est caritas ut ul
mandatum quidem diligas proximum
plusquam teipsum. et rursum tantilla
est mandatum fauore liquescat
more deficiat. perturbetur tribulatio

ricia contrahatur ambitione. suspicionibus
inquietetur. conuiciis exagitetur. cum
exhiberetur. honoribus tumeat. liuore
tabescat. in magnis ita in paruis te ipsum
sentiens. quam tunc dementia que lesio.
aliena curare aut ambire aut acquire-
re. audi quod consulat tanta uigilanti-
cautas. non quod aliis remissio sit uobis
autem tribulatio. sed ex equalitate.
Solet nimium esse uitius. sufficit ut di-
ligas proximum sicut te ipsum. greg. In mor.
magna cura necesse est predicatori ut ti-
moris laxatione se mordeat. ne proxi-
mum amando se deserat. ne alios erigens
cadat. Et nota quod cum preceptum sit
ut proximum sicut nos diligamus. qui se
non diligit proximum diligere nescit. aug.
in libro de uerbis domini. Vide si iam no-
sti diligere te ipsum. et committo tibi proximum
quem diligas sicut te ipsum. Si autem
non nosti diligere te timeo ne decipias
proximum sicut te. Idem in li. de discipli-
na christiana. Si te interrogem utrum di-
ligas te. respondes. quod diligis. quis enim
se odit. Si non diliges iniquitatem. Nam
si diliges iniquitatem odis te. Non ego
dico. psalmus audi. Qui diligit iniqui-
tatem odit animam suam. Idem in eodem.
Qui diliges iniquitatem. quo tibi uole-
bas committi proximum ut diligeres eum
tamquam te. homo qui perdis te. Si
ita ipse sic te diliges ut perdas te. sic per-
fecto perditurus es eum quem diligis
sicut te. Nolo igitur quemquam diligas. vel
solus perii. aut corrige dilectionem. aut
respue societatem. In summa no-
tandum quod modus amandi proximum est
ut ameris eum super inimicas et citra
deum et propter deum. Vnde qui proximum debito modo
diligit. et ideo manifestum potest esse

quod illud uerum est. Ro. xiii. Qui dili-
git proximum legem impleuit. et illud
gal. v. Omnis lex in uno sermone con-
pletur. Diliges proximum tuum sicut
te ipsum. Implens enim mandatum de
dilectione proximi. impleuit mandatum
de dilectione dei. aug. ad macedonium.
Nemo esse potest ueraciter amicus ho-
minis nisi fuerit ipsius primitus ueritatis.
Item aug. Inter quos amicos non est rerum
diuinarum consensio. nec humanarum plena
esse potest. necesse est ut ille quem oportet
humana existimet. qui diuina conte-
pnit. nec hominem recte diligere nouit
quisquis eum non diligit. qui hominem fe-
cit. greg. in mor. Per amorem dei amor
proximi gignitur. et per amorem proximi
dei amor nutritur. Fons qui in alto ori-
tur. de facili ad loca inferiora diriuatur.
ut scilicet proximus propter deum ametur. sic et
amor si deo primo integre detur. deinde
ad proximum recte diriuatur. ut scilicet proxi-
mus propter deum ametur. Tunica christi in-
consutilis que unitatem ecclesie desig-
nabat. desuper erat contexta. Io. xix.
Amore enim dei firmata debet esse di-
lectio proximi. Aug. in li. confes. domine
beatus qui amat te. et amicum in te.
et inimicum propter te. Circa tercium
exemplar nota quod .x. sunt in quibus
amor qui est respectu proximi imita-
ri debet amorem membrorum eidem corporis.
Primo in hoc quod unum membrum non
inuidet alii membro. licet non habeat
officium quod illud habet. Si enim omnia
membra unicum haberent officium
esset quasi unicum membrum. i. cor. xii.
Si totum corpus oculus. ubi auditus.
et si totum auditus. ubi odoratus et
post. Si essent omnia unum membrum

ubi corpus. ad Ro. xii. Omnia membra non
eundem actum habent. Sic non debet quis invide-
re proximo suo habenti gratiam quam ipse non habet.
Aug. in li. de virginitate. Duobus ma-
lis hoc est superbia et invidia diabolus est.
Idem in li. de doctrina christiana. Avertat
deus pestem invidie ab animis omnium
hominum vicium diabolicum. Invidentia diabo-
licum vicium est. Sed habet matrem suam
s. superbiam. Suffoca matrem et non erit fi-
lia. ¶ Secundo in hoc quod membrum unum
officium suum sibi non appropriat. Sed gratis
aliis communicat. oculus est oculus
membris. Idem intellige de ceteris
membris. Sic debet quis communicare gra-
ciam quam habet proximo suo. Ro. xii. multi
unum corpus sumus in christo. singula
autem alter alterius membra. et in eo
dem. Necessitatibus sanctorum communicantes.
Sed hodie loco huius gratuite com-
municationis habundat venalitas in
ecclesia dei. Michee iii. Principes eius in
muneribus iudicabant. et sacerdotes eius
in mercede docebant. et prophete eius in
pecunia divinabant. ¶ Tercio. unum
membrum lesum ab alio se non vindicat.
sic debet esse inter membra ecclesie. Ro. xii. Nul-
li malum pro malo reddentes ¶ Quar-
to. membra infirmiora amplius ho-
norantur. i. cor. xii. Que videntur mem-
bra corporis infirmiora esse. necessario-
ra sunt. et que putamus ignobiliora
membra corporis. his honorem habun-
dantiorem circumdamus. Sic non debemus
despicere eos qui infirmi videntur.
Ro. xii. honore invicem prevenientes.
Ambrosius. Non est firmus amor nisi mu-
tuis se prevenerit obsequiis ¶ Quin-
to. unum membrum alii compatitur.
et congaudet. i. cor. xii. Si quidem

patitur unum membrum compatiuntur
omnia membra. sive gloriatur unum mem-
brum congaudent cetera membra. Sic fi-
deles debent congaudere congauden-
tibus et flere cum flentibus ¶ Sexto.
unum membrum sibi reputat fieri
quod fit alii. sive sit bonum sive ma-
lum. Si ledatur pes. os conqueritur. si la-
ventur pedes. os regratiatur. Luc. vii.
Intravi in domum tuam. aquam pedi-
bus meis non dedisti. hec autem lacrimis rigavit
pedes meos. Sic unus fidelium repu-
tare debet sibi fieri quod fit alii. unde capud
ecclesie dicit. Mt. xxv. Quod uni ex mini-
mis meis fecistis. et michi fecistis. Sene-
ca in epistolis. loquens cuidam amico suo.
michi id expedit quod tibi. aut non sum
tuus. nisi quid agitur ad te pertin[et]
meum est. consortium omnium re-
rum nos facit amicicia. nec secundi quic-
quam singulis est. nec adversi in commune
vivitur. ¶ Septimo. unum membrum
pro alio lesioni se exponit. ut manus
oculo. sic debent facere fideles exem-
plo capitis qui scapulis suis obum-
bravit nobis in cruce. tectum corporis
eius. quem humanum genus debet
recipere. ¶ Octavo. cibum quem unum
membrum recipit omnibus membris com-
municatur. Si non aliquod membrum ultra
debitum sibi de illo retinet. ad il-
lum firmum illud retinet. est enim
materia apostematis. vel alterius in-
firmitatis. sic et est inter fideles.
Eccl. v. Est alia infirmitas pes-
sima quam vidi sub sole. divitie con-
servate in malum domini sui. ¶ Nonum.
unum membrum multum timet ab a-
lio separari. nec unicum si separatum
ab alio sit inutile. non enim tam inutile

a spiritu, a quo vivificantur cetera membra.
Sic fideles timere debent separari a cor-
pore ecclesie. Aug. Nichil sic debet formi-
dare christianus quam separari a corpore christi.
Decimo, totum corpus tremorem et
horrorem patitur a separatione unius membri
a se. Sic corpus ecclesie timere debet cum vi-
det aliquem fidelem separari a se, vel per
mortem, vel per excommunicationem. Ps. Dedi-
sti metuentibus te significationem, ut fu-
giant a facie arcus. pena presens significatio est future.
cum ergo presentem penam patimur, cogitare
debemus qualiter deus puniet ubi non
parcet, ex quo ita punit ubi parcit.

Sequitur de **De speciebus amoris.**

Diversis speciebus amoris, que sunt respec-
tu proximi, et causa brevitatis de paucis tan-
gamus. Primo de amore parentum.
Secundo de amore inter virum et uxorem.
Tertio de amore bonorum. Quarto de
amore inimicorum. Quinto tangemus
aliquid de vera amicicia. **De amo-**

Circa primum nota quod **re parentum.**
amor parentum multum deo placet.
qui enim parentum nomen diligit, quod se-
ipsum miserit patrem dici, ut ait Jo. hom.
et multum prodest. ipse enim unicuique
attendit, iuxta illud eundem basil.
Parentes nostros ut propria viscera dili-
gamus. ad hunc amorem non est necesse
homines multum incitare, cum natura
ad hoc incitet. Sap. Supervacuum est
in id nos impellere in quo nos imus.
Amor tamen iste non debet esse amori dei contra-
rius, sed subiectus. Math. x. Qui amat
patrem et matrem plus quam me non est me
dignus. Greg. in omel. Ametur in hoc
mundo quilibet adversarius, sed in via
dei contrarius non ametur, et propinquus.
Jo. in epistola. Honora patrem tuum, sed si
te a vero patre non separat. tamdiu secun-
dum carnis copulam, quamdiu illa suum
noverit creatorem. Amor dei dominari de-
bet in homine, non amor carnalis. i. Reg. ii.
Reprehendit dominus Hely, de hoc quod filios
suos ei pretulisset. Quare inquit ho-
norasti magis filios tuos quam me.
Et ii. Machab. vii. legitur de quadam
bona muliere, quod vii. filios pereuntes sub
unius diei tempore conspiciens, bono animo
ferebat. In ea enim vincebat amor dei a-
morem filiorum. Et Abraham paratus
fuit proprium filium occidere propter deum.
Gen. xxii. Et levite propinquos suos oc-
cidere ad preceptum Moysi servi dei.
Exo. xxxii. Et Luc. xiv. legitur. Si quis
venit ad me et non odit patrem suum et
matrem et uxorem et filios, et fratres et so-
rores, adhuc autem et animam suam vel tem-
poralem vitam, non potest esse meus disci-
pulus. Non sunt agnoscendi propinqui
secundum carnem, si salutem impediant.
Jo. in epistola. Ecce inquit adversarius
christum in pectore tuo conatur occidere.
licet parvulus ex collo pendeat nepos, li-
cet sparso crine et scissis vestibus ubera
quibus te nutrierat mater ostendat,
licet in limine pater iaceat, per calcatum
perge patrem. siccis oculis ad vexillum
crucis evola. Solum pietatis genus
est in hac re esse crudelem. Idem. Gla-
dium tenet hostis ut me perimat,
et ego de matris lacrimis cogitabo?
Math. v. Si oculus tuus dexter scanda-
lizat te, erue eum et proice abs te,
maxime in hiis qui viam perfectionis
aggressi sunt. non debet dominari amor car-
nalis. Unde dominus cum diceretur ei. Ecce
mater tua et fratres tui foris stant que-
rentes te, respondit. Que est mater mea

et qui sunt fratres mei. Mt. xii. Unde In sermo-
nibus. Quamdiu de mundo sumus, debito-
res constat nos esse parentibus, at postquam
relinquimus nosmet ipsos, multo magis
ab eorum sollicitudinibus liberi sumus.

De amore inter virum et uxorem

5 Sequitur de amore qui esse debet inter virum
et uxorem. Col. iii. Viri diligite
uxores vestras, et nolite esse amari ad il-
las. Et notandum quod xvi. sunt per que
possunt viri induci ad amandum uxores
suas. Primum est exemplum Christi. E-
ph. v. Viri diligite uxores vestras si-
cut et Christus dilexit ecclesiam, et semet ip-
sum tradidit pro ea. Et post hec similitu-
do in duobus attenditur. Primo in hoc
quod desideret salutem uxoris, Christus e-
nim pro salute ecclesie mortuus est. Se-
cundo in hoc quod si adulteret et postea
peniteat eam misericorditer recipiat. O-
see iii. Dilige mulierem dilectam
ab amico et adulteram sicut diligit
dominus filios Israel, et ipsi respiciunt ad
deos alienos. Jere. iii. Tu fornicata es
cum amatoribus multis, tamen revertere
ad me dicit dominus et ego suscipiam te.
Augustinus. Quod durum videtur ut post
adulterium reconcilietur coniux, si
fides assit non erit durum. Cur enim
adhuc deputamus adulteros quos cre-
dimus penitentia esse sanatos. Idem. Non
erit turpis nec difficilis et post per-
petrata et purgata adulteria recon-
ciliatio coniugis ubi per claves reg-
ni celorum non dubitatur fieri remis-
sio peccatorum. Non ut post viri divortium
adultera revocetur, sed ut post Christi
consortium adultera non vocetur.
Secundum est hoc quod corpus mulieris
est ipsius viri. Unde debet amare illud
tanquam suum. Mulier non habet potestatem
sui corporis, sed vir. i. Cor. vii. Ad Eph. v.
Viri debent diligere uxores suas ut cor-
pora sua. Tertium est quod vir et uxor
sunt velut una arbor. Sicut planta
et ramus qui plante inseritur unam
arborem efficiunt et unum fructum
ferunt, et neuter illorum sufficiens est
ad ferendum fructum illum, sic ne-
que vir nec uxor sufficiens ad generandam
prolem. Unde debent amore mutuo co-
herere, sicut ramus insitus adheret
plante. Mt. xix. Jam non sunt duo sed una
caro. Quartum est quod mulier de
costa viri formata est. Noluit dominus for-
mare mulierem de limo sicut virum,
immo de carne et osse viri, ut vir dilige-
ret eam tanquam seipsum, ex quo de ip[so]
facta est. Gen. ii. Hoc nunc os ex o[ssibus]
meis, et caro de carne mea. Eph. v. Qui
uxorem suam diligit seipsum diligit.
Et post in eodem. Unusquisque uxorem
suam sicut seipsum diligat. Uxor autem
timeat virum suum. Quintum
est quod amorem ei promisit cum anulum
in manu eius posuit, et cum ad missam
in presentia dominici corporis osculum ei
dedit, ad minus secundum consuetudinem
aliquarum ecclesiarum. Osculum enim signum
est amoris et pacis. In anulo vero qui
nec digitum excedit nec exceditur sed
adequatur, intelligitur quod amore carnis
illi soli debet adherere. Et sicut anu-
lus digitum, cum digito illo im-
positus est, capere non potest, sic amo-
ri ad aliam mulierem diverti non debet.
Ideo enim ponitur anulus in digito illo
quo est vena que usque ad cor protenditur,
quia coniuges ex corde debent amare
se, et non solum signis exterioribus. S[exto]

tum est qd consanguinei coniugum
pp coniugium eorum mutuo se amant.
Vn mirum est cum tot pp eos amet
se si ipi se n amet. cum qp pria una
uo matrimonio ad concordiam reducit.
Vn mirum est qm inter psonas illas
que matrimonio coniuncte sunt discor
dia durare pot. Septimum est qd
uir prem et matrem et alios ppinquos
psuos dimittit. et ei adheret. Vn
infideliter agit si hanc n amet. Je. ij.
dicit dns ad sponsam suam. Recordatus
sum tui miserans adolescentiam tuam.
et caritate desponsationis tue. qn secuta
es me in deserto. Octauum est quod
n amen se in magna miseria erunt.
pu. xxvij. Tecta pstillantia in die fri
goris et litigiosa mulier comparantur.
Sicut n quiescit homo sub tecto pstil
lanti. pcipue si tpe frigidum sit. Sic
n quiescit uir cum uxore litigium
inter eos sit. phs. Vxor est aut ppe
tuale refugium. aut phenne tormen
tum. Nonum est quod multu pla
cet deo et hominibus amor coniugum.
ecci. xxv. In tribus beneplacitu est spui
meo que sunt pbata coram deo et hoibus.
concordia frm. amor pximorum et uir et
mulier sibi bn consentientes. Deci
mum e qd uxor est solatium hoi a deo
datum. gen. ij. Non est bonum hoiem
ee solum. eccs. iiij. melius est duos
ee simul qm unum et c. Jt in eod. Ve
soli. Non reperitur solus qui nobilius
coniugit matrimonium. cui anima p ca
stitatem uel uirginitate deo grata et
matrimonio est coniuncta. Sz fornicator
uel concubinari reperitur solus. qui
a deo est maledictus. quem cu uidet mulie
rem fornicariam desolationem sua

port uidet qm solatium. Videt. n. gla
dium quo dya interficit eum. Vnde
cimu est. quod uxor est uelud quodda
ornamentum hospicij. ecci. xxvi. Sicut
sol oriens in mundo in altissimis dei.
et sic mulieres bone spes in ornam
tum domus eius. pv. xij. Mulier dili
gens corona est uiro suo. et xxvi. ecci.
gra sup gram mulier sca et pudorata.
Duodecimu est qd uxor est adiutori
um hoi a deo datum. gen. ij. Faciam
ei adiutoriu. Ipa uxor iuuat uirum
in ples pcreatione et educatoe. et hospi
cij gubernatoe. in bonorum tpalium
multiplicatoe et conseruatoe. et in
saluatoe anime ipius uiri. ecc. xxxvi.
Qui possidet mulierem bonam in
choat possessione. hic innuitur. quod
qsi nichil hat qui tenet hospicium
n hat mulierem bonam. que sua
ei custodiat. concubinarie eni solet
furari hoibus qui tenent eas ea q sibi
hnt et subdunt. Ad uictoriu sedm illum
est et columpna. Vbi innuitur qd bona
uxor sustentamentum sit hospicij. sic
columpna corruente corruit domus
sic uxore bona moriente destruitur
hospicium. et in eodem. Vbi no est
sepes diripietur possessio. et ubi no est
mulier ingemiscit egens. et manens
qui paup efficitur. amissa bona
uxore uel paup qui declinat illuc ca
ste. no inueniens qui sibi det elam
mulieres aut solent ee magis mise
ricordes qm uiri. homo fornicator
uxorem n hns est uelut auis absq
nido nesciens cui sua committat. ecci.
xxxvi. sedm unam litteram cui tre
dit. qui n ht nidum. Terciude
cimum e fructus prosperitas. ca. xij.

Ex fructu arbor cognoscitur. Vn fructus
huius arboris preualet omnibus mundi
diuitiis. multum ergo amanda est arbor
talis que fert fructum tam preciosum.
Quartumdecimum est sacramenti matri
monii dignitas. quod institutum est a deo.
et in paradyso. et in statu innocentie. quod
deus prohibet separari. quia auctor fuit ipsius.
mt. xix. quod deus coniunxit homo non separet.
Sic credere uidetur uinculum carnalis co
pulationis propinquitatis. gen. ii. propter hoc re
linquet homo patrem et matrem et adherebit
uxori sue. Preterea sacramentum magnum est.
ego autem dico in christo et ecclesia. eph. v. Quin
tumdecimum est. quod hominem ea parte qua
inferior est custodit. scilicet ex parte carnis. mt.
xxvi. Spiritus quidem promptus est caro autem
infirma. Sextodecimo. diabolum
ea parte qua fortior est uincit. Job xl.
fortitudo eius in lumbis eius. De amore
Sequitur de amore bonorum. bonorum
Notandum ergo quod bonos debemus ama
re quasi annecterentur nobis omni genere
parentele. exemplo domini dicentis. mt. xii.
Quicumque fecerit uoluntatem patris mei qui
in celis est. ipse meus frater et soror et mater
est. Ipsi sunt amandi ut dei filii et fideles
unde ro. viii. Quicumque spiritu dei aguntur
hii sunt filii dei. et in eodem. Si autem
filii dei. et heredes. heredes quidem dei.
coheredes autem christi. Debent etiam boni se
amplius amare. quia sunt in aliena
patria. solent enim se amare qui se
eidem patrie qui sunt extra patriam suam.
ac si essent fratres. Ad idem etiam facit quod
mali habent eos exosos. Vnde si ipsi non
amerent se adinuicem absque amicis
erunt. Jo. xv. Ego dedi eis sermonem
meum. et mundus eos odio habuit quia de
mundo non sunt. et infra. Si de mundo

fuissetis. mundus quod suum erat diligeret.
quia uero de mundo non estis ideo odit uos mundus.
Sequitur De amore inimicorum
De dilectione inimicorum quem dominus
precepit. mt. v. Diligite inquit inimicos
uestros. hoc pertinet ad dilectionem cordis
Deum faldit. de dilectione operis et sermonis
Benefacite hiis qui oderunt uos. et orate
pro persequentibus. et calumpniantibus uos.
gg. Ille preces suas multum uelociter
facit qui eas pro inimicis effundit.
Et notandum quod in mandatis dei multum
est mirabilius. quam quod precipitur di
ligere inimicos. ut ait aug. Ideo licet
multa sint dicta pertinentia ad dilecti
onem inimicorum in tractatu de tra
hic aliqua tangentur pertinentia ad idem
Insipientibus enim impossibile uidetur
quod ipsi ament inimicos suos. Sed si
haberent aliquantulum sapientie. possibile
appareret. sapientum n. non uincit mali
cia. sap. vii. Ad diligendum inimicos
Et notandum quod octo sunt que sten
dant nobis. satis patebit non esse impossibi
le diligere inimicum. ut multum credi
apparebit etiam quod hoc non sit dedecus sed
honor potius. Primum est status inimici
qui inimicatur est et non uult satisfacere
est. n. spiritualiter mortuus. Ipse n. qui
sanus mali in se tenetur. quia iniuriam
tam intulit. sap. xvi. homo per ma
liciam occidit animam suam. Solet
nire in fratrem tuum mortuum
uis et compatere. crudeliores uidentur
fuisse qui christo mortuo non pepercerunt
quam qui uiuum uulnerauerunt. unde
lancea dicitur dira. cum claui dicantur
dulces. Quis adeo cecus est qui non
intelligat dedecus non esse. si quis
mortuo non uult se uindicare.

alterum. Item propinquior aliis paribus af-
fectu maiori diligendus est. Item utilior esse
aliis paribus maiori affectu diligendus
est, et idem intelligendum est quantum ad
effectum. Melior enim vel propinquior
vel esse utilior aliis paribus magis di-
ligendus est. Sed dubitari potest utrum
bonitas propinquitati circa diligenda pre-
valeat vel econverso. Et videtur quod boni-
tas prevaleat propinquitati. Sed illud Ambrosii.
Domestici si boni sunt, mali filii pro-
modi sunt. Idem dicit beda super illud
luc. viii. mater mea et fratres mei sunt etc.
Non iniuriose negligit matrem, nec inf-
itiatur que de cruce agnoscit. Sed ve-
hementiores copule spiritum monstran-
tur quam corporis. Greg. magis debemus
diligere quos ex sacro fonte suscepi-
mus quam quos de carne nostra genui-
mus. dicendum est quod bonus extraneus
preponendus est filio malo quantum ad
spiritualia beneficia, vel est quantum ad tempora-
lia. Tamen potest esse bonitas extranei vel
utilitas esse. Item dubitari potest de hoc
quod Ambrosius parentes filiis preponit in or-
dine diligendorum. cum enim natura magis
inclinet ad amorem filiorum quam ad amo-
rem parentum, magis videntur filii dili-
gendi quam parentes. Gratia enim non est
opposita nature. Ad idem videtur facere
illud ii. cor. xii. Non debent filii pa-
rentibus thesaurizare. Sed parentes fi-
liis. Item quod vadit humorem nutri-
mentorum et non econverso. Et dicendum est
quod parentes magis diligendi sunt quam
filii aliis paribus, et quantum ad affectum
et quantum ad effectum. et ad hoc incitat
natura instituta et restituta. licet
non natura destituta. Contra hunc ordinem
militare potest filii bonitas. possibile enim

esse adeo bonus, quod esset preponendus patri.
Item esse utilitas vel filii necessitas. vel
propinquitas. possibile enim est filius adeo uti-
lis esse, quod potius deberet subvenire
aliquis ei quam patri suo. Item si esset fili-
familias. possibile est quod potius deberet ei
aliquis providere quam patri. possibile est esse
adeo indigens quod esset ei citius subveni-
endum quam patri. Aug. ad marcellinum.
Caritas que tanquam nutrix fovet fi-
lios suos. non ordine amandi. sed ordine
subveniendi. infirmiores fortioribus
anteponit. quos tales vult esse qua-
les tamen illi sunt. quos non contempnen-
do. sed de hiis confidendo. Interim pre-
terit. Et non est quod parentes diligen-
di sunt affectu dupliciter. vel quantum ad
exhibitionem honoris. et quantum ad ex-
hibitionem necessariorum. quantum ad pri-
mum. parentes videntur semper esse prepo-
nendi filiis. non forsitan filius carna-
lis fieret pater spiritualis. quantum non ad
secundum ordo potest variari ex aliqua
predictarum causarum. Item non quod affectum
debemus omnem hominem diligere.
effectus non potest suspendi ex causa. aug. ca-
ritas non intermittatur. officia pro tempore
exhibeantur. Quartus ordo attenditur
secundum has differentias. propter se. et propter
aliud. creator propter se amandus est.
creatura vero propter deum. De hoc ordine
dicit aug. xv. li. de civitate dei. Cum
omnis creatura bona sit. amari potest.
et bene et male. bene scilicet ordine custo-
dito. male ordine perturbato. quod in
laude quadam cerei breviter versibus
dixi. hec tua bona sunt. quia tu bo-
nus ista creasti. Nil nostrum est in eis
non quod peccamus amantes. ordine neg-
lecto pro te quod conditur a te. Idem.

.x. li. de trinitate. Amanda creatura. s[ed]
si ad creatorem amor refertur. non iam
cupiditas s[ed] caritas erit. tunc enim
est cupiditas cum propter se creatura amatur.
tunc non inventem sed utitur. s[ed] con[tra]
per fruentem. Iustiori creatura utendum
est ad deum patrem fruendum. s[ed] nec ido
sicut teipso. non in teipso frui debes.
s[ed] in eo qui fecit te.

De hiis que adversantur caritati.

5 Sequitur de hiis que adversantur caritati. et videntur
ei adversari superfluus amor sui. vanus
amor mundi. odium proximi. et generaliter
dampnabiles offensa dei. Circa pri-
mum nota quod signum est quod aliquis habet
superfluum amorem sui. cum ea que per-
tinent ad deum et ad proximum suum
negligit. propria vero diligenter defendit.
et specialiter cum defendit mala sua. ii.
cor. x. Nemo quod suum est querat. phil.
ii. Non que sua sunt singuli consi-
derantes. s[ed] que aliorum. gregorius. in mora.
Plus deo se amare convincuntur. qui
neglectis hiis que eius sunt propria
tuentur. Idem in pastorali. Qui multa
prava agere. et tamen ad hec ceteros tacere
ipse liberum testes est. quod plus se ve-
ritate appetit diligi quam contra se
non vult defendi. Superfluus amor
sui efficit hominem civem babilo-
nie civitatis. aug. xiiii. li. de civi-
tate dei. Fecerunt civitates duas
amores duo. Terrenam. scilicet amor sui.
usque ad contemptum dei. celestem vero
amor dei usque ad contemptum sui. Ille in
gloria sua exaltat caput suum. hic
dicit domino deo suo. gloria mea et exaltans
caput meum. amor sui est radix
multorum malorum. Unde super illud. ii. thi.
.iii. Erunt homines seipsos amantes. cupidi. elati. superbi. et cetera. dicit glo.
aug. Ex eo quod seipsos non deum amant
omnia radicem s[ed] que secuntur mala con-
nectuntur. Crisostomus. Omnium malorum causa
amor sui. et radix et fons. Item amor
sui hominem excecat. adeo ut non videat
seipsum. b. Amor vel odium iudicium
nescit veritatis. gregorius. super eze. Sub-
initer claudit oculos amor privatus.
ex quo fit. ut hoc quod non agimus. et grave
esse non estimamus. cum plerumque agamus
a proximo. et nobis minus detestabile
esse videatur. Amor iste amor videtur
esse cum vere sit odium. Unde aug. super
illud. Io. xii. Qui amat animam suam
perdet eam. magna et mira sententia quo-
admodum sit homo in animam suam
amor ut pereat. odium ne pereat. si
amaveris. odisti. si bene oderis. tunc amasti.
Item aug. in quodam sermone. si perierunt
amando se. profecto invenientur negando
se. Disce amare te non amando te. se-
cundum ecclesiasticum. Animam enim amantis
est desideria anime non convenientia
facere. ecci. xviii. Si prestes anime tue
concupiscentias eius. faciet te in gaudium
inimicis tuis. Qui nimis amat se
perdit se. vult enim esse in ocio. unde
corrumpitur. Sicut vestes in archa re-
condita a tineis comeduntur. ps. Omnes sicut
vestimentum veterascent. Item dela-
tor pleni se nimis qui se nimis amat
et sic perdit se. ex hoc enim etiam ...
eccli. xxxi. ... crapulam multi ...
qui nimis amat se nimis salvare
servando se. perdit se. Sicut qui
servat frumentum suum amittit
corrumpitur. Unde super illud ...
noluerit animam suam salvam
facere perdet eam. dicit ...

si agricole dicantur. fructuum si seruas perdes, si seminas, renouas. Circa tertium amorem mundi nota quod amare mundum est quasi amare adulterum. Unde Ja. iiii. Adultri nescitis quod amicitia huius mundi inimica est deo. Quicumque ergo uoluerit esse amicus seculi huius inimicus dei constituitur. Et i. Jo. ii. Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt. Siquis diligit mundum non est caritas patris in eo. Ubi dicit glo. Unum cor duos contrarios sibi amores non capit. ysa. xxviii. Coangustatum est stratum ita ut alter decidat. et pallium breue utrumque operire non potest. Caritas pallium est peccatorum tegens. peccata enim preterita abscondit. ne deus ea ad puniendum uideat. prouerbiorum x. Uniuersa delicta operit caritas. ipsa supereminet ceteris uirtutibus. ut pallium supponitur ceteris uestibus. colo. iii. Super omnia caritatem habete. Amor mundi adulterat animam. amor fabricatoris mundi castificat animam. ut dicit aug. in libro de uerbis domini. Idem in li. confess. Amicitia huius mundi fornicatio est abs te. Idem super epistolam Jo. Si mundi amor habitet non est quo amor dei intret. Tu exhauseris cor tuum amore terreno. hauries amorem diuinum. Amor mundi principium est omnium malorum. Unde super i. Jo. ii. dicit glo. Sicut dilectio dei est fons omnium uirtutum. ita dilectio mundi omnium uiciorum. Amare mundum est amare proditorem. mundus enim dicit demonibus. quemcumque osculatus fuero ipse est tenete eum. mt. xxvi. prouerbiorum xxvii. meliora sunt uulnera diligentis quam fraudulenta odientis oscula. ¶ Item amare mundum est amplecti inmundum. aug. super ioh. Si delectat te mundus semper uis esse inmundus. Si autem te iam non delectat hic mundus iam tu es mundus. si autem fueris mundus non remanebis in mundo. Criso. super mt. Sicut difficile est arborem iuxta uiam positam. fructus suos usque ad maturitatem seruare. Sic difficile est uirum fidelem iuxta istum mundum uiuentem. a culpabilibus usque ad finem iusticiam tenere. Recede de uia et plantare in loco secreto. ut nec mundus aliquid tecum habeat commune nec tu cum mundo. eccli. xiii. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. ¶ Item amare mundum est amare periculum. aug. Amas seculum absorbebit te. amatores suos uorare nouit non portare. eccli. iii. Qui amat, in illo peribit. aug. Amatores mundi cuius rei causa tribulationes maior ne esse poterit spes nostra in mundo quam ut amici mundi sitis. ibi quod non fragile plenum periculis? Et per quot pericula peruenitur ad maius periculum. ¶ Item in epistola ad anastasium. mundus iste periculosior est blandus quam molestus. et magis cauendus cum se allicit diligi. quam cum admonet. cogitque contempni. amare seculum est amare locum tormentorum. aug. in libro de uerbis domini. Abice a te dilicias et onera. abice uincula uoluntaria. abice anxietates et tedia que te plenius animum inquietant. b. in sermonibus. Diuiciarum amor insaciabilis. longe amplius desiderio torquet animam quam refrigeret usu suo. ut pote quarum acquisitio. quidem laboris. possessio. timoris. amissio. plena doloris inuenitur. ¶ Item.

amare mundum est amare diaboli dominum.
Aug. in li. de agone christiano. mittitur dyabolus
foras, quando ex toto corde renunciatur huic
mundo. sic enim renunciatur diabolo qui
princeps est mundi. Item mundum amare
est in domo igne succensa velle manere.
totus. n. mundus in maligno positus
est. i. Jo. v. mundus est fornax babilo-
nica igne succensa. dan. iii. b. Domus
ardet et ignis instat a tergo. et in monte
non egredi. vel tam egressum regredi.
De sexto quod adversatur caritati. s. odio
proximi. require in tractatu de ira. cir-
ca. Si inimicicie semel occupaverint
animos. omnia que dicuntur que audiuntur. que
fiunt ita accipiuntur et intelliguntur.
ut ad maiores et longiores proficiant
inimicicias. Si quid enim boni de
inimico dicitur non creditur. si quid mali.
hoc creditur et confirmatur. Circa quar-
tum notandum quod omnis offensa dei
mortalis. inquantum a deo dividit ad-
versatur caritati. que deo unit. ysa. lix.
Iniquitates vestre diviserunt inter vos
et deum vestrum.

De gradibus caritatis

Sequitur de gradibus caritatis. Notandum
ergo quod diversi sunt gradus cari-
tatis. est enim incipiens, proficiens et
perfecta. aug. super epistolam iohannis. Perfecta
caritas hec est. ut quis paratus sit et pro
fratribus mori. sed numquid mox ut nascitur
iam prorsus perfecta est, immo ut perfici-
atur nascitur. cum fuerit nata nutri-
tur. cum fuerit nutrita roboratur. cum
fuerit roborata perficitur. cum ad perfecti-
onem venerit. dicet. cupio dissolvi.
et c. phil. i. Caritas operibus pietatis
nutritur. tribulationibus et consolationibus
roboratur. consiliis. s. perficitur. ¶ Et nota quod
sex sunt que valent ut caritas pro-
ficiat. et proficiendo ad perfectionem perveniat.
Primum est quod homo magnum desiderium
proficiendi habeat. magna. n. pars profectus
est. velle proficere. ut ait b. aug. si-
cut progredi tam reverti est. celer omnis
ignavia si volumus non redire cur-
rendum est. leo papa. In tendendi incre-
mentum. qui proficiendi perdiderunt
studium. b. in epistolis. Indefessum pro-
ficiendi studium, et iugis conatus ad perfec-
tionem perfectio reputatur. quod si studium
perfectioni perfectum est. perfecto nolle pro-
ficere deficere est. Secundum est quod se a creaturis
inferioribus ad creatorem amore
suum recolligat. Solent abscidi-
mi arbores nove inferendi ut totum
nutrimentum suum ponant superius. quia
sufficit proficere homo ad utraque
sus. gen. penult. dicitur ad ruben. effusus
es sicut aqua non crescas. aug. in
libro confessionum. Ab uno te ab-
scisus in multa evanui. exarsi. n. aliquando
saciari inferius in adolescentia. et si-
luescere ausus sum variis et umbro-
sis arboribus. ¶ Tercium est ut doctri-
ne intendat. sicut pullus absti-
nentia cibi. non proficit. sic anima sine
doctrina deficere potius quam proficere
solet. xxvii. eccl. Filia fatua in de-
minoratione fiet. In ps. Esurientes et si-
tientes. anima eorum in ipsis defecit.
¶ Quartum est meditatio. et precipue
illa que versatur circa beneficia
vel a primo recepta. vel circa alia
incitativa ad amorem dei vel proximi
de quibus dictum est prius. in ps. In me-
ditatione mea exardescet ignis. ¶ Quintum
est oratio. b. Amorem dei in hominibus
gratia genitum. lactat lectio. meditatio
pascit. oratio confortat et illuminat. ¶

tatem. Prudentia est contra ignorantiam. forti
tudo contra infirmitatem. temperantia contra
concupiscentiam. Iusticia contra maliciam. et
malignitatem. His .iiii. uirtutibus quasi
quattuor lapidibus preciosis constat co
rona sponse christi. prudentiam habet a parte
anteriori. ut caueat a futuris. Iusticiam
a parte posteriori. ut satisfaciat de preteritis.
temperantiam a dextris ne eleue
tur in prosperis. fortitudinem a sinistris
ne succumbat in aduersis. cum uirtus
sit circa bonum secundum librum sapien
tie. Quadrupliciter autem peccat anima circa
bonum. scilicet uel eligendo quod apparet
bonum cum non sit. uel id quod uere bonum
est. licet sibi non esset bonum. fugiendo. eo
quod molestum sit. uel appetendo quod
simpliciter est bonum. cum sibi sit bonum.
eo quod non est commensuratum. uel appe
tendo quod primo est malum. eo quod
bonum sibi. Prudentia est contra primum
que prodit et manifestat. non esse bonum
quod apparet esse bonum. Fortitudo est
contra secundum que amplectitur quod mo
lestum est tanquam bonum expediens.
ut est medicina amara. uel incisio in
corpore pro salutem corporis sui. Tempe
rantia est contra tercium que cauet solli
citudinem. Iusticia est contra quartum que cauet
primo nocumentum. Prudentia cauet
errorem qui est principium ceterorum malorum.
fortitudo excludit timorem scilicet. Sapientia.
fortitudinis est non nisi turpia timere.
Temperantia excludit cupiditatem scilicet.
hec duo principia omnis peccati. unde glo.
super illud ps. Incensa igni et suffossa.
omnium peccatorum due res faciunt. scilicet cupi
ditas et timor. Iusticia seruat amorem
proximi. et est uinculum societatis hu
mane. ut ait seneca. in libro de .iiii. uirtutibus.

Prudentia dissoluit que falluntur. tem
perantia compescit ab hiis que irritant
et alliciunt. fortitudo sustinet que ex
terrent. seneca in epistolis. Leuanda sunt
que me exterrent. compescenda que me
irritant. dissoluenda que falluntur.
Iusticia timet quod est timendum. et amat
quod est amandum. tullius in libro de officii
is. Nemo potest esse iustus qui mortem
qui dolorem. qui exilium. qui egestatem
timet. Prudentia facit ut homo se be
ne habeat ad uera et ad falsa. unde prudentia
est in .ii. uero sollertiaque uersatur. iuxta
librum tullii. in libro de officiis. temperan
tia et fortitudo ut bene se habeat ad prospera
et aduersa. Iusticia ut bene se habeat ad
deum et proximum. Prudentia temperantia
fortitudo et iusticia secundum aliquam ac
ceptionem suam. accipiuntur in .ii. diuisimo
de ut patebit cum de singulis agetur.
Videntur operari circa unum et idem
opus mirorum. Prudentia eligit quod
agendum est. temperantia cauet. ne quid
nimis. fortitudo ne quid parum. Iusti
cia opus ordinat ad debitum finem.
Prudentia prouidet spem. temperantia et
fortitudo modum. iusticia ordinem.
Sustinet hac .iiii. uirtutum designatur
in multis locis in scriptura sacra.
Primo in .iiii. fluminibus paradysi. de qui
bus legitur gen. ii. ubi dicit glo. gregorii. Qua
tuor flumina paradisum irrigant. quo
dum hiis .iiii. uirtutibus cor infunditur.
ab omni desideriorum carnalium estu
temperatur. Secundo. in .iiii. coloribus quibus
decorate sunt cortine tabernaculi.
exo. xxvi. que signant has .iiii. uirtutes.
in quibus decor ecclesie consistit. Iacinctus
aereus et celestis colorem pretendit ad pru
dentiam. qua deum et angelos spiritualiter

Temperancia

intinctam. byssus habens candorem pertinet
ad temperantiam. que candidam et mun
dam reddit animam. purpura sanguinei co
loris. ad fortitudinem que parata est san
guinem pro christo fundere. coccus ignei
coloris. ad iusticiam propter zelum ipsius.
Tercio in .iiii. speciebus conficiebatur un
guentum. quo tabernaculum et vasa ip
sius et ministri ungebantur. de quibus
habetur. exo. xxx. mirra prima pertinet ad
temperantiam. que est in iuventute tan
tum laudabilior. Cinnamomum quod
est cineris colores quod cum frangitur
in modum nebule spiramentum visi
bile emittit. ut dicit glo. super exo.
xxx. pertinet ad humilitatem que est
omnis iusticia. mt. iii. Sic decet nos
implere omnem iusticiam. id est per summam
humilitatem. Cassia que crescit in a
quis pertinet ad prudentiam que in
aquis doctrine nutritur. calamus arbor
aromatica pertinet ad fortitudinem
que adversa tolerando dat odorem sua
vitatis, ut species aromatice cum con
teruntur redolent. hys .iiii. addito oleo
divini amoris conficitur unguentum
bone fame suavissime redolens. eccles. vii.
melius est nomen bonum quam preciosa
unguenta. Quarto hee .iiii. virtutes
sunt quasi .iiii. rote in curru igneo quo
sublevatus est amicus dei. iiii. Re. ii. Currus
iste igneus est conversatio ardenter
amantium deum. Quinto commendantur iste
.iiii. virtutes figuris .iiii. animalium.
aquila. vitulo. leone. homine. de quibus
apoc. iiii. et ezech. i. In aquila signatur
prudentia. cuius est vigilare in rebus
discernendis, ut ait aug. Aquila enim
habet visum acutum. In vitulo tem
perantia. Vitulus enim immolabatur

in lege. exhibentia exhibet corpus suum
deo hostiam viventem. ro. xii. In le
one fortitudo. prov. xxx. Leo fortissimus
animalium ad nullius pavebit occursum.
In homine. iusticia que vinculum est huma
ne societatis. ut dictum est prius. Se
cundum .iiii. esse evangelistas et .iiii. evangelia
designandum quod ille qui doctrinam evan
gelicam docent. et qui eam tenent his
.iiii. virtutibus pollere debent. Incipit
Post has virtutes tractatus de pruden
primo agetur de prudentia. que alias
dirigit. de qua hoc modo agetur. Primo
distinguentur diversi modi quibus no
men prudentie sumitur. Secundo defini
tiones eius ponentur. Tercio quomodo
sit virtus ostendetur. Quarto agetur
de diversis eius actibus. Quinto
commendationi eius insistetur. Sexto
tangetur de speciebus eius. Septimo de
hiis que ei adversantur. Nomen pruden
Circa primum notandum quod tie distingu
hoc nomen prudentia quandoque sumitur
pro eo quod apparet esse prudentia cum non
sic sumitur ro. viii. Ubi dicitur. pruden
cia carnis mors est. glo. Prudentiam car
nis habet quis. cum studiosius implet
que carnis sunt. appetendo bona tem
poralia et fugiendo mala. Et cum non
verum tamen sequitur. Prudentia vero
dicitur cum res stulta sit. quia ita videtur
secularibus hominibus. Sic et sumitur
sapientia pro sapientia apparente. Unde sic
in eodem. c. Sapientia carnis inimica
deo. i. cor. iii. Sapientia huius mundi
stulticia est apud deum. Quandoque autem
dicitur divinarum et humanarum rerum
notitia secundum tullium senece. in epistola
et tullius in li. de officiis. et ista
tio subdividitur in tres partes. nam

& naturalem & moralem. ut tangit se
neca. Prudentia u° dr̄ scia operandorum. b̄ea
nemasceni diuidit moralem in duas. in
eam que est in ea contemplatiuam & id quod est
in ea actiuum. Contemplatiuum est quod
cognoscit res prout hn̄t se. Actiuum u° quod
consiliatiuum est. quod agenda dirigit. & uo
cat contemplatiuum intellectum. actiuum
rationem. & dicit sapientiam pertinere ad con
templatiuum. prudentiam u° ad actiuum.
Quando u° auctores pro eodem uidentur su
mere prudentiam & sapientiam. Vn̄ prov. xvi.
Qui sapiens est corde appellabitur pru
dens. Quandoque u° sapientia sumitur pro cogniti
one diuinorum. & prudentia pro cognitio
ne humanorum. Vn̄ sup illud ps. Os me
um loquetur sapientiam & me. cor m. prud.
dicit glo. Sapientia ad diuinas res per
tinet & post subditur. prudentiam s. de
mundis. Et nota quod mos est habitus ex q°
fit premeditatione est frequentia operum.
Vel ab eo quod est mor. quod sine mora est
eius operatio. Vel dr̄ mora. i. adinuentio
ne assuefactionis. aug. sic distinguit
inter sapientiam & scientiam in li. de trinitate.
hec est inquit sapientie & scientie recta distinc
tio. ut ad sapientiam pertineat eternarum rerum
cognitio intellectualis. ad scientiam u° tem
poralium rerum cognitio rationalis. Sa
pientia sumitur pro sapida scientia. seu pro
scientia sapore uirtutum condita. eccl. vi.
Sapientia doctrine secundum nomen eius sapi
entia est. Sicut nomen eius a sapore
dictum uidetur. Sapiens. Signum oportet
habere habitum facientem delectatio
nem & tristiciam. In hoc differt litteratus
malus a sapiente. quod litteratus malus
gaudet de hoc quod scit apponere & respondere
de hiis que pertinent ad mores. Sapi
ens u° de hoc quod illa sunt. l. & sermonibus.

Inuenisti plane sapientiam. si priora ui
te peccata defleas. si huius seculi desiderabi
lia paruipendas. si eternam beatitudinem
toto desiderio concupiscas. Inuenisti sa
pientiam sicut horum singula sapiunt pro ut
sunt. Quandoque u° sapientia dr̄ cognitio de
deo que per saporem eius habita. ut cum
aliquis gustauit & uidit quoniam suauis
est dominus. & hec cognitio differens est
ab illa qua aliquis credit deum esse su
auem. quod scriptura hoc dicit. in ps.
Sicut differt cognitio quam habet aliquis
de dulcedine uini per gustum. ab illa
que est per auditum. Prudentia et
quandoque sumitur pro uirtute. & hoc mul
tipliciter. vel pro uirtute s. gratuita. vel
pro uirtute ex multis operationibus ac
quisita. Item quandoque sumitur large
ut comprehendat omnes uirtutes cog
nitiuas. & sic uidetur sumere eam
tullius dicens. Prudentia est rerum
humanarum & diuinarum cum ratione bene
uiuendi. intellige directione bone
uite. Prudentia. i. est. iuncta cog
nitio. rationem bene uiuendi intellige
directionem bone uite. Prudentia. i.
est cognitio directiua bone uite. quandoque
u° strictius sumitur. ut non compre
hendat fidem. vel donum consilii. vel
intellectus vel scientie. Prudentia descri
Prudentia sic describitur. bitur.
Ab aug. in li. de moribus eccl. pru
dentia est amor ea quibus adiuuatur
in deum. ab hiis quibus impeditur. saga
citer eligens. In li. ii. de spiritu & anima.
dr̄ quod prudentia est scire quid anima
debeat facere. sup illud. gen. xv. erat
qui manducauerunt. iiii. ch. dicit glo.
greg. Prima s. prudentia est cognitio
rerum uitandarum appetandarum. et

p

potest esse sumptum de verbis tullii in li.
de officiis dicentis. Prudentia est rerum
appetendarum fugiendarumque scientia. descri
bitur et sic. prudentia in libro de req
e tuentis. Prudentia est rerum bonarum
et malarum cum alterarum dilectione et reli
quarum detestatione scientia. Hec virtus
discernit bona a malis et bona ab
invicem. Tullius eam sic describit
in rethoricis. Prudentia est rerum
bonarum et malarum et utrarumque scientia. hec
virtus discernit bona a malis et bo
na ab invicem. ostendendo quod sit me
lius et mala ab invicem. ostendendo
quod sit maius malum. ostenditur quoniam
Sed queritur prudentia sit virtus.
utrum prudentia virtus sit. cum
videatur esse scientia secundum multas descrip
tiones eius. prius positas. Ad quod
videtur posse responderi. quod prudentia gra
tuita virtus est. quia est radius veri
a vero sole procedens. cognitio quidem
habitum mali circa ea que pertinent ad
mores. cognitio est quasi mortua. In
valida ad movendum voluntatem.
ut bono cognito consentiat. vel dissen
tiat a malo cognito. Sed prudentia
virtus non solum lumen est illuminans
intellectum. sed et calefaciens affectum. Non
solum enim ostendit quid. quia et qua
liter sit agendum. sed et monet volun
tatem ut appetat bonum post iudicium.
vel fugiat malum. vi. viii. Prudentia
species una. prudentia non virtus consue
tudinalis. ex frequentia operum relic
ta. non est idem cum scientia. que est com
munis de hiis que sunt circa operati
ones voluntarias. operationes non
ex quibus ut est virtus relinquitur. Sed
singulares discretiones de singularibus

fugiendis. vel appetendis. non secundum quod
sunt in ymaginatione tantum vel opinione
sed secundum quod sunt subiecta sensui. Quan
do non de multis quod mihi non novit
hoc quod fugiantur vel appetantur dum
in ymaginatione. quoniam dum sunt
sui. habitus non relictus ex hiis sin
gularibus discretionibus. potentior est ad
dum voluntatem. ut consentiat bono
vel dissentiat a malo. quoniam scientia
que est communis de hiis que per
ad mores. Et videtur differre alter
habitum a reliquo. sicut scientia musice
quoniam habet aliquis magister artium qui
gerit musicam in scolis. qui tamen nes
ret cantare responsorium unum.
a cognitione quoniam habet ille qui habet
scientiam organizandi. in quo non
est relictus habitus ad cantandum
tum ad vim comprehensivam habi
tum ad vim motivam. et impa
motum. et exequentem. similis diffe
rentia est inter habitum quem habet
in medicina qui scit legere libros
divine. et pertinentes ad practicam
pertinentes ad theoricam qui non habet
suetudinem operandi. Ab habitu illius
habet consuetudinem operandi. Et ideo
non est aliquis prudens prudentia
eo quod sit prudens solum intellectu
scientia et opere. Unde usus scripture
communiter loquentium habet. Unde
dentes dicantur. qui imprudentes
liter prudenter intelligant. quid
et qualiter sit agendum. Unde prudentia
virtus consuetudinalis non relinquitur
in aliquo non qui prudenter se habe
dum prudenter intelligendo. pru
volendo. prudenter agendo. Job
multo tempore prudentia. qui habet pru

tiam. uirtutem. Item hec ad prudentiam
diſcernendum. prudentie uolendum. pru
dentie agendum. Ad hoc dicendum quod prudentia
ſit uirtus. uidetur facere hoc quod ipſa cog
nitio ſit boni uel mali cognitio. et ta
lis boni uel mali quod difficile eſt diſcer
ni ut uitia que pretendunt ſpeciem uirtutis.
Ad hoc dicendum quod ipſa ſit uirtus. uidetur
facere actus libere uoluntatis prece
dens eius cognitionem. que auguſtinus uo
cat amorem diſcernendi. a quibus ad
iuuamur in deum. ab hiis quibus impediamur.
Cognitio pertinens ad prudentiam non eſt
cognitio elicita per uiolentam probationem.
ſed eſt cognitio credulitatis cuius conſenſus
eſt ſine neceſſitatis coactione. Poteſt etiam uideri
alicui quod ſicut temperantia ordinat
uim concupiſcibilem ad delectationes
ſenſuum. ita prudentia ut eſt generalis
ordinet uoluntatem liberi arbitrii ad
operationes. que pertinent ad uim ro
nabilem. Voluntas enim liberi arbi
trii penes quam eſt ſumma poteſtas in
anima. ita poteſt ſe inordinate habe
re circa operationes intellectus uel rationis.
ſicut reſpectu ſenſuum. Unde ſicut ne
ceſſarie ſunt alique uirtutes que or
dinent eam reſpectu ſenſuum. ſic neceſſaria
eſt aliqua uirtus que ordinet eam reſpectu
intellectus. et ſicut uoluntas reſpectu
eorum que ſunt delectabilia ſecundum
ſenſum poteſt eſſe uirtuoſa et uitioſa. ſic
uoluntas que eſt reſpectu cognitio
nis uidetur poſſe eſſe et uirtuoſa et
uitioſa. et poterit forſitan uideri ali
cui quod hoc ſit quod ſeneca intelligit
in epiſtola nomine philoſophie dicens.
Sapientia bonum perfectum eſt mentis humane.
philoſophia. ſapientie amor eſt et af
fectio. Item illud quod conſiſtit ali

quid inter philoſophiam et ſapientiam
intereſſe. neque enim fieri poteſt. ut idem
ſit quod affectatur et quod affectat. quo
niam multum intereſt inter auaritiam et
pecuniam. cum illa cupiat. hec concu
piſcatur. Sic inter philoſophiam et
ſapientiam. Ideo alii philoſophiam ſtu
dium uirtutis eſſe dixerunt. alii
ſtudium corrigende mentis. a quibuſ
dam dicta eſt appetitio recte rationis.

Sequitur **de officiis prudentie.**
de diuerſis actibus ſeu officiis pru
dentie. Notandum ergo quod ad prudentiam pertinet
actus aliarum uirtutum dirigere. prouerbiorum
xv. Vir prudens dirigit greſſus ſu
os. Primus eſt oſtendere quid. quomodo et
quando ſit agendum. Primus enim prude
ntie opera noſtra deo ſint grata nobis uti
lia. primo non uitioſa. ad eam ui
detur pertinere diſcretio illa. de qua
dicit bernardus ſuper cantica. Eſt diſcretio
non tam uirtus quam quedam moderatrix
uirtutum et auriga. ordinatrixque af
fectuum. et morum doctrix. tolle hanc
et uirtutum uitia erunt. et intelligas
ibi eam uirtutem uocari in quantum
dirigit proprios actus ſeparatos ab ac
tibus aliarum. aurigam uero uirtutum
in quantum alias uirtutes dirigit
in actibus ſuis. eius eſt moderari fer
uorem properantem. bernardus ſuper cantica. Vir
tus diſcretionis abſque caritatis fer
uore iacet. et feruor uehemens abſque
diſcretionis temperamento precipitat. Ideo
que laudabiles cui neutrum deeſt.
quatenus feruor diſcretionem erigat.
et diſcretio feruorem regat. pruden
tie eſt prouidere ut operibus noſtris deus
glorificetur et nobis premium acqui
ratur. et exemplum bonum proximo

pbeatur. Ad prudentem pertinet nolle fal
lere: et falli non posse. Math. x. Estote pruden
tes sicut serpentes et simplices sicut co
lumbe: prudentes ut falli non possitis,
simplices ut fallere non velitis. Sen.
in li. iiii. principalium virtutum. Pru
dens fallere non vult, falli non poterit.
It(em) prudentie est res secundum veritatem
estimare: et non secundum multorum opinionem.
Sen. eodem li. Quisquis prudentiam
sequi desideras: tunc per rationem recte
vives, Si omnia prius existimes et
perpenses, et dignitatem rebus non ex opini
one multorum sed ex eadem natura con
stituas. Id. Quecumque ex rebus transito
riis possides, non mireris nec magni
estimes quod caducum est. Ipsius est
non quam multis sed qualiber placeas
cogitare: nec quis dicat sed quid di
catur attendere. Sen. in li. de iiii.
virtutibus c. de prudentia. Non te mo
neat dicentis auctoritas non quis sed
quid dicat intendito. nec quam multis
sed qualibet cogita. ¶ It(em) prudentie est
que nobis commissa sunt ad dei gloriam
et utilitatem esse dispensare. Math. xxiiii.
Quis putas est fidelis servus et pru
dens. q. c. do. s. f. s. ut det illis cibum
in tempore, et luc. xii. Quis putas est fide
lis dispensator et pru. etc. Sen. Non
apud te que habes tamquam aliena ser
vabis. sed pro te tamquam tua et dispen
ses et utaris. ¶ It(em) prudentie est cavere
ne aliquid leviter inchoetur, vel incho
atum ante perfectionem de facili re
linquatur. Seneca. eod. li. Scito in qui
busdam te debere perseverare quod cepisti.
quedam vero nec cepisse: in quibus perseveran
re sit nocivum. Idem in epistolis. melius
est ut proposita custodias. quam ut bene

sita proponas. Ipsius est mutabilitatem cau
Sen. in li. de iiii. virtutibus c. de pruden
tia. Si prudentiam amplecteris ubi
idem eris. et prout rerum aut temporis
rietas exigit. ita te accomodes tempori
te in aliquibus mutes. sed potius
sicut manus que eadem est. et cum
mam extendit. et cum in pugnum
stringitur. eccl. xxvii. homo sanctus in sa
manet sicut sol. Nam stultus sicut
luna mutatur ¶ It(em) prudentie est
pora in occulto sicut in publico cave
Sen. in eodem. Id opta quod optavit om
bonus pot. ¶ It(em) ipsius est humilem
tum diligere. Sen. in eod. Ne alti
te rei imponas, in qua stanti t
mendum, disederit cadendum
Ipsius est in prosperis potius quam
adversis consulte agere. Sen. in
Tunc consilia salutaria advoca
est alludit vite prosperitas. tunc ve
lut in lubrico retinebis. ac sistes pe
indiget lumine qui incedit per lo
brica. quam qui incedit per arida. ¶
prudentie est non solum interiora sed
exteriora ordinare. prov. xvii. In facie pru
dentis relucet sapientia. oculi stultorum
in finibus terre. eccl. xix. Ex visu cog
citur vir. et ab occursu faciei cogno
tur sensatus. amictus corporis et ri
dentium. et ingressus hominis enun
de illo. ¶ It(em) prudentie est actus
ordinare. Primus actus eius co
gitare quod prudentia ordinat. du
solum cogitationes noxias sed et
cavet. Iere. iiii. Usquequo morabuntur
cogitationes noxie. Sen. Cogitatio
vagas et inutiles et velut somp
niles non recipies, quibus si animum
tuum oblectaveris cum omnia dis

nus tristis remanebis. Racio est duplex hoc
potes preter ad sensibilem comparatur.
inventiva. sive investigativa. iudica
tiva. memorativa. & imperativa.
Racionem investigantem prudencia ordinat
dum eam cohibet ab inquisicione inuti
lium. vel nimis difficilium. prov. xxv.
Non erigas oculos tuos ad opes quas non
potes. Ibidem. Prudencie tue pone mo
dum. Sen. Id quere quod potes invenire.
id disce quod potes scire. eccl. iii. Altiora te
ne quesieris & forciora te ne scrutatus fueris.
& paulo post. In supervacuis rebus noli scru
tari multipliciter. & in pluribus operibus eius
ne fueris curiosus. ro. xii. Non plus sapere
quam oportet sapere. ysa. xix. Confundentur
qui operabantur linum plectentes & te
xentes subtilia. ¶ Item prudencia racionem
inquirentem dirigit. dum eam secundum ordinem re
quirere facit. Sen. In tractatu de iiii or
virtutibus. c. de prudencia. cuicunque sci
enciam requires. cum multa invenies querendo
cogitabis. ¶ Item racionem dirigit inquirente
tem dum eam ex aliis alia conicere
facit. ut ex presentibus futura. Sen. con
silium prudentis ex apertis obscura considerat.
ex parvis magna. ex proximis remota. ex
partibus tota. Si prudens esse cupis in fu
turum prospectum intende. Dirigit etiam
racionem inquirentem circa ordinem
sciendi. & studium & finem. b. super cant.
Sunt ea prius ampliusque curanda quam sen
cius vicinora saluti. Id. scias modum
sciendi. ut scias quo ordine. ut id pri
us maturius ad salutem. quo studio. ut
ardencius quo vehemencius ad amorem.
quo fine ut non ad edificacionem tuam vel
proximi. Idem. Sunt qui scire volunt
eo fine tantum ut sciant. & turpis curio
sitas est. alii ut sciantur ipsi. & turpis
vanitas est. alii ut scienciam suam ven
dant. pro pecunia pro honoribus. & turpis
questus est. alii ut edificent. & prudencia
est. ¶ Racionem iudicantem pruden
cia multipliciter dirigit. Primo dum eam
cohibet a quibusdam iudiciis que ei non
sunt licita. non est iudicium de incertis
quod prohibetur. mt. vii. & luc. vi. Nolite
iniquum iudicare. glo. duo sunt in quibus
iudicium temerarium cavendum est.
Sunt enim quedam media incerta quo
animo fiant. que bene & male possunt
fieri. Nescimus etiam quales futuri sint
qui nunc apparent mali. de cuius corre
ctione desperare. eciamsi quem abiectum
reprehendere temerarium iudicium est.
i. cor. iiii. Nolite ante tempus iudicare. ¶ Item
cohibet racionem a iudicio usurpativo
quod est cum aliquis iudicat personam que
sibi subiecta non est. glo. super mt. vii. Te
merarium iudicium est. cum quis de quibus non est
commissum iudicat. ro. xiiii. Tu quis es
qui iudicas alienum servum. ¶ Item pru
dencia racionem iudicantem dirigit. dum
eam a levitate vel nimia tarditate
reddendi custodit. & omnibus non & nulli
credere vicium est ut ait Sen. Qui le
viter credit viciose agit. eccl. xix. qui
cito credit levis est corde. Sen. Pru
dentis proprium est examinare consilia
& non cito facili credulitate ad falsa
prolabi. prudens enim non indicio credit.
& non nisi examinatam sentenciam in consensum
credulitatis admittit. Sen. opinio
nes tue iudicia sint. Sicut in dispu
tacionibus non admittimus nisi manifeste
vera. vel que veris probacionibus consecuta
sic in consensum credulitatis non de
bemus admittere. nisi vel manifesta
vel ea de quibus sit nobis plena fides.

quod precipue seruandum est in hys que non expedit nobis credere. ut sunt mala que nobis dicuntur de proximo. que amorem nostrum ad proximum ledere solent. et dare occasionem despiciendi proximum. ¶ Item prudentia rationem iudicantem dirigit. dum eam cohibet ne uel dubia temere diffiniat. uel uerisimilia affirmet. Seneca. De dubiis non diffinias. sed suspensam tene sententiam. nichil affirmes. quia non omne quod est uerisimile. statim et uerum est. sicut et sepius quod primum incredibile uidetur. non continuo falsum. crebro faciem mendacii ueritas tenet. crebro mendacium facie ueritatis occulitur. Nam sicut aliquis frontem tristem amicus et blandam adulator ostendit. sic uerisimile coloratur. et ut fallat conatur. ¶ Rationem et memorantem prudentia dirigit. dum salubria facit reminisci et noxia obliuisci. Salubria ad reminiscendum sunt ut beneficia dei uel proximi. noxia ut iniurie proximi. Item. dum inter bona presentia. mala facit reminisci. contra elationem superbie. et inter mala presentia bona. contra detectionem (?) nimiam. eccli. xi. In die bonorum ne inmemor sis malorum. et in die malorum ne inmemor sis bonorum. Rationem et prudentis est sermone interpretari. quod cogitauit. Prudentia dirigit. dum sermonem moderatur. prouerbiorum x. Qui moderatur labia sua prudentissimus est. eccli. xxi. Labia imprudentium stulta narrabunt uerba autem prudentium statera ponderabuntur. Seneca. Sermo tuus non sit inanis. sed aut suadeat aut moneat aut consoletur. aut precipiat. laude parce. uituperatio parcius. Sic enim reprehensibilis est nimia laudatio:

ut immoderata uituperatio. Illa siquidem adulatione. ista malignitate suspecta est. testimonium ueritati non amici[illegible] reddas. cum consideratione proxim[illegible] tinus quam peruiseris (?). pro ista prudentia est taciturnitatem amare. prouerbiorum xi. [Vir pru]dens tacebit. eccli. xx. est tacens et prudens. Prudentia et rationem dirigit circa ipsam prudentiam. ut non prude[ns] sibi uideatur (?). nec facile se creda[t pru]dentiam. prouerbiorum iii. Ne innitaris prudentie tue. ro. xii. Nolite esse prudentes apud uosmet ipsos. ¶ Item ysa. v. [Ve qui] sapientes estis in oculis uestris et [coram] uobismet ipsis prudentes. ¶ Item prudentiam pertinet prouidere ne toto tempore detur actioni. Seneca. Non semper actu sis. sed interdum animo tuo [qui]em dato. et requies ipsa plena sit [o]pere. studiis. et cogitationibus bonis. [Bernardus] in li. de consideratione. Non te totum nec semper des actioni. sed considerationi aliquid tui. et cordis et corporis [illegible] consideratio. opus actionis pro[illegible]gua (?) presumptione suas facit [illegible]do quodam modo et preordinando que a[illegible]genda sunt necessario. Saue ne [illegible] preuisa. et premeditata potentius [illegible] perficio precipitata magis procul[illegible] ¶ Item prudentia insidias preca[uet]. aug. prudentia est in precauendis insidi[is] [illegible]is et ipsa est in bello spirituali [illegible]. Exemplum habemus de hoc in [illegible] prudentia percussit superbum. iob [illegible] ipse tribus uerbis facere scriptum [illegible] serto diabolum prostrauit. [illegible] prouerbiorum. ¶ Vir sapiens fortis est. et uir doctus robustus. et ualidus. quia cum dispositione initur bellum. et erit [salus] ubi multa consilia. eccles. xx. Ciuita[tem]

parma &c. & scildtum. Inventus est in ea
vir pauper & sapiens. & liberavit urbem
per sapientiam suam. & subiungit salomon.
Dicebam ego sapientiam meliorem for
titudine. & in eodem. Melior est sa
pientia quam arma bellica. & sap. vi. melior
est sapientia quam vires. & vir prudens
magis quam fortis. & vii. eidem. Sapi
entiam non vincit malicia. & xviii. econ
trario stulticia. vel imprudentia. in
bello spirituali succumbit. baruch. iii.
quia non habuerunt sapientiam perierunt
propter suam insipientiam. tullius in re
thoricis. Parva foris sunt arma nisi
sit consilium domi. De stulticiis que
accidunt in pugna spirituali.

De stulticiis vero quasi in nimis quibus imprudentes in bello spirituali succumbunt. causa
brevitatis paucas enumeremus.
Prima est eorum qui ante pugnam ar
mare se nolunt. sed tunc primo ar
ma accipiunt. cum dolorem vulne
rum sentiunt. tunc primo pacie
vel humilitatis clipeum sumunt.
cum gladio lingue venenate sunt
vulnerati. eccli. ii. Prepara animam
tuam ad temptationem. preparatio
ista est excogitatio de modo resistendi
temptationi quod faciendum est ante
temptationem. semper enim deberet
incedere armati. qui sunt inter ho
stes suos. modum convenientissimum
resistendi temptationi que est per lin
guas venenatas. christus ostendit in sum
ma taciturnitate. blasphemias
persecutorum audiens. ysa. liii. Quasi
agnus coram tondente se obmu
tescet. & non aperiet os suum. In ps.
Ego autem tanquam surdus non audiebam.
Secunda est eorum qui sumunt arma

nimis onerosa. precipue cum non
habeant eorum consuetudinem. qui quidem
eorum ponderositate deiciuntur. ut qui
nimis ieiunant vel orant. david
arma saul deposuit. quia ponderosa
erant. & non habebat eorum consuetu
dinem. & levibus armis vicit. i. reg.
xvii. Tercia est eorum qui in ipso
conflictu arma sua proiciunt. quando ea
fortiter tenere deberent. scilicet paciam
et humilitatem. Unde dictum est boecio.
Talia tibi contuleram arma. que nisi
prior abiecisses invicta te firmita
te tuerentur. Quarta est eorum qui
ex ea parte qua debiliores sunt. et
qua magis a dyabolo impugnan
tur. minus se muniunt. cum e
contrario esset faciendum. qui se
videt ad avariciam pronum. multum
deberet curvari ad largitionem
elemosinarum. ut faciunt qui lignorum
tortuosa dirigunt. iuxta verbum
philosophi. multum ea inflectunt eam in
contrarium. ut sic ad rectitudinem
reducantur. Quinta est eorum qui
nolunt resistere hostibus in loca ubi
facilius possent. ad portas castri
hostibus resistendum est. aut in ali
quo loco alto & arcto ubi paucitas
multis resistat. & non tunc primo
resistendum est. quando totum castrum
vel totam terram occupaverunt.
Sic ad portas sensuum spiritualibus
est resistendum. In alto etiam emi
nentis vite ponere nos debemus
quod arctum multis occupationibus
faciendum est angustum. ut ho
sti una non pateat. & ibi hosti resi
stendum. Sic eliachim precepit
obtineri ascensus montium. per

quos vna poterat. ce in chrlm. vt legitur
Judith. xiij. ¶ Sexta est eorum qui nostrum
hostem interficere dum paruulus est.
non attendentes illud. ps. Beatus
qui tenebit et allidet paruulos suos
ad petram. Tales nolunt hosti re-
sistere donec fuerint interfecti. ab
eo. poeta. Principijs obsta. Jero. Lu-
bricus est antiquus serpens. et nisi
capite teneatur statim totus illa-
betur. gen. iij. Dictum est serpenti
de muliere. ipsa conteret caput tu-
um. ¶ Septima est illorum qui contra
suos pugnant. et hostes suos amicos
reputant. cum peiores inimici quos
habemus sint proprius sensus et propria
voluntas. contradictiones que propri-
um sensum impugnant. et persecu-
tiones que impugnant propriam vo-
luptatem. sunt adiutoria nobis.
adeo nulla contra hostes nostros pes-
simos. Vnde contra hostes suos pug-
nant. qui talibus repugnant. e con-
trario fauores hominum et applau-
sus. hostes veri sunt. qui nos decipi-
unt. licet hoc multi non intelligant.
pro. xxiiij. Vade contra virum stultum
et nesciet. ¶ Octaua est eorum qui de
prope volunt pugnare cum hoste. qui
ex propinquitate vires assumit. et
ex elongatione eas amittit. vt
est fornicatio et cetera vicia ad vo-
luptatem pertinentia. Ideo dicitur
i. cor. vi. Fugite fornicationem.
¶ Nona est qui fugiendo eorum hostem
vitare nolunt. qui fugientes
magis insequitur. vt faciunt
illi qui aduersa huius mundi ni-
mis timent. Sen. Quemadmodum
pernitiosior est hostis fugientibus.

sic omne formentum incommodum ma-
gis instat credenti. et aduersa mi-
tium mutatus sunt Josue videns
populum dei fugientem Josue. vii.
Domine deus inquit quid dicam
videns israel hostibus suis terga
vertentem. ¶ Decima est illorum qui
cum pugnandum est contrariis
pugnant similibus. vt odio contra
odium. garrulitate contra garru-
litatem. stulticia contra stulticiam. pro
amore contra odium pugnandum
sicut aqua pugnatur contra ignem. pro.
xxv. ¶ Si esurierit inimicus tuus ci-
ba illum. taciturnitate contra garru-
litatem. Sapiens. Garrulo non respondere
consultum est. eccli. viij. Non li-
tiges cum homine linguato. ne
struas in ignem ipsius ligna. Pru-
dentia contra stulticiam. pro. xxvi. Ne
respondeas stulto iuxta stultitiam
suam. ne ei similis efficiaris. ¶ Vn-
decima est illorum qui laborant in ex-
pugnatione hostium suorum. quos
gloriosius sine ictu possent vincere
patiendo. pro. xvi. Melior est pa-
tiens viro forti et c. et xx. eidem. Ne
dicas reddam malum pro malo. expec-
ta dominum et liberabit te. liberabit
inquam a labore et periculo vindicandi
te. Preterea ad plenum vindicabit
te hostem tuum patibulo infer-
ni tradendo. ¶ Duodecima est illorum
qui vitant hostem suum ad suam
infectionem. greg. Non est timendus
hostis qui non potest vincere nisi vo-
lentem. Sicut dyabolus non potest vin-
cere nisi volentem. ita nec occidere
inuitantem. dyabolus cordi applicat gla-
dium. ipsa malam cogitationem immittere

Impinges et infiges gladium cordi tuo
qui consentis. et sic diabolum imitas.
Item dyabolum imitatur qui sciens et vo
lens vadit ad foveam in quam diabolus
mittit eum precipitare; prov. xxiii. Fovea
profunda meretrix. deberet enim ponere
qui temptatur de peccato cavens. quod
sibi est ad locum ubi illud committat.
nisi dyabolus illuc eum portet. Item dya
bolum imitatur qui gladium et con
ducit quo ab eo interficiatur ut qui
dat alicui mulieri ut peccato suo con
sentiat. De commendatione prudentie

Dicto de officio prudentie. in sillo
quendum est commendationi ipsius.
Et non quod multa que dicta sunt de offi
cio prudentie valere possunt ad eius
commendationem. Preter illa vero primo
facit ad eius commendationem multi
plex ammonitio quam scriptura sacra
facit ad eam. Math. x. Estote prudentes
etc. prov. iii. In omni possessione tua ac
quire prudentiam. prov. iiii. Attende
ut custodias prudentiam. eidem xvi.
Acquire prudentiam quia preciosior est
auro. Secundo quod filius dei ore proprio
eam docere voluit. prov. ii. Dominus dat
sapientiam et ex ore eius prudentia. nec
solo ore eam docuit sed opere. persecuto
res prudenter declinando. Jo. viii. Ihesus
abscondit se. et exivit de templo.
Tertio quod ipsa est nobilis species cogni
tionis. prov. ix. Scientia sanctorum prudentia.
Unde ad commendationem eius faciunt
que pertinent ad commendationem sapi
entie de qua multum habetur in li
bris salomonis. quasi fere per tota et psalterium.
prov. iii. Ubi dicitur. Beatus homo qui in
venit sapientiam. et qui affluit pruden
tia melior est acquisitio eius nego

ciatione auri et argenti. et in eodem.
Lignum est vite hiis qui apprehen
derint eam. et eidem viii. Melior
est sapientia cunctis opibus preciosis. et
omne desiderabile ei non potest compa
rari. et eidem xvi. Posside sapientiam. quia
auro melior est. et in eodem. Ubi non
est scientia anime non est bonum. et sap.
vii. Omne aurum comparatione sa
pientie est harena exigua. et quasi lutum
estimabitur argentum. in conspecto
tu illius. et eidem x. Si quis erit
consummatus inter filios hominum
si ab illo fugerit sapientia tua in ni
chilum computabitur. ysa. xxxiii.
Divitie salutis sapientia et scientia. osee.
vi. Scientiam dei volui plusquam holocau
stum. sapientia dominum letificat. prov. x. Fi
lius sapiens letificat patrem suum.
et eidem xiiii. Acceptus est regi mi
nister intelligens. eccli. xx. Homo
prudens placebit magnatis. homi
nem et a periculo liberat. prov. xi. Iu
sti liberabuntur scientia. Simile habetur
eccles. ix. liberavit urbem per sapientiam
suam. Ipsa et in bono hominem con
servat. prov. ii. Prudentia servabit
te. Item domum eius roborat. prov.
xxiiii. Domus prudentia roborabitur
sapientiam astucia diaboli non superat.
ysa. xi. Non nocebunt et non occident
in universo monte sancto meo. quia re
pleta est terra scientia domini. loquitur
de serpentibus per quos intellige ser
pentes infernales. Serpens ex vir
ga moysi factus. serpentes magorum
devoravit. exo. vii. sapientia vero sanctorum astu
ciam diaboli superat. Astucie diabo
li multe sunt quos ponit gregorius.
in moralibus. Invenitur inquit in

nititis generis humani uniuscuiusque mores
eius uitio sicuti propinquit. et illa opponit
ante faciem ad que cognoscit faci
lius inclinari mentem. ut blandis
ac lenis moribus. sepe luxuriam uel
nunquam inanem gloriam. asperis uero
mentibus. iram. superbiam. uel crude
litatem proponit. ibi igitur decipula po
nit. ubi esse semitam mentis con
spicit. Ps. In uia hac qua ambula
bam absconderunt laqueum. Idem in eodem.
Sepe antiquus hostis postquam menti
nostre temptationum certamen inflixe
rit. ab ipso suo certamine ad tempus
recedit. non ut sue malicie finem pre
beat. sed ut corda que per quietem
secura reddiderit. repente rediens
facilius inopinatus irrumpat. Idem
antiquus aduersarius cum que accu
set mala non inuenit. ipsa ad malum
bona inflectere querit. cumque de
operibus uincitur ad accusandum uer
ba perscrutatur. cum nec in uerbis
accusationem reperit. intentionem cor
dis fuscare contendit. Idem. quod diabolus
fructus arboris et in hyeme et in esta
te uires conspicit. quos uermis ponere
ad radicem querit. Idem in Gregorius. Anti
quus hostis bona nostra tribus modis
insequitur. aliquando in bono opere inten
tionem polluit. ut omne quod in
actione sequitur. purum sit. Aliquando
non intentionem uiciare non preualens.
in ipsa actione homini quasi se in sig
nem proponit. ut securior sensus deni
ctio uitio quasi in insidiis perimatur. Ali
quando non nec intentionem uiciat nec
in itinere supplantet. sed opus bo
num in fine actionis illaqueat.
Idem in moralibus. Sepe de ipsa uictoria

tra bellum agitur. ut cum immun
da cogitatio uincitur. uictoris animus
elatione pulsetur. ¶ Quarto fa
ad commendationem prudentie. quia
uidetur esse predicto nobilitatis por
tie. quam temperantia. uel fortitu
do. n. commendabilis quam ipsa perficit. u
esse nobilior. contemptibili. et tale
le. que temperantia et fortitudine per
ficitur. quod autem nobilior inest meli
est. et magis est eligendum. ¶ Quin
prioritas quam habet respectu ceterarum
uirtutum. Virtus. n. cognitiua uide
precedere actiuam. Augustinus. Vt maius
est uoluntatem dei facere quam nosse
ita prius est nosse quam facere. Ier
Initium obedientie est quid precipiat
uelle cognoscere. et pars est obse
didicisse quid facias. ¶ Sexto ma
ioritatem quam habet respectu ceterarum
uirtutum. Ad eam pertinet illa discre
tio. de qua dixit Antonius. Discretio
conseruat omnes uirtutes. et est ge
nitrix et custos. et moderatrix uir
tutum. et perducit recto gradu inter
pidum monachum ad deum. quia nul
la uirtus potest perfici et stare sine
discretione. sine hac posse uidetur per
nocere homini quam prodesse. Gregorius. Vir
quo plus se posse conspicit. eo fa
moderamine rationis. deterius in
ceps ruit. Sine hac quasi de lumine
nebras incurrunt. Gregorius. Qui inten
tiue radios solis aspicit caligat
et nichil inde uidere compellitur. quia
amplius uidere conatur. Vnde nos
ipsos dum plus iusto discutimus de
ipso discretionis studio indiscre
erramus. Sine hac. si uirtus te
minatur. cum non per hanc ...

tinue melius tenetur. gg. in moralibus.
plerumque virtus cum indiscrete tenetur.
amittitur. cum discrete retinetur. plus
valetur; ex studio namque artes discen-
dentur. ut in suo tempore cum utilitate
vendatur. Id. Non eadem res est sem-
per virtus quia per momenta temporum sepe
merita mutantur actionum. Unde fit
ut cum quod bene agimus. plerumque
melius ab eius actione cessemus. et
laudabilius ad tempus deserat. quod in
suo tempore mens laudabiliter tenebat.
Sen. in sermonibus. Non in facto laus est. sed
in eo quemadmodum fiat. Ethnicus.
Insani sapiens nomen feret. equus
iniquus. ultra quam satis est virtutem
si petat ipsam. ¶ Septimo quia ipsa bo-
na domini nobis commissa multiplicat.
sine ipsa inutiliter immo dampnabi-
liter absconduntur. vel dissipantur.
Ad absconsionem pertinet parabola de
talentis. Mt. xxv. et parabola de servis.
quibus tradidit paterfamilias x. mnas. Lu.
xix. De dissipatione vero habetur
Luc. xvi. de villico qui diffamatus est
apud dominum suum. quasi dissipasset bona
illius. et Prov. xxi. Thesaurus desidera-
bilis et oleum in habitaculo iusti. et
imprudens homo dissipabit illud.
¶ Octavo quia prudentia se habet ad
spiritum rationalem iudicantem. sicut as-
sessor discretus et fidelis. quo assisten-
te laudabiliter iudicatur. Sed non de-
ficiente. pervertitur iudicium. Prov. xxviii.
Dux indigens prudentia. multos
opprimet per calumpniam. ¶ Nono. quod
quasi est lucerna in via per quam dirigas.
qui non habet prudentiam licet sit mag-
ne et alte scientie. similis est homini
in altum respicienti. et ubi pedem

suum ponat non videnti. quando facile
potest corruere. Aug. super illud. i. Cor.
viii. Scientia inflat. Preponenda est scientia
scientie. melius est enim scire infirmitatem
tuam quam naturas rerum. laudabili-
or est animus cui nota est infirmi-
tas sua. quam qui ea non respecta siderum
vias scrutatur. et terrarum fundamen-
ta et celi fastigia. Id. super Gen. ii. De for-
ma et figura celi multi disputant.
quas res maiori prudentia nostri omi-
serunt auctores. discentibus ad beatam
vitam non profuturas. occupantes quod
peius est multum preciosa et rebus sa-
lubribus impendenda tempora. Spreta
prudentia si affuerit. neque potest
homo sapiens reputari. Prudentiam
vero intellige cognitionem operandorum.
Prov. xiiii. Calidi est intelligere viam
suam. quid scilicet agendum sit. in pru-
dentia stultorum errans. ignorat enim
quid agendum sit. et in eodem. Fa-
tuitas stultorum imprudentia. id est igno-
rantia agendorum. Decimo quod
animalia irrationabilia et minima
docent nos eam. ut serpentes et for-
mice et similia. Sen. Pudeat ab exi-
guis animalibus non trahere mores.
Prov. xxx. Quatuor sunt minima
terre. et ipsa sunt sapientiora sapi-
entibus. formice populus infirmus. le-
pusculus plebs invalida qui col-
locat in petra cubile suum. regem
locusta non habet. et egreditur univer-
sa per turmas suas. stellio manibus
nititur. et moratur in domibus re-
gum. In formica commendatur no-
bis prudentia. In lepusculo qui
est animal timidum velociter fu-
giens. et in petra collocans cubile

suum. diffidentia de propriis viribus et confidentia in deo. que reperitur in hominibus timoratis. In locusta uero que saltat et post saltum decidit. ardens desiderium eternorum cum consideratione proprie infirmitatis. In stellione qui est lacertus quasi depictus et stellatus qui alas non habet sed manibus utitur. diligentia in operatione que defectum supplet nature. Ut enim dicit glo. Ingeniosi per negligentiam minus veniam merent. sed simplices quos ingenii penna non adiuvat. ad optinenda regni eterni venia. Virtus operationis levat. et qui natura tardi sunt ingenio. sollercia industrie sue ad divinam notitiam scripturarum. vel ad uirtutum gratiam quibus celum merentur. attingunt. prudentia defectus supplet. sicut prudentia supplet infirmitatem formice. prudens enim tempore necessitatis precavet providendo sibi tempore oportuno. Sic prudens in deo confidens fortitudinem suam in dei fortitudinem mutat. ysa. xl. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem. Item quod per se non potest multitudine efficit. sicut multitudo locustarum concors egreditur ad depascendum viridia. Supplet et diligentia prudentis. quod minus habet a natura. Serpens etiam docet nos prudentiam astucia sua. mt. x. Estote prudentes sicut serpentes. et sunt sex astucie serpentes quibus prudentia scientie debet assimilari. Prima est quod caput suum summe custodit per eo cetera membra exponendo. nec

minuito cum capite illeso vivat. quantumcumque membra cetera ledantur. Sic sancti per christo qui est caput eorum sua exponere non timent. prov. Qui negligit dampnum propter amicum iustus est. philipp. iii. Que michi fuerunt lucra hoc arbitratus sum propter christi detrimenta. nec mirum si per christo omnia exponunt. quod eo salvo omnia sunt eis salva. et capilli. Capilli capitis vestri numerati sunt. ii. mach. vii. E celo ista possideo. sed propter dei leges nunc ista despicio. quoniam ab ipso recepturum spero. Secunda est quod serpens se in arto foramini ponit. ubi pellem veterem deponit. Sic prudentes in arcta via penitentie se ponunt. ut pellem veteris hominis deponunt. eph. iiii. Deponite vos secundum pristinam conversationem veterem hominem. qui corrumpitur secundum desideria erroris. Et nota quod duo exigunt ad hoc quod serpens in foramine pellem deponat. scilicet foraminis angustia. si enim esset latum sine difficultate intraret. et veterem pellem retineret. et stabilitas foraminis. si enim stabile esset potius foramen secum ferret. quam pellem relinqueret. Sic pellem veteris consuetudinis non deponunt in claustro qui in eadem libertate volunt esse in claustro in qua fuerunt in seculo. Item qui manentes in seculo nullam habent propositi firmitatem prius quas agunt de facili sunt dispensantes. Tercia est quod serpens unam aurem terra obstruit et alteram cauda. ne vocem incantatoris audiat. secundum illud ps.

aspidis surde et obturantis aures suas.
Sic multi sunt aurem unam obstruunt
memoria mortis. et aliam consideratio
ne proprie fragilitatis, ne suggestioni
diaboli acquiescant. attendentes ex
quot et qualibus causis perire possunt.
Eccli. vii. Memorare novissima tua
et in eternum non peccabis. qui castrum
corporis sui luteum intelligit non presu
mit facere guerram cum omnipoten
ti. Quarta est quod serpens calca
neo mulieris insidiatur. Gen. iii. Sic
sunt qui consequuntur opera carnis insi
diantur. et eo ostendentes desideria car
nis fatua esse. Job. ii. Quasi una ex
stultis mulieribus locuta es. Aug. de
hac carnis hic non saciatur. et in fu
turo dampnatur. Utrumque caro que
in refectione invenit defectionem.
Ber. Qui presenti suavitate capitur.
per amena prata ad interitum duci
tur. Quinta est quod propter inimicicias
quas habet cum homine habitat in deser
to. vel latet sub spinis vel herbis.
Sic multi sunt agnoscentes inimicicias
quas habet mundus cum eis. fugiunt
eum. i. Jo. iii. Nolite mirari si odit
vos mundus. De speciebus prudentie.

Sequitur de speciebus prudentie. Notandum
quod prudentia prout comprehendit
omnem salubrem cognitionem sive
virtutem cognitivam. videtur posse
primo distingui in virtutem cogni
tivam divinorum et humanorum. Virtus
cognitiva divinorum triplex videtur
esse. Prima acquiescit auctoritati
et fides. Secunda coni. sive donum intel
lectus. Tertia est animi divinam
suavitatem gustando experti sive donum
sapientie. De dualibus primis dicit Aug.
in li. de utilitate credendi. Quod cre
dimus debemus auctoritati. quod in
telligimus rationi. De tertia dicitur
in ps. Gustate et videte quoniam suavis
est dominus. Prima cognitio de deo statui
incipientium sufficit. Secunda com
petit statui proficientium. Tertia sta
tui perfectorum. Bern. ad fratres de monte dei.
Sunt animales qui nec ratione per se
aguntur nec affectu trahuntur.
et tamen auctoritate permoti. vel doctri
na commoniti. vel exemplo provocati.
ad probatum bonum ubi invenerint
et quasi cec. sive ad manum tracti sequuntur.
Sunt rationales qui per rationis iudicium
et naturalis scientie discretionem habent
cognitionem boni et appetitum. sed non
dum habent affectum. Sunt perfecti
qui spiritu aguntur. qui a spiritu sancto ple
nius illuminantur. et quod sapit eis
bonum cuius trahuntur affectu
sapientes vocantur. Virtus vero cog
nitiva humanorum. Hec est cogni
tiva rerum que propter hominem et ab
hominibus sunt. que specialiter attendit
bonum et malum in eis. que vide
tur esse donum scientie. vel attenditur
circa ea que ab homine propter deum
agenda sunt. quadruplex est. Si pru
dentia sumpto nomine stricte et
hoc attenditur circa agenda commu
niter. et donum consilii quod at
tenditur circa ardua que propter ar
duitatem suam in precepto. circa quod
maxime precipitatio cavenda est. n̄ sc̄.
Videtur et prudentia posse distin
gui sicut Seneca scientiam moralem
dividit. cuius pars una rebus pre
cia imponit, recte estimans u
namquamque. Secunda affectus ordinat

impetus animi refrenans. Tercia.
quid. qn. ubi. et quemadmodum agi
debeat determinat. Secundum tullium
ii in rethoricis distinguitur prudentia
in memoriam. intelligentiam. provi
denciam. Memoria est per quem
animus repetit illa que fuerint.
Intelligencia est per quem perspicit
ea que sunt. Prudencia est per quem
futuri aliquid videtur antequam
factum sit. Ad memoriam monemur.
eccl. i. memento que ante te fuerunt.
memorie mortui vivunt. memo
rie illa pars vite nostre que preteriit
manet. sine hac quasi perdita est. seneca.
Qui nil de preterito cogitat vitam
perdidit. Memoria thesaurus est
cognoscibilium. ipsa est velud quo
dam servatorium in quo veritas
intellis. quam racio investigando reper
fideliter servatur. Animus obliui
osus est velud idem locus. in quo
quid repositum fuit moritur. obli
uio enim est quasi quedam mors. gregorius
primam partem moralium. Sicut mors quod
inficit cogit ut non sit in vita. ita
obliuio hoc quod intercipit agit. ut
non sit in memoria. Animus obli
uiosus est quasi stomachus cibum
receptum reiciens. gregorius in omelia.
Cibus mentis est sermo dei. et quasi ac
ceptus cibus languente stomacho
reicitur. quando auditus sermo in ven
tre memorie non tenetur. quisquis
alimenta non retinet huius perfec
to vita desperatur. Et ideo quod mul
ta sunt quorum specialiter memori
a est laudabilis. e quibus causa bre
uitatis .x. ponamus. Primo
laudabilis est memoria beneficiorum

et maxime memoria creatoris et
redemptoris nostri. eccles. ultimo. memen
to creatoris tui. luc. xxii. hoc facite
in meam commemoracionem. exo. xiii.
Mementote diei huius in qua egre
ssi estis de egypto. eccli. xxix. graciam
fideiussoris ne obliuiscaris posuit
animam suam pro te. b. ad fratres de mon
te dei. Sicut quicumque legit sensum
quorum christiane expediat quantum
uiuum dei servum redemptionis
deceat. et utile et sit una saltem
qua hora diei passionis ipsius ac re
demptionis. attentius recolligere
ueficia. ad fruendum suauiter
conscientia. et recolendum fideliter
memoria. beneficiorum acceptorum
tur et hec animalia ironabi
Secundo memoria mandatorum dei
ps. Et memores sunt mandatorum
ipsius ad faciendum ea. Deu
vi. erunt verba hec que ego pre
cipio tibi hodie in corde tuo. et narra
bis ea filiis tuis. et meditaberis
in domo tua et ambulans in itinere
dormiens atque consurgens. numeri
Dices ad filios israel. ut faciant
fimbrias per .iiii. angulos ponentes
in eis uittas iacinctinas. quas
uiderint recordentur omnium manda
torum dei. Jos. i. Non recedat volumen
legis huius ab ore tuo. sed medi
taberis in eo diebus ac noctibus.
Memoria te ne quesieris et fun
te ne secutatus fueris. sed que
cepit tibi deus illa cogita semper.
Tercio memoria iusticie quam
exercuit in transgressores manda
torum suorum. in ps. memorabor iusti
cie tue solius. eccli. xxxviii.

mor esto iudicii mei. sic enim erit
et tuum. ¶ Quarto memoria bel
li spiritualis in quo tot et tanti ceci
derunt. que ualet ad hoc ut cauti
ores simus. Job. xl. memento belli
nec ultra addas amplius quecumque loqui.
Ieronimus. Ne in preterita castitate con
fidas. nec dauid sanctior. nec sanso
ne fortior. nec salomone potes esse
sapientior. memento semper quod
paradysi colonum mulier de posses
sione sua eiecerit. ¶ Quinto me
moria diuine misericordie. utilis in tribu
latione positis ne desperent. eccli. li.
Memoratus sum misericordie tue domine. i. macha
beorum. iiii. Mementote qualiter salui facti sunt
patres nostri in mari rubro. ¶ Sexto
memoria laudabilis uite sanctorum. quam
imaginari debemus. gregorius. Sancta patrum
exempla consideremus. et non
nimis grauia que toleramus. Jo. xv.
Mementote sermonis mei quem
ego dixi uobis. Non est seruus ma
ior domino suo. si me persecuti sunt et
uos persequentur. ¶ Septimo me
moria diuersitatis in prosperitate.
eccli. xviii. memento paupertatis in
tempore habundantie. ¶ Octauo memo
ria status honorabilis a quo quis
degenerauit. ut est nobilitas parentum
uel carnalium uel spiritualium. uel
propria spiritualis nobilitas. a qua quis
cecidit. Sapiens. nobilitatis ad
[illegible] meminerit. ut cum claritate
[illegible] mox sanitate contendas.
[illegible] cum nobilitate corporis animi no
bilitate perficias. ysa. li. Attendite
ad petram de qua decisi estis.
[illegible] Attendite ad abraham patrem
uestrum. apoc. ii. memor esto unde exci

deris. et age penitentiam. ¶ Nono memo
ria in eo qui ad prosperitatem deue
nit. eorum qui in aduersitate eius
socii fuerunt. gen. xl. memento mei
cum tibi bene fuerit. ¶ Decimo me
moria peccatorum preteritorum ad dolendum
pro eis. ysa. xxxviii. Recogitabo tibi
omnes annos meos in amaritudine
anime mee. ¶ Est ergo quod. iiii.
sunt quorum obliuio uidetur esse lau
dabilis. Primo obliuio iniuriarum.
leuitici. xix. Non eris memor iniurie
ciuium tuorum. Animi obliuiositas be
neficiorum et tenax iniuriarum est ne
bula consolationum fores retinens.
et quod peius est extra permittens.
Secundo obliuio beneficii alteri dati.
hoc est enim lex beneficii inter duos.
ut ait sapiens. quod alter statim
debet obliuisci dati. alter memor
esse accepti. Tertio obliuio delecta
tionum quas aliquis habuit in pre
teritis peccatis. Qui recogitat pre
terita peccata delectando in ipsis. men
te reuertitur in egyptum. ut filii
israel. Num. xi. Recordamur piscium
quos comedebamus in egypto gra
tis. In mentem ueniunt nobis cucume
res. hoc est respicere retro. ut uxor
loth. gen. xix. que uersa est in sta
tuam salis. In luc. xvii. memores
estote uxoris loth. hoc est habere
ydola apud se. ut rachel. gen. xxxi.
Quarto obliuio rerum temporalium
que ad contemplatiuos perfectos per
tinet. phil. iii. que quidem retro
sunt obliuiscens ad ea uero que sunt
priora extendens me ipsum. Macro
bius loquens de temperantia.
Perfectorum temperantia inquit est

terrenas cupiditates non reprimere;
sed penitus obliviscitur. ¶ Item notandum quod
quinque sunt que videntur facere
ad bonitatem memorie. Primum est
sicca complexio. Siccitas enim est
dispositio conveniens ad receptio
nem earum. Secundum est exercicium
circa unum vel pauca. non circa mul
ta. Unde pueri communius sunt huma
di firmiter in memoria retinent
quod anime eorum non occupantur circa
multa. sicut anime maiorum. eccl.
xxxviii. qui minoratur actu percipiet
sapientiam. Tercium est placen
tia rei cognite. hanc enim unum
ut plato est in tenera etate. quare ea
que addiscuntur firmiter in memo
ria teneantur. teneatur inquit et
forte maior in illa etate cogni
tionis delectatio cognita novitatibus
aliunde infigitur. Quartum est novi
tas. Ethimeus. quo semel est imbu
ta recens servabit odorem testa di
u. Ideo multa cito addiscenda essent.
memoria enim rebus impleta supe
rius. multa difficilius retinet.
Seneca in epistolis. liberalium artium
consectatio. verbosos sibi placen
tes facit. et ideo non discentes neces
saria. quod supervacua didicerunt. Quin
tum est in fixio memorie longa ru
minatione facta. Seneca. Certis inge
niis immorari. et innutriri opor
tet. si velis aliquid trahere quod
in animo fideliter sedeat. Idem
cum multa percurreris. unum
excerpe. quod illo die decoquas. Et
notandum quod qui non habent bonam me
moriam scriptura debet supplere
eius defectum. eccl. xxxix. Sapi
entiam scribe in tempore vacuitatis.
scripsit dominus decalogum bis pro
deorum in tabulis lapideis. exo
et xxxiiii. Sunt qui nichil po
in memoria. sed omnia in scrip
alii qui confidentes de memo
sua nichil commendant scrip
et utrumque vicium est pit
Cave ne armarium doctus
pectus habeas. Seneca. Distrahit li
multitudo. Itaque cum legere non
quorum habueris. satis est habere quan
legas. Bernardus ad fratres de monte dei
in agendum est ut cum aliqua
datione. vel sine grandi ...
dies conligamur. sed ut et de pabu
ta ad profectum mentis semp
in conscientia resideat aliquid con
in thesaurum cordis congerat
de cotidiana lectione aliquid
ventrem memorie dimitt
est. quod fidelius digerat
rursum revocatum crebri
minetur quod proposito conveniat
intentioni proficiat. quod detineat
animum, ad aliena cogitare
libeat. Ieronimus. Fastigium est
tiam memorie nichil scripto
mandare. quod in memoriam pu
senectus incurrit. ut ait Seneca
Sequitur de prudentia ad quam
nitur exemplo formice. proverbia vi
inquit ad formicam o piger. et
dera vias eius et disce sapientiam
cum non habeat ducem nec precep
nec principem. parat estate
sibi. et gen. xli. Exemplo ios
qui vii. annis fertilitatis
gari fecit que erant necessa
nis sterilitatis future; pro

congregat in messe filius sapiens est.
Deut. xxxii. Utinam saperent et intelli
gerent ac novissima providerent. Pru
dentia valde utilis est. Thob. iv. dixit
Thobias Azarie. Si incipiam tradam
tibi servitium meum ero condignus pru
dentie tue. Seneca. Qui nichil de fu
turo premeditatur in omnia incau
tus decidit. Prudentia vel mala fu
tura vitat. vel temperat. vel animum
preparat ut ea levius ferat. Gregorius. Ex
pedibus vitari non potest quod non potu
it provideri. Seneca. Propone animo tuo
et mala futura et bona. ut illa sustinere
possis. ista moderari. Gregorius in omeliis.
Minus iacula feriunt que videntur.
et nos tolerabilius mala suscipimus
si contra hec per prescientie clipeum
communimur. Idem in mor. tanto quisque
gravius adversitate vincitur. quanto
contra illa prescientie paratus minime
invenitur. Idem in pastoral. Hostes callide
tanto liberius pectus perimunt quanto
nudum a prudentie lorica deprehen
dunt. Item. Dum contra iram querelis
provisior redditur. hostis qui se inopi
natum credidit. eo ipso quod previsus
est enervatur. Divisio prudentie se
Seneca in libro cundum senecam.
de iiii. principalibus virtutibus
tangit divisionem prudentie simi
lem divisionem tullii tam posite.
dicens. Si prudens es animus tuus
tribus temporibus dispensetur. presentia
ordina. futura provide. preterita recor
dare. Sunt aliqui qui futura or
dinant que non sunt in sua potestate
presentia vero confusa. et inordinata re
linquunt. Act. i. Non est vestrum nosse
tempora. vel momenta que pater posuit
in sua potestate. Bernardus. Quid de futuro
miser tam temerarie presumis. tamquam
pater tempora et momenta in tua. et non
magis in sua potestate. Tales vitam
quam habent nolunt perdere. et quam non habent
proponunt utiliter dispensare. illam
pretium vite quam deus tamdiu dat in eo
tamquam lucram dei nolunt expendere.
illam vero quam deus nondum eis dedit.
volunt deo dare. et de illa gratiam dei
acquirere. Et non est ordo secundum Aug.
xix. li. de civitate dei est parium dis
pariumque rerum sua cuique loca tribu
ens dispositio. et facit multitudinem in
ordinatio ad quietem intus. Aug. in
li. confes. Minus ordinata inqui
eta sunt. ordinata vero quiescunt. Idem.
Jussisti domine et sic est ut pena sibi sit
inordinatus animus. debet vero homo or
dinare se et suos et sua. quoniam
ad se ordinabiliter ille vivit. iuxta
verbum Bernardi. Qui in omni conversa
tione sua sollicite observat tres al
firas. et in conspectu domini et in con
spectu proximi cavens sibi a peccato
et proximo a scandalo. Quadruplex
vero ordinatio debet esse in homine.
Prima est considerationis. Bernardus in li. de
consideratione. Consideratio tua a
te inchoet. ne frustra extendaris
in alia te neglecto. Secunda est affec
tionis propter illius que aliis su
perminet scilicet dilectionis. Cant. ii. Or
dinavit in me caritatem. Tertia est
negociorum secundum diversitates temporum
Bernardus ad fratres de monte dei. mane post
tertie noctes fac a temet ipso exac
tionem. et venture diei tibi indi
cito canonem. Vespere preterite diei
rationem exige. et supervenientis

noctis fac inductionem. Sic districto non vacabit lascivie aliorum singulis horis secundum communis instituti canonem. sua distribue exercitia cum spiritualia. spiritualia cum corporalia. corporalia. in quibus sic exsolvat omne debitum spiritus deo, corpus spiritui. ut si quid fuerit intermissum si quid neglectum. si quid imperfectum. suo loco. suo modo. suo tempore non habeat supplementum. vel recompensationem. Idem in eodem. Primum extra cotidianum sacrificium. orationum vel lectionis studium. consuetudine cotidiane. discussioni. commendationi. compositioni. pars sua diei neganda non est. Certa ordinatio est pertinens ad pugnam spiritualem. Virtutes enim anime preparate debent esse ad certamina sibi competentia. temperantia cum ad mensam acceditur. prudentia cum quid agendum sit tractandum est et sic de ceteris virtutibus. Gregorius in moral. quodlibet certamen exsuperat, qui mentem certaminum ante certamen parat. Anima virtutes habens demonibus terribilis, ut castrorum acies ordinata. cant. v. pro. xxiiii. Cum dispositione initur bellum. Sanctos debet homo ordinare ostendendo quid unicuique sit agendum. et quid unicuique sit habendum. Propter primam ordinationem regina saba admirata est ministros salomonis. iii. Reg. x. Videns regina saba omnem sapientiam salomonis et cetera. et ordinem ministrantium et cetera. non habebat ultra spiritum. De secunda ordinatione ysa. xxxviii. Dispone domui tue quia morieris tu et non vives. debet et homo sua ordinare ut utiliter

expendantur. vel utiliter retineantur. eccli. vii. Pecora tibi sunt attende illis. et si sunt tibi utilia perseverent apud te.

Item prudentia **Divisio prudentie**

a quibusdam dividitur in iiii species. providentiam, circumspectionem, cautelam docilitatem. Quarum species unum videtur sic manifestari. cognitio salubris que ad prudentiam pertinet considerari potest absolute vel in cognoscente. vel pro distributione alteri. est enim thesaurus nobis qui distribuitur susceptus meretur et sicut dicit aug. in libro de doctrina christiana. Omnis res que dando non deficit. dum habetur et non datur, nondum habetur; quomodo habenda est. Secundum quod prudentia dirigit circa distributionem scientie seu cognitionis salubris est hec species eius. docilitas. Secundum vero quod absolute consideratur vel in cognoscente tres habet species. cum sit lumen conveniens perficiens ad videndum que agenda sunt, oculus perfecte non videt, nisi videat remota et propinqua. et non videat res ... et non solum superficialiter, et ... videat undique. et non solum ex parte. Prudentia speciem unam habet qua videntur remota. scilicet providentiam que sic dicta est eo quod procul videat. et ... extendi nomen prudentie ad memoriam. et prudentiam. quas ponit Tullius. ratio enim procul videt. sive providea preteritura. sive preterita. similiter nomen memorie extenditur ad futura. ut eccli. in omnibus operibus tuis memorare novissima tua. Aliam speciem habet prudentia qua ea que videntur

superficialiter bona agnoscitur. Est ma
lo sine cautionem. alienum et hic que in
dique videt. scilicet circumspectionem. Pruden
tia proprio sumpto nomine est presens
notio, futurorum precavens eventum.
huius officium est ex preteritis et pre
sentibus futura providere. boetius in li.
consol. Non quantum ante oculos situm est
sufficit intueri. verum exitus pruden
tia metitur. Imprudens viam respi
cit qua iturus est. prudens vero suo
gressui attendit. Si diceretur impe
ratori veni mecum ducam te honori
fice per viam pulcherrimam. paratus est
ire non requirens amplius. prudens
vero requirit quo dimensiones sit. et si
dicitur ei quod ad suspendium non ibit
illuc ire nec eques nec pedes. neque
per viam amenam nec asperam. Simi
liter dicitur ei quod ad locum ubi regna
bit. paratus est illuc ire et pedes. per
vias asperas. Qui sine prudentia est
est sicut homo debilem visum habens.
qui ea que sunt iuxta oculum videt.
remota vero aliquantulum non videt. Circum
spectio est contrariorum vitiorum cautela.
Officium huius virtutis est per diligen
tem considerationem inter contraria
vitia medium tenere. Ad hanc vir
tutem pertinet. sic liberalitatem ser
vare. ut fugiendo avaritiam prodiga
litatem non incurrat. et sic recedere a
temeritate quod in timiditatem non cadat.
Illud quod est circumspectionis monet
nos salomon. prov. iiij. dicens. Omni custo
dia serva cor tuum. dicitur custodia
prudentie omni. ne hinc hostibus fores
claudas. et aliunde aditum pandas.
Circumspectio commendatur nobis.
eze. i. ubi dicitur quod totum corpus plenum
erat oculis. et apoc. iiij. Ubi legitur
quod animalia plena erant oculis ante
et retro. ethnicus. In medium ducit
fuga culpe si caret arte. dum stulti
vitant vitia in contraria currunt.
Ad circumspectionem etiam videtur pertine
re cum aliquis est undique coartatus
malis. minus malum eligere. gg. in
moral. Qui murorum ambitu undique
ne fugiat clauditur. ibi se in fugam
precipitat ubi murus brevior inve
nitur. cautio est discernere a virtu
tibus vitia. virtutum speciem preferentia.
ysid. Quedam vitia virtutum speciem
preferunt. unde pravitates suos secta
tores decipiunt. quod se sub velami
ne virtutis regunt. nam sub pre
textu iustitie crudelitas agitur. et
remissa segnities mansuetudo cre
ditur. Cicero. Nulle sunt occultio
res insidie quam hee que latent in si
mulatione officii. gg. in moral.
Plerumque vitia calore virtutum tinc
ta. tanto nequiora sunt. quanto ea
esse vitia minime cognoscuntur. ho
stis vero malitia. caute se arte pal
liet. ut plerumque ante decepte men
tis oculos culpas virtutes fingat.
ut inde quis esse expectet premia. unde
eterna dignus est invenire tormenta.
cautio apparens bonum inveniens
inspicit et malitiam ibi perpendit.
Sen. Qui decipiunt nichil habent
solidi. tenue est mendacium. perlucet
si diligenter inspexeris. qui sine cau
tione sunt frequenter incurrunt
illam maledictionem. ysa. v. Ve qui
dicitis bonum malum et malum
bonum. docilitas est prudentia e
rudiendi imperitos. que considerat

G 61

nobis exemplo salutis. iii. Reg. iii. cum ei
dominus dixisset. postula quod uis ut dem tibi.
Ipse doctrinam uidetur pretulisse om-
nibus. dicens dabis seruo tuo cor doci-
le. xii. que faciunt ad hoc ut aliquis debito
Et notandum quod xii. sunt modo doceat.
que uidentur facere ad hoc ut aliquis
debito modo doceat, maxime doctrinam
·1· salubrem. Primum est ut ipse lauda-
biliter uiuat. Aug. in li. de doctrina
christiana. Non obedienter audietur qui
se ipsum non audit. Greg. in moral. cum
ipso docetur quod prius agitur quam
dicitur. Nam doctrine subtrahit uires
fiduciam quando conscientia prepedit linguam.
Vita debet imitare doctrinam non impe-
dire. et primo debet qui docet se infor-
mare in doctrina postea alios. Prov.
v. bibe aquam de cisterna tua et flu-
enta putei tui. et post subditur.
Deriuentur fontes tui foras. de hoc
·2· require in tractatu de superbia. capitulo
de appetitu magisterii. Secundum est ut
auctoritatem magisterii deo non sibi
attribuat. Aug. in li. de doctrina chri-
stiana. quando christus seminat, ego qui sum
tanquam cophinus seminantis. in me
ipse ponere dignatur quod uelit sp-
argere. Nolite ergo attendere ad uilita-
tem cophini. sed ad caritatem semi-
nis et potestatem seminatoris. Id.
in eodem. Christus est qui docet. cathe-
dram in celo habet. scola eius in terra
est. Scola ipsius corpus eius est. ca-
put docet membra sua. lingua lo-
quitur pedibus suis. Id. super canonicam
Jo. magisteria forinsecus adiutoria
sunt et admonitiones. cathedram
·3· habet in celo qui corda docet. Ter-
cium est ut doctrine orationem pre-
mittat. Aug. in li. de doctrina christiana.
Sic regina hester pro sue gentis temporali
salute locutura apud regem orauit
ut in os eius congruum sermonem de-
deret. quanto magis orare debet ut talis
munus accipiat. qui pro eterna hominum
salute in uerbo et doctrina laborat.
Id. in eodem. Agit eloquens quantum
potest. cum bona et sancta et iusta dicit
intelligenter, ut libenter, ut obedienter
audiatur. et hoc se posse si potuerit
et quantum potuerit. pietate magis ora-
tionum quam oratorum facultate non du-
bitet. ut orando pro se et pro illis quos
allocuturus est. sit orator antequam
doctor. Quartum est ut in eis
plus amet quam uerba. Aug. bonorum
ingeniorum insignis est indoles
in uerbis uerum amare non uerba. Id.
in eodem. Utrum ignoscere producta syl-
laba tertia aut correpta dicatur non
multum curat. qui pro peccatis suis
deum petit. ut ignoscat. sed tamen eo
inde offenduntur homines quo
infirmiores sunt. et eo infirmiores quo
doctores uideri uolunt. Id. in eodem.
Quid prodest clauis aurea si aperire quod
uolumus non potest. et quid obest lig-
nea si potest. quando nichil querimus
nisi patere quod clausum est. Id. caven-
dum est ne diuinis grauibusque sen-
tentiis dum numerus additur pondus de-
trahatur. Ad numerum pertinet hic ut
intelligas pertinere compositionem silla-
barum et colores rethoricos. Sed
Aug. in eodem. in actoribus nostris hoc
mihi plus placet quod ibi rarissime
inuenio numeros. Hanc enim...
quod agitur. ut uerba congruentia
non ornamenta eligantur industria. Sed pectus

rus sequitur ardorem. Sen. oratio que
curam dat operam, incomposita esse
debet et simplex. Idem. oratio que sanan
dis mentibus adhibetur descendere
in nos debet. Idem. Non delinient
verba nostra sed prosint. Si tamen contingere
eloquentia non sollicito potest, si aut
parata est aut parvo constat, assit, et
res pulcherrimas prosequatur. Sic tales
imponat res quam se ostendat. Alie
artes ad ingenium pertinent. Hic autem
negocium agitur. Non querit
eger medicum eloquentem. Si erit quod
gratuletur sibi quod inciderit in medi
cum disertum. Sed si ita competit
ut ille idem qui sanare potest compte
de hys que facienda sunt disserat.
Hoc tale est quale si peritus guber
nator et formosus est. Quid aures
meas scabis, quid oblectas. Curare
alies morbum veterem, gravem, pu
blicum. Tantum negocii habes quantum in
pestilentia medicus. Circa verba oc
cupatus es, gaude si sufficies rebus. Aug.
in libro conf. Didiceram prudentem esse sa
pientiam et stultitiam sicut sunt cibi uti
les et inutiles, verbis autem ornatis et in
ornatis sicut vasis urbanis et rusti
canis utrosque cibos posse ministrari.
Quintum est ut in scripturis acto
ris sensus requiratur. Aug. in libro de doc
trina loquens de illo qui aliud in
scripturis sentit quam ille qui scripsit.
Quamvis tamen sententia deceptus, qui edificat
caritatem dicit quod ita fallitur ac si
quislibet deserens viam, eo tamen per a
grum pergat, quo via illa perducit. Cor
rigendus est tamen, et quam sit utile vi
am non deserere demonstrandum est,
ne consuetudine deviandi etiam in trans
versum aut perversum ire cogatur.
Deinde innuit tamen quod cavendum sit
hoc in scripturis dicens, titubabit
fides si divinarum scripturarum vacil
lat auctoritas. ¶ Sextum est ut in 6.
scriptura sacra non ubique misticum
requiratur. Aug. xvi. li. de civitate dei.
Non sane omnia que gesta narrantur
et significare aliquid putanda sunt,
sed propter illa que aliquid significant et
ea que nichil significant attexuntur.
Solo vomere terra proscinditur, sed ut
hoc fieri possit, et cetera aratri mem
bra sunt necessaria, et soli nervi in cytha
ris et ceteris vasis musicis aptantur
ad cantum, sed ut aptari possint
insunt et cetera que non percutiuntur a
canentibus, sed ea que percussa reso
nant hiis connectuntur. Ita in prophe
tica hystoria dicuntur et aliqua que nichil
significant, sed quibus adhereant ea que
significant et quodam modo religentur. ¶ Sep 7.
timum est ut dividendo mediocritas
servetur. Sen. in epistolis. Philosophiam
in partes non in frusta dividam. Dividi
enim eam non concidi utile est. Nam com
prehendere quemadmodum maxima ita
minima difficile est. Idem. partes eius
quod divisum est innumerabiles esse et par
vulas non oportet. Idem. Vicium habet nimia
quod nulla divisio. Simile confuso est
quicquid usque in pulverem sectum est.
¶ Octavum est ut inter tarditatem et pre 8.
cipitationem medium in proferendo
servare. Sen. in epistolis. Philosophi
pronunciatio sicut vita debet esse com
posita. Nichil ordinatum quod precipita
tur et properat. Idem. Eque stillare il
lum nolo quam currere. Non extendat
aures nec obruat. Idem. Inopia

uerbor & celeritas nimis intentum audi
torem hẽt tedio interrupte tarditati
tis. facilius tñ insidet q expectat
quã quod preteruolat. denique tradẽ
homines disciplinis precepta dicit.
nõ traditur q fugit. quo omino re
gere pot. que regi nõ potest. Itẽ. reme
dia nõ psunt nisi inmorent. Itẽ. dicen
di celeritas nõ satis decora est philo
sophie. que ponere dz uerba nõ pice.
Idem. quemadmodum sapienti uiro in
cessus modestior conuenit. ita oro
·9· pssa nõ audax. Nonum est ut doc
do ueritatem nõ deleat. aug in li. de
doc. xpiana. mimus intelligant minus
placeant. minus moueant que dicu
·X· ntur ut tñ dicant & iusta. Decimũ
est ut doctrina facilis sit & apta.
aug. in li. de doc. xpiana. Quid pdest
locutionis integritas quã nõ seq
intelles audientis. cum loquendi
omino nulla sit cã. si q loquimur
nõ intelligant. pp quos ut intelli
gant loquimur. pu. xiiii. Doctrina
prudentium facilis. eccl. iiii. Ne ab
scondas sapiam in decore eius. i.
ad cor. xiiii. Si incertam uocem det
tuba quis pparabit se ad plium.
Idem in eodem. Volo in ecclesia quinque
uerba sensu meo loqui. ut & alios
instruam quã decem milia uerbor
lingua. ambr. Melius est ut nos
intelligant ppli quã ut commendent
grammatici. aug. iiii. li. de doc. xpiana.
que uix intelligunt uel raro. si a
liquid urget. uel nunquam omino
in ppli audientiam mittenda sunt.
·XI· Undecimum est ut doctrina sit
breuis. eccl. xxi. Verba sapientum
stateram ponderabuntur. aug. in li. de
doc. xpiana. Sicut ingratus est qui
incognita obnubilat. sic honerosus
est qui cognita inculcat. Oratius.
Quicquid precipies esto breuis. ut cito
dicta percipiant animi dociles. teneant
q fideles. omne superuacuum pleno
de pectore manat. Duodecimum est 12
ut doctrina sit utilis. Sen. in epla.
Et si multum esset etatis. parce dispen
sandum erat ut sufficeret necessariis.
Nunc que dementia est superuacua dis
cere in tantis egestate. doctrina utili
les dz esse contra pestem aliquam. & simi
liter ad edificandam dilectionem dei
& proximi in hominibus. Sen. in epla.
Quid cotidie adiectus paupertatem
aliquid adiectus mortem auxilii com
para. nec minus adiectus certe
ties. aug. primo li. de doc. xpiana. legis
& omnium diuinarum scripturarum pleni
tudo & finis est. dilectio rei qua fru
endum. & rei qua nobiscum ea re frui
potest. & paulo post. Quisquis igitur scrip
turas diuinas uel quamlibet earum partem
intellexisse sibi uidetur. ita ut in eo intel
lectu nõ edificet. geminam caritatem
dei & proximi nondum intellexit. Item
notandum q doctor in doctrina sa
cra dz attendere. s. ut instruat. pla
ceat. & ad agendum moueat. Aug
in. iiii. li. de doc. xpiana. dixit quidam
loquens & uerum dixit. ita dicere de
eloquentem. ut doceat. ut delectat. ut
flectat. deinde addidit. docere necessita
tis est. delectare suauitatis. flecte
re uictorie. docendi necessitas in rebus
constituta. quas dicimus. reliqua
in modo quo dicimus. qui ergo dicit
eum docere uult. quam diu nõ intel
ligitur. nondum se estimet dixisse

quod uult et quem uult docere. Sicut intelligitur quocumque modo dixerit. dixit quod si delectare uult. eum dicit. cum flectere. interest quid dicat. Sicut autem retinetur ad audiendum delectandus est auditor. ita flectendus ut moueatur ad agendum. et sicut delectatur si suauiter loqueris. ita flectitur si amet quod polliceris. timeat quod minaris. oderit quod arguis. Item aug. in eodem. Quis audeat dicere aduersum mendacium in defensoribus inermem debere consistere ueritatem. ut scilicet qui res falsas persuadere conantur. nouerint auditorem uel beniuolum uel attentum. uel docilem facere. isti autem non nouerint. et illi falsa aperte breuiter. uerisimiliter. isti uera sic narrent. ut audire tedeat. intelligere non pateat. credere postremo non libeat. illi fallacibus argumentis ueritatem oppugnent. asserant falsitatem. isti nec uera defendere nec falsa ualeant refutare.

Item nota quod doctor sacre scripture non debet timidus esse uel remissus. aug. in li. de disciplina christiana. Qui timuerit ne semen cadat in terram malam. non peruenit ad bonam. Iactamus semina. spargimus semina. sunt qui contempnunt. sunt qui reprehendunt. sunt qui irrident. istos si nos timuerimus nichil simus seminare et in messe hebemus. ij. ad thim. iiij. Predica uerbum. Insta oportune. importune. math. ix. circuibat ihesus omnes ciuitates et castella docens in synagogis eorum. math. vi. Circuibat ihesus castella in circuitu docens. luc. xix. erat cotidie docens in templo. Item nota quod secundum quosdam docilitas est inter diligens hominem tamen in addiscendo et in docendo. De illis octo que uidentur ualere ad hoc ut aliquis bene addiscat.

Et secundum hoc sciendum est quod viij. sunt que uidentur ualere ad hoc ut aliquis bene addiscat. maxime scripturam sacram. viij qualiter ad hoc quod bene i. addiscat

¶ Primum est ut homo bene uiuat. aug. errat quisquis ueritatem se cognoscere posse putat. si adhuc nequiter uiuat. eccli. i. concupiscens sapientiam serua iustitiam. et dominus prebebit eam tibi. eidem. xxvij. Volatilia ad sibi similia conueniunt. et ueritas ad eos qui operantur illam reuertetur. apoc. iij. collirio inunge oculos tuos ut uideas. glo. Collirio oculi ut uideamus inunguntur. cum ad cognoscendam ueri luminis claritatem intellectus nostri aciem medicamine bone operationis adiuuamus. qui male uiuunt quasi spurcicia manuum suarum lumen diuine sapientie a se prohibent.

Secundum est oratio. cum sapientia donum dei sit. non debet aliquis temptare capere eam uiolentia studij. sed a deo requisito. Iac. i. Si quis indiget sapientia postulet eam a deo. aug. oratione melius soluuntur dubia quam inquisitione alia. 2.

¶ Tercium est humilitas. et hoc quantum ad iiij. Primo quantum ad hoc ut nullam doctrinam contempnat. Secundo ut a nullo doceri erubescat. sen. Primum documentum est ut nullam doctrinam contempnas. Secundum ut a nullo addiscere erubescas. sen. in li. de iiij. uirtutibus. Esto sapientie cupidus ac docilis que nosti sine arrogantia impertire postulanti. que non nosti sine occultatione ignorantie tibi postula impertiri. et a malis debet homo addiscere. aug. in li. de doc. xpiana. Audiunt utiliter qui talia non agunt. sed ea querere student 3.

sed sua docere non audent. et infra. cathe-
dra moysi cogit eos bona dicere. et non
bona facientes. theophilus lector ori-
genis. ita botrum carpat. ne spinam
attingat. qui solum a bonis uolunt
addiscere tales sunt illis qui solum
in ciphis argenteis uel aureis no-
lunt bibere. et cum in lactes impureis
uel aliter preciosis. fructum datum
recipe. quorum sitis uel fames mise-
renda non est. Tercio exigitur ad hoc
ut homo non erubescat confiteri se ne-
scire quid nescit. aug. Non erubes-
cendum est homini confiteri se ne-
scire quod nescit. ne dum se scire men-
titur: numquam scire mereatur. Quarto
exigitur ad hoc ut humilem modum
loquendi quem habet sacra scriptura
non contempnat. aug. ad uolusia-
num. modus dicendi quo sacra
scriptura contexitur. omnibus est acces-
sibilis. quamuis paucissimis penetra-
bilis. Idem. Inuitat omnes humili
sermone quos non solum manifesta
pascit. sed et secreta exercet ueritate.
Idem in iii. li. confes. Institui animum inten-
dere in scripturis sanctis. sed uisa est
sancta scriptura indigna. quam tulliane
dignitati compararem. tumor enim meus
fugiebat modum eius. Illa enim erat
que cresceret cum paruulis. Sed ego
dedignabar esse paruulus. et turgidus
fastu, grandis mihi uidebar. Idem in
eodem. li. xii. mira profunditas eloqui-
orum tuorum. quorum ecce ante nos superfi-
cies blandiens paruulis. sed mira pro-
funditas deus meus. mira profundi-
tas. horror est intendere in eam. Quin-
tum est ut librorum emendationi inten-
dat. aug. in ii. li. de doc. xpiana. Codicibus

emendandis primitus debet inuigilare soller-
tia eorum qui scripturas diuinas nosse
desiderant. Quoniam autem homo sit
diligens scripturas sacras indagando
ad quod primo necessarius est timor dei. pro.
i. Timor domini principium sapientie. idem
uenientem a malo seruat. pro. xiv. Sapi-
ens timet et declinat a malo. Ibidem.
timor domini fons uite ut declinet a rui-
na mortis ¶ Et nichil negligit. eccles. vii.
Qui timet deum nichil negligit.
eundo mansuescendo. ut homo cedat auc-
toritati diuine scripture. aug. in li. de doc-
trina xpiana. Ante omnia opus est dei
timore ad cognoscendam eius uo-
luntatem. deinde mitescere opus est pie-
tate. neque contradicere diuine scrip-
ture. siue intellecte. si aliqua ui-
tia percutit, siue non intellecte. quasi
melius sapere meliusque precipere possi-
mus sed cogitare potius et credere id esse me-
lius et uerius quod ibi scriptum est etiam si la-
teat. quam id quod nos per nos ipsos sapere
possimus. b. ad fratres de monte dei.
In omnibus scripturis legendi initium
sed est timor domini. aug. ii. li. de doc. xpiana.
In omnibus canonicis scripturis timen-
tes deum et pietate mansueti querunt
uoluntatem dei. quo ordine ut possi-
dum sit indagando scripturas sanctas
Aug. eodem li. determinat dicens: erit
diuinarum scripturarum sollertissimus
indagator. qui primo totas legerit
notasque habuerit. et si nondum intellec-
tu iam tamen lectione dum tamen eas que
nominantur canonice. Nam ceteras secu-
rius leget. fide ueritatis instructus
et infra. In scripturis canonicis auctori-
tatem dei primam obseruationem
canonicas scripturas. et si nondum

ad intellectum. legendo tamen. vel mandare
memorie. vel omnino incognita non
habere. deinde ea que in eis aperte posita sunt.
vel precepta vivendi. vel regule credendi
sollercius diligenciusque investiganda
sunt. que tanto in eis quisque plura
invenit. quanto est intelligentia capa-
cior. In hiis enim que aperte in scripturis
posita sunt. inveniuntur omnia illa que
continent fidem moresque vivendi. spem
scilicet caritatem. Tunc vero facta quadam fa-
miliaritate cum ipsa lingua divinarum
scripturarum in ea que obscura sunt aperi-
enda et discucienda pergendum est.
ut ad obscuriores locutiones illustran-
das de manifestioribus sumantur exem-
pla. et quedam certarum sententiarum testi-
monia dubitationem incertis auferant.
in qua re memoria valet plu-
rimum. Inquisitio vero de pluribus sit
simulque ab alio querendo. ad quod pertinet
illud. Augustinus ii. li. de doc. xpiana. Nulla vel
magis memorie mandanda est. quam
illa verborum locutionumque genera que igno-
ramus. ut cum peritior interrueint. querere
possit cumque aliquis per se inquirit et
scriptura. Et tamen cavenda est ei temeri-
tas ne. l. ignorata pro notis habeat. huiusque
temere assentiat. Hec enim presump-
tio est quam effugere qui volet adhibe-
at ad res considerandas tempus et mode-
rationem. Augustinus in li. de utilitate creden-
di. Due sunt persone laudabiles in re-
ligione. Una eorum qui iam veritatem
invenerunt. quos et beatissimos iudica-
re necesse est. Altera eorum qui studio sollici-
tissime et rectissime inquirunt. Primi
sunt in ipsa possessione. alii in via. qua
tamen certissime pervenitur. Tria vero sunt
alia genera hominum prorsus improbanda

ac detestanda. Unum est opinantium.
id est eorum. Qui se arbitrantur scire quod
nesciunt. Alterum siquidem qui sen-
tiunt se nescire. sed non ita querunt. ut
possint invenire. Tercium vero eorum qui
nec scire se existimant. nec querere
volunt. ¶ Item cavenda est in inquiren-
do curiositas que est non magne utili-
tati nimiam operam impendere. Seneca.
Quid te torques in illa questione quam
subtilius est contempsisse quam solve-
re. cavenda etiam est ibi instabilitas. Seneca
in epistolis. Vide ne lectio auctorum multorum
et omnis generis voluminum habeat ali-
quid vagum et instabile. Cavenda
est et rixandi libido que prius in ar-
te logica multum solet negare. Augustinus
ii. li. de doc. xpiana. Disputationis discipli-
na ad omnia genera questionum que in lit-
teris sacris sunt penetranda plurimum
valet. tamen ibi cavenda est rixandi libi-
do et pueriles quedam ostentatio. ad
adversarium decipiendi. ii. ad thimotheum ii.
Noli verbis contendere. Augustinus iiii. li. de
doc. xpiana. Verbis contendere est non cura-
re quomodo error veritate vincatur. sed quo-
modo dictio dictioni alterius preferatur.
¶ Item cavenda est ibi nimia velocitas
in transcurrendo. Non enim videt ani-
mus transcurrendo latentem sententiam.
Sapiens. Nichil magnum rerum ipsa
natura cito effici voluit. proposuitque
pulcherrimo cuique operi difficultatem
ascendendi. quocumque hanc legem fecit ut
maiora animalia visceribus parentum
diutius continerentur. Augustinus dicit in
li. de natura animalium quod ele-
phans femina pregnans est duobus
annis que est animal magnum. ¶ Item
sapiens. Omnia vitia dum nascuntur

placent. Et redeamus ad iudicium. certo
scribendo non fit ut bene scribatur. bene
scribendo fit ut certo. Et tunc maxime
cum facilitas illa contingit. resi
stamus. et prudeamus ne offerentes
equos secuti quibusdam cohereamus.
Et nota quod secundum aug. ii. li. de doc. xpiana.
duabus causis non intelliguntur que
scripta sunt. Si aut ignotis aut am
biguis signis obteguntur. Sunt autem
signa uel propria uel translata. propria di
cuntur. cum hys rebus significandis
adhibentur propter quas sunt instituta. ut
cum dicimus bovem. intelligentes illud
animal. translata sunt. cum ipse res
ad aliud significandum usurpantur. ut
cum dicimus bovem intelligimus
euangelistam. Contra ignota signa propria.
magnum remedium est linguarum cogni
tio et varietas interpretationum.
Contra ignota signa translata. remedi
um est cognitio rerum ad quas sig
nificandas transferuntur. aug. iii. li.
de doc. xpiana. Contra ambiguitatem signorum
dat remedium. homo timens
deum voluntatem eius in scripturis
sanctis diligenter inquirit. et ne amet
certamina pietate mansuetus. pre
munitus et scientia linguarum ne in ignotis
locutionibus ignotis inhereat. pre
munitus et cognitione quarundam re
rum necessariarum. ne vim naturam ne
earum que propter similitudinem adhibentur
ignoret. adiuvante et codicum ve
ritate quam sollers emendationis
diligentia procuravit. veniat ita in
structus ad ambigua scripturarum
discutienda atque solvenda. Et paulo
post. Cum verba propria faciunt am
biguam scripturam. primo videndum

est ne male [illegible] enim pronunciaverimus.
Cum ergo adhibita intentio incertum
esse perviderit. quomodo distinguendum aut
quomodo pronunciandum. consulat regu
lam fidei quam de scripturarum planiori
bus locis. et auctoritate ecclesie percepe
rit. Quod si ambe vel etiam omnes si plures fu
erint partes ambiguitatis secundum fidem
sonuerint. textus ipse sermonis a pre
cedentibus et consequentibus partibus que
stat consulendus est. ut videamus cui
sententie de pluribus que se ostendunt fe
rat suffragium. eamque sibi contexi patiatur.
Et notandum quod qui legit scripturas la
borare debet ut eas memorie teneat
intelligat. Si tamen utrumque non potest fieri
preeligenda videtur esse intelligentia quam me
morie. aug. iiii. li. de doc. xpiana. Sunt
qui scripturas legunt et negligunt. legunt
ut teneant. negligunt ut intelligant.
quibus sine dubio preferendi sunt qui
verba earum minus tenent. et earum cor
sui cordis oculis vident. Et utrisque
ille melior. qui et cum vult illa dicit
et sicut oportet intelligit. Sextum est
ut homo sit assiduus in studendo. Ier.
Divine scripture semper in manibus
et iugiter in mente volvantur. nec suf
ficere putes mandata memoria te
nere. et operibus oblivisci. Id divinas
scripturas sepius lege. immo numquam
sacra lectio de manu tua deponatur.
Septimum est ut de sapientia adeo [illegible]
ta non sit ingratus. Et datorem sa
pientie glorificet. eccli. ult. Danti mihi sapien
tiam dabo gloriam. *De hys que adversantur*
Sequitur de hys que *prudentie*
aliquo modo adversantur prudentie
videntur. aut adversari prudentie
stulticia que est rerum appetendarum

er iudandar. n̄ quelibet ꝫ uiciosa igno
rantia. ut dicit aug. in li. de li. ar. est
ē ignorantia uiciosa. si adsit affecta
tio nesciendi que agenda sunt uel ui
tanda uel negligentia sciendi. b. in lib.
de .xij. gradibȝ humilitatis. frustra ꝯ
quit sibi de infirmitate. uel ignoran
tia blandiunt̄. qui ut liberius peccent
libent̄ ignorant. uel infirmant̄. aug.
sup illud ps. Noluit intelligere. potu
it intelligere. ut bn̄ ageret. ꝫ noluit.
ea uenitam n̄ h̄t. gg. in mor. Nescire
ignorantia ē. scire noluisse sup̄bia. b.
in ep̄lis. multa nesciunt̄. aut sciendi n̄
cura. aut discendi desidia. aut uere
cundia inquirendi. et quidem h̄i igno
rantia n̄ h̄t excusationē. Sc̄do uidet̄
adiłari prudentie uirtuti uiciosa. pru
dentia uel sapia que uidetur posse disti
gui in tres sp̄es. Prima ē prudentia ł
ł sapia carnis. de qua ad ro. viij. Sa
pia carnis inimica est deo. et in eodem.
Prudentia carnis mors ē. i. cā mortis
eterne. ubi dicit glo. Prudentia car
nis est cum quis studiosius implet q
carnis sunt. aug. in li. de ciuitate d
ei. est noxium genus artium quo
animi ualitudo sauciat̄. Idem. odore
et sapore inire diuidere pulmenta et quo
ualidi pisces captus sit. nosse dīc.
ꝯ quidam est intelleranda peritia. 3 ej̄.
in ep̄lis. alius in membris. preciosas
aues sendit et p̄ pedes et clunes circu
meuns erudicam manū in frustra ex
current. infelix qui huic uni rei uiuit.
ut altilia decenter secerit. n̄ ꝙ miser
est qui hoc uoluptatis cā docet. ꝙ
qui cā utilitatis discit. addisce quibȝ
posita palam notitia liberalis est que
hunc cuius rei sapor illum excitet.

cui delectet aspectus. et hec pma sp̄es
sapie uiciose ad delicias ptinet. Vn̄
sup illud .ij. ad cor. i. Non in sapia car
nali. dicit glo. Que est uoluptates
diligere. labores uitare. Sc̄da sp̄es ē
sapia terrena que ptinet ad diuitias.
baruch. iij. filij agar qui exquisierūt
prudentiam que de terra est. Tercia
sp̄es est sapia diabolica ptinens ad ho
norem uel maliciam. Diabolus enim
primo honorem diuinū appetiit. post
hominum maligno inuidit. Je. iiij. Sa
pientes sunt ut faciant mala. glo.
maliciosi. De hijs tribȝ sp̄ebȝ sapie
tangit̄. Jac. iij. Non est inquit sapia
ista desursum. ꝫ terrena. animal. dia
bolica. animalem uocat sapiam car
nis. Sapie t̄rene adulatur sapia
filij dei paupis facti. in principio doc
trine sue paupertatē commendantis.
Mt. v. beati paupes sp̄u. et eandem cō
sulentis. Mt. xix. Si uis pfectus ēē ua
de et uende omnia que h̄s et da paupe
ribȝ. Sapie carnis uidetur opponi sa
pia scōꝝ que scdm aug. est hic tpa
liter cruciari. et in eternum delectari.
Sapie uō diabolice sapia humilitatis.
de qua eccī. xi. Sapia humilitatis exal
tabit caput illius. ꝫ contra id quod
dcm̄ est forsitan obiciet aliquis quo
aliqua sapia possit ēē uiciosa. cum
omnis sapia a dn̄o deo sit. eccī. i. et ba
ruch. iij. hic adinuenit omnē ui
am discipline. et scīa mali bona est.
Si scīa mali mala ēēt. et eum in quo
est malum efficeret. deus qui omnia
mala scit magis malus ēēt quam
ceteri. ad hoc dicendum est ꝙ sapia
uiciosa p magna pte sui sapia nō
est ꝫ error. sicut dicit aug. ꝙ disce

plina mali n̄ est disciplina. ⁊ sup illud
ro. viii. Prudentia carnis mors est. di
cit glo. prudentia dr̄ cum res stulta sit
que ita uidetur secularib; hominib;. i. cor.
iii. Sapia huius mundi stulticia est
apud deum. mors manifeste ostend
sapiam huius mundi stulticiam eē.
sapientia terrena stulticia eē ostenditur.
cum ille qui tm̄ in congregatione diuitiarum
laborauit. nudus in terra ponit. Job. i.
Nudus egressus sum de utero matris
mee. ⁊ nudus reuertar illuc. Sapia car
nis stulticia eē ostenditur. cum caro de
liciis enutrita. uermib; esca datur. Sa
pia diabolica stulticia eē ostendit. cū
ille qui uoluit eē sup alios sub terra
positus ab hominib; ⁊ porcis ⁊ camel
conculcatur. eccles. xi. Si annis mul
tis uixerit homo. ⁊ in hiis letus fu
erit. meminisse dz tenebrosi tpis
. i. mortis. ⁊ dierum multor. s. uite
future. que n̄ habebit finem. qui cū
uenerint uanitatis arguunt pre
terita. Et no qd scdm gg. in pma pte
mor. huius mundi sapia est cor ma
chinationib; tegere. sensum uerbis uela
re. que falsa sunt uera ostendere. q
uera sunt falsa demonstrare. Scia
⁊ aliqua licet sit uere scia. uiciosa
potest dici ꝓpter studiositates que
eam pcedit. Vn sup illud ro. viii. pru
dentia carnis mors est. dicit glo. cū
qui studiosius implent q carnis st.
Vel potest dici uiciosa sp usum uicio
sum eius. eccl. xix. Est prudentie nequi
cia. ⁊ in ipa execratio. Vbi dz. n. nequi
cia execrabilis est. Et no qd disci
plina mali dupliciter potest intelli
gi. Vno mō ut ille genitiuus notet
materiam. de qua est disciplina. ⁊ sic

disciplina mali bona est. ⁊ a deo est. Vel
sic. ut notet finem ad quem est discipli
na. ⁊ sic disciplina mali. i. ad malum.
mala est in qntum est ad malum. ⁊ e
ab homine uel diabolo. ⁊ idem intelligere
de illo uerbo eccl. xix. Non est sapia
ne disciplina. disciplina. n. nequiti
e si sit ad uitandum nequitiam bona
si ad faciendum in qntum talis mala
est. ¶ It uidetur quodam m̄ aduersari
prudentie. cautio psumptio. uel elatio
aug. loquens de illo uerbo apli. dicen
tes se sapientes stulti facti sunt. ro. i.
Si dicendo incipit te eē sapientē stul
tus factus es. dic te stultum ⁊ sapiens
eris. q. xi. Absconditi hec a sapien
tib; ⁊ prudentib;. i. cor. iii. Si quis
int uos uidetur sapiens eē in hoc se
culo. stultus fiat ut sit sapiens. prov.
xxvi. ¶ Vidisti hominem sibi sapientem
uideri. magis spem de illo habebit
insipiens. gg. iii. pte moral. valde di
ficile est. ut is qui se sapientē estima
uerit ad humilitatem redeat. ⁊ sic
pdicantib; credat. gg. in moral. qa
prima stulticia angeli elatio extiti
fuit. uera sapia efficitur hoīs humi
litas sue estimationis. It prudentie
quodam m̄ aduersari uidetur conu
piscentia inordinata. aug. in li. confess.
Fugis perniciales caecitates supra illas
cupiditates. ps. Supercecidit ignis
n̄ uiderunt solem. ¶ It prudentie ui
detur quodam m̄ aduersari locutio
insipientium. prov. xiii. Qui cū sapien
tib; graditur sapiens erit. amicus
aū stultor similis illis efficietur. sen.
in epl'is. Rem facillimam ē ꝑ
scdm naturam suam uiuere.
difficilem facit communis insania.

vocantur insania insipientia eorum qui se
reputant sapientes. Simpliciter stulticia
in hiis qui nesciunt que scienda sunt
et ignoranciam suam agnoscunt. Sed
qui ignoranciam suam non agnoscunt qui
insani sunt. Insanus enim credit se esse
sapientem cum sit valde stultus. Misera
bilis est cecitas eorum qui cecitatem
suam non agnoscunt. quibus accidit sicut
[illegible]dam fatue. de qua loquitur Seneca in epistola
[illegible] Harpastam inquit uxoris mee fatuam
[illegible] hereditarium honus in domo mea
remansisse. hec fatua subito desiit vi
dere. Incredibilem rem tibi narro. sed veram.
nescit se esse cecam. Inde pedagogum suum
rogat ut migret. ait domum te
nebrosam esse. Hoc quod in illa ridemus omnibus
nobis accidere liqueat tibi. Nemo se a
varum esse intelligit. nemo cupidum.
[illegible] ducem querunt. Non sine duce erra
mus et divitias. non ego ambiciosus sum.
nemo aliter in urbe vivere potest. non
ego sumptuosus sum. sed urbs magnas
expensas exigit. quod nos decipimus
non est extrinsecus malum nostrum. intus
est in visceribus sedet. Ideo difficulter
sanitatem pervenimus. quia nos egrotare
nescimus. Et nota quod secundum communem
modum loquendi. et secundum modum
loquendi quem habet sacra scriptura.
insipientia vel imprudentia vel stulticia
non solum pertinet ad intellectum. sed et ad
voluntatem et operationem. Unde stultus
est omnis peccator et maxima stulticia est
peccare. et maxima sapientia est recedere a
peccato. Crisostomus. Sapientia est non eloquia
dei scire sed secundum eloquia dei vivere.
Job xxviii. Dixit homini dominus
[illegible] ostensum. quod timor domini ipse est sapi
entia et recedere a malo intelligentia.

ecclesiastes ultimo. Finem loquendi omnes pariter
audiamus. timete deum et mandata eius
observa. loquela est ad sapientiam condu
cendam. Sermo enim prudentis munimus
est omnis doctrine. homini indocto magis
convenit tacere quam loqui. finis igitur lo
quendi. id est id ad quod finaliter est lo
quela est sapientia consummata que
consistit in timore dei et observatione
mandatorum eius. Sine timore dei ni
chil sapere videtur homo. cum timor
domini principium sit sapientie. proverbiorum i. Hic
non reputaretur sapiens qui non timeret
furari vel rapere in terram illius domini
qui districtissime faceret iusticiam.
sicut non est sapiens qui non timet offen
dere dominum illum qui nobilissimam
creaturam dampnavit irrecuperabi
liter pro uno peccato superbie. Luce x. Vide
bam sathanam sicut fulgur cadentem
de celo. Et pro peccato primorum parentum
totum genus humanum dampnavit
exilio et temporali morte. et pro peccato luxurie
totum mundum. exceptis viii per
sonis aquis diluvii submersit. Et
nota quod licet valde necessarium sapienter
intelligere: quia ideo est ut homo sapienter
velit. et sapienter operetur. et insipien
ter intelligere valde sit periculosum.
eo quod sit occasio insipienter volendi.
et insipienter agendi. tamen sapere non est
in solo intellectu non est deo gratum.
nec hominum [illegible]. nisi attingat
voluntatem vel operationem. ut scilicet in
sipienter velit. vel insipienter agat.
qui sapiens est solo intellectu. insipi
ens in voluntate et operatione. insipien
tius videtur se habere quam si non haberet
sapientiam in intellectu. sicut duobus in
cedentibus per viam publicam. si de

uenit in iram que mittat eos in manus
latronum qui eos iugulent. unde Seneca
stultus nescius. stultior in hoc reputa
bitur qui sciens deuiauit. quam qui
nesciens et insipienter uadit qui de die
errauit. uel offendit qui de nocte.
Job. v. Per diem incurrent tenebras
et quasi de nocte sic palpabunt in meridie.
Et nota quod vii. stultitie peccantium.
qui mortale peccat multum agit et
tangentur .xii. stultitias que in eo qui
peccat possumus assignare. Prima est
quod semetipsum se excecat. Sap. ii. Exceca
uit eos malicia eorum. Gregorius. oculos quos
culpa claudit pena aperit. Secunda est
quod seipsum diabolo illaqueat. Job.
xviii. Immisit in rethe pedem suum.
Gregorius. Qui pedes in rethe mittit. non
cum uoluerit exit. Sic qui in pec
cates se deicit. non mox cum uoluerit
surgit. Prov. v. Iniquitates sue capi
unt impium. et funibus peccatorum suorum
quisque constringitur. qui peccat uo
lens uincitur ab hoste crudeli qui
non miserebitur. Gregorius. Debilis est hostis
qui non uincit nisi uolentem. ipse
et uolens se precipitat. Matth. iiii. Si fi
lius dei es mitte te deorsum. glo.
in quo infirmitas ostenditur. quod
nulli nocere possit. nisi prius ille
se deorsum miserit. Tercia est quod
insanus in seipsum manus inicit.
infligendo sibi uulnus insanabile.
Eccli. xxi. dicitur de peccato. plage illius non
est sanitas. immo quod plus est seip
sum occidit. Sap. xvi. homo per ma
liciam occidit animam suam. Eccli.
xxi. dicitur de peccato. dentes leonis den
tes ipsius interficientes animas hominum.
Peccatum dicitur mors anime. quia adeo

separat que est uita. Aug. Vera mors est
quam homines non timent. separatio
anime a deo. que est beata uita. [illegible]
uel quod aufert utilitatem uite presentis
terrene et presentis. B. super Cant. quo
minus me putares o amaritu
do uite usu quam fructu. scilicet uita sine
fructu grauior mors. Denique dum
mala pariter arbor infructuosa suc
ciditur et ignis. Quarta est uolun
taria perditio. Osee. xiii. Perditio tua Israel. [illegible]
Qui cadit per mortale peccatum omnia bo
na que umquam fecit amittit. [illegible]
et que agit in statu illo. mortua [illegible]
sunt. quod non sunt sibi meritoria. Qui
mortale peccatum committit. quasi ignem
in propria domo ponit. qui omnia de
struat. Luc. x. tangitur de duabus
stultitiis modo dictis. Ubi legitur
de illo qui incidit in latrones. qui
despoliauerunt eum. et plagis impo
sitis abierunt semiuiuo relicto.
Quinta est quod se redemptum a deo empt[illegible]
diabolo uilissime uendit. i. Petr. i.
Non corruptibilibus auro et argen
to redempti estis et cetera. sed precioso san
guine agni et cetera. Prov. xx. omne impro[illegible]
per nichilo. Ysa. lii. gratis uenun
dati estis. Sexta est quod ab aeter
norum bonorum recedit. Ideo non est mi
rum si male sit ei. Aug. tale bonum
est deus. ut nemini eum deserenti be
ne sit. Osee. vii. Ve eis quoniam recesse
runt a me. Aug. in li. soliloquiorum
deus est quem omnis relinquit qui
hoc est quod perit. Septima est quod
omnipotenti guerram facere [illegible]
sumit que guerra tanto stulta [illegible]
si ira dei permittet. quod diabolus
eum iugularet. Trenorum. iii. [illegible]

qp non sumus consumpti. Octaua est
qp ei seruit. cuius gratiam acquirere ne
quit. gg. Stultum est seruire diabo
li obstinato. qui nullo placatur obsequio.
Quo quis amplius ei seruierit. tan
to amplius ipse eum torquebit. No
na est qp ipse sibi in se locum tormenti
facit. affligitur enim peccator in cor
de suo. Ie. ii. Scito & uide qp malum &
amarum est reliquisse te deum dominum
tuum. qui peccat. quasi sarcinam super
ponit. quia in presenti grauetur. & in
futuro in infernum precipitetur. Aug.
Quid est mors depositio sarcine gra
uis. Si sit alia sarcina uo portetur. que
hominem in gehennam precipitetur. Deci
ma est qp ipse sibi in inferno portam
facit. Mt. xvi. Porte inferi non preualebunt
aduersus eam. Porte inferi di
cuntur peccata mortalia. qp qui in eis de
cedunt. in puncto ad inferna descen
dunt. Iob. xxi. Sicut qui ad portam
appropinquans est domui. Undecima
est quod portam paradisi sibi obstruit
regnum celorum modico pretio uen
dit. similis esau per lenticulam uendit
primogenituram suam. gen. xxv. Ibi
dem uapor est ad modicum parens
quam eterne felicitatis aditum includit.
Duodecima est qp ad suspendium loles
uolens uadit. Quis uero reputaret
insanum esse. qui requirentes quo ua
dam. respondet. suspendere me uado.
Sic nullus sapiens reputandus est
qui in mortali peccato est. cum singu
lis diebus unam dietam magnam
faciat ad infernale suspendium. eccles.
vi. Quid habet amplius stulto sapiens.
& quid pauper nisi ut pergat illuc.
ubi est uita. hoc discernit inter

inter sapientes & stultos qp sapien
tes uadunt ad uitam eternam. stulti
uero ad mortem eternam. De stultitiis
singulorum peccatorum require in tractatu
de uitiis. Explicit tractatus de pru
dentia. deo gratias qui incepit & com
pleuit amen. Incipit tractatus

Dicto de de temperantia.
prudentia que prima est
inter cardinales uirtutes.
secundum ordinem ceteras & sit
in in rationabili que uidetur esse nobi
lior concupiscibili & irascibili. qp ea
discernitur homo ab animalibus bru
tis. dicendum est de aliis tribus. & pri
mo de temperantia. & fortitudine
quam de iustitia. qp temperantia et
fortitudo ad iustitiam disponunt
& preparant. sicut cupiditas. quam
temperantia refrenat. & timor cui
fortitudo resistit. iustitiam a suo
officio impediunt. & prius dicetur
de temperantia. quam de fortitudine.
qp temperantia animum ordinat ad
id qp est infra. sed ad aduersa. De or
dine cardinalium uirtutum adinuicem.

Item temperantia regit homo seipsum
fortitudine & iustitia alios. prius uero
est homini utilius est regere se quam
alios. Sen. Si uis omnia tibi subicere
subice te rationi. multos enim reges
si ratio te rexerit. Item temperantia re
frenat concupiscentiam anime circa
bona modica & infima. fortitudo
uero roborat eam circa bona ardua.
Illa spiritualem descensum anime
cohibet. ista spiritualem ascensum
promouet. cohibitio uero a spirituali des
censu est prior ascensu spirituali.
Item temperantia est in in concupisci

ad bona que cor
poris seruiunt
fortitudo uero
ad id quod est
contra se.

cibili. fortitudo vero in irascibili. Operatio vero concupiscibilis naturaliter videtur esse prior quam operatio irascibilis. Vis enim concupiscibilis est appetitiva boni delectabilis. Irascibilis est appetitiva boni ardui expedientis. ut est medicina vel incisura. que fit propter salutem corporis. Bonum vero expediens bonum est secundum quid. bonum vero delectabile bonum simpliciter. et propter illud est bonum expediens. Unde appetitus boni delectabilis naturaliter prior est appetitu boni expedientis et est naturalis. Aristoteles in libro de natura animalium. Omnia naturaliter appetunt delectationem. Et est vis concupiscibilis motiva secundum apprehensionem boni. Vis irascibilis secundum apprehensionem mali. Sicut enim per apprehensionem boni expectati est in concupiscibili motus cupiditatis. et per eius adeptionem seu coniunctionem est quies vel gaudium in anima. sic per apprehensionem mali quod aliquis opinatur sibi affuturum. est timor in irascibili et per illationem mali quod prius timebat sive per ablationem boni quod concupiscebat. fit perturbatio vel ira in irascibili. et sequitur appetitus vindicte. Unde dicit Avicenna. quod vis concupiscibilis est vis imperans moveri. ut appropinquetur ad ea que sunt. aut creduntur appetitui delectantia. Irascibilis vero est vis imperans moveri ad repellendum id quod putatur nocivum. aut corrumpens appetitum vincendi. Unde cum bonum prius naturaliter sit quam malum. malum enim dicitur aliquid secundum Augustinum. quod adimit bonum. vel nocet bono. Operatio concupiscibilis que est secundum apprehensionem boni prior est naturaliter quam operatio irascibilis que est secundum apprehensionem mali. Preterea primus insultus a diabolo factus primis parentibus videtur fuisse contra temperantiam. et in pugna Christi prima temptatio fuit contra virtutem temperantie. prima enim pars vite nostre assuescit voluptatibus quarum refrenatio ad temperantiam pertinet. Propter istas causas merito temperantia virtuti fortitudini preponitur. et secundum hunc ordinem vero ostensum numerantur .iiii. virtutes. super illud Matthei xv. Erant autem qui manducaverant. iiii. milia hominum. glossa. iiii. propter .iiii. virtutes quibus vivitur. Prudentiam. temperantiam. fortitudinem. et iustitiam. eodem ordine enumerantur. Genesis ii. in glossa super illud, qui dividitur in .iiii. capita. De temperantia vero hoc modo dicetur. Primo diverse acceptiones huius nominis temperantia. assignabuntur. Secundo descriptiones eius ponentur. Tertio ea que pertinent ad eius commendationem. Quarto agetur de partibus temperantie. Distinctio temperantie. secunda pars

Circa primum notandum quod nomen temperantie tripliciter accipitur. Primo pro temperantia generali quam pertinet cavere circa omne opus virtutis. ne quid parum vel nimis fiat. ad eam pertinet moderari opus virtutis illo modo de quo loquitur Oratius. Est modus in rebus sunt certi denique fines, ultra quos citraque nequit consistere rectum. Sic sumitur nomen temperantie. Boetius in libro de consolatione. Temperantie inquit est

solum in iustitie habet et fortitudini et prudentie
modum imponere. Secundo modo dicitur
temperantia virtus animi impetus non
rectos cohibens. sic sumitur a tullio, prima
rethorica. Tertio dicitur temperantia
virtus, animam regens circa delecta
tiones corporales. sive circa delectatio
nes quinque sensuum. glo. super ezechielem xv.
Temperantia est refrenatio cupidita
tis. ab hys que temporaliter delectant.
Et augustinus dicit. temperantiam esse in cohi
bendis delectationibus pravis. Tertia
Circa pars describitur temperantia
Secundum notandum quod temperantia sic descri
bitur a tullio in prima rethorica. temperantia
est rationis in libidinem atque in a
lios non rectos animi impetus. firma
et moderata dominatio. libidinem hic in
tellige cupiditatem carnalis delecta
tionis. Alios impetus animi non
rectos intellige. ut cupiditatem laudis
vel proximo nocendi. hys cupiditatibus
dominatur. non quod motus mens non
sentiat. sed quod eam cingunt non sit pro
cessus ad consensum. Et notandum quod secundum
tullium. in libro de officiis. duplex est
vis anime. Una est que altera appeti
tus. que animum rapit. Rationis est
dominari. appetitus obtemperare. Item
tullius in libro officiis. sic describit tempe
rantiam. Temperantia est dominium ra
tionis in libidinem et in motus alios.
importunos. secundum augustinum vero in libro
de moribus ecclesie. Temperantia est amor
sese deo integrum incorruptumque
servans. secundum macrobium. Temperan
tia est nichil appetere penitendum,
in nullo moderationis legem excedere.
sub iugo rationis cupiditatem domare.
Et augustinus in libro de libero arbitrio. quod
temperantia est affectio cohercens et
cohibens appetitum ab hys rebus
que turpiter appetuntur. Et notandum quod
modus a quo moderatio dicitur quadru
plex est. Primus est restrictio inor
dinati appetitus in vi concupiscibili que
prima est ad concupiscendum delecta
bile corporale, temporale vel in vi irasci
bili que impetuosa est. ad repellen
dum nocivum vel corrumpens. Secundus
consistit in privatione eius quod est
nimis et parum. Tertius in hoc quod
opus debitis circumstantiis induatur.
et hutus tertii modi secundus modus pars
est. Quartus modus est a quo virtus
modestie dicitur. quam tullius ponit esse
etiam partem temperantie. de qua infra
dicetur. Commendatio temperantie

Sequitur de hys que pertinent ad
commendationem temperantie. Et
notandum quod ad eius commendatio
nem primo facit quod ipsa homini ho
norem suum custodit. honor hominis
est libertas voluntatis. qua apprehen
so delectabili potest illud velle vel
nolle. genesis iiii. Sub te erit appeti
tus eius. et tu dominaberis illius. In
brutis est servitus appetitus huic
libertati opposita. apprehenso enim
delectabili accenditur concupiscentia
eorum. nec habent in potestate sua eam
extinguere vel temperare qui tem
perantie virtutem habet. vivit ut homo
qui eam non habet. ut brutum. Jo. Qui
post carnem ambulant. in concupiscentie
et libidinem patrum. qui irrationabilia
iumenta reputantur. in psalmo. Homo cum
in honore esset non intellexit comparatus
est iumentis insipientibus. Secundo quod
ipsa hominem spiritualibus circumdat

et inter eos qui sunt de pplo dei. et q
n sunt, uere deseruit. Sen. in libro
de .iiii. uirtutibz. Continentia si dili
gis circumcide supflua. et in artum
desideria constringe. Continentiam
ibi uocat tempantiam. Je. iiii. Cir
cumcidimini dno. et auferte ppucia
cordium uestroz. deut. xxx. Circumci
det dns deus tuus cor tuum et cor se
minis tui ut diligas dnm dm t.
in toto corde tuo. Tempantia au
fert obprobrium egypti .i. mundi .l.
supfluum a pplo dei. Jos. v. hodie
abstuli obprobrium egypti a uobis.
ipa cauet nequid nimis sapiens
id arbitror pmo ee utile in uita.
nequid nimis. Tercio qr do fami
liarem reddit. sap. vi. Incorruptio
facit pximu deo. tempantie e ut
amor in deo incorrupt atqz integ
custodiatr. Sedm aug. in li. de mo
ribz ecce. Ipa deo seruat integru
cor qd ipe spialiter requirit. pv.
xxiii. Prebe fili mi cor tuum m. au
g. x. li. confes. Dne p continentia
colligimur in unum. a quo in mul
ta defluximus. minus .n. te amat
qui tecum aliquid amat qd n pp
te amat. ipa deo qui sps est. assi
lat hominem eum spualem faci
endo. Sen. in li. de .iiii. uirtutibz. ca
pitlo de continentia. Desidia tua
puo redime. qr hoc tm curare deb
ut desinant. atqz uel cm ad exeplar
diuinu compositus. a corpe ad spm
qntum potes abducere. ipa filios
dei qm ablactat separando eos a sola
cio tempalium deliciaz qd deo ualde
gratum est. gen. xxi. Abraham in
ablactatione ysaac facit conuiuiu
magnu. Ipa ad contemplonem dei pparat
aug. Tempantia est amor ab amore i
ferioris pulcritudinis nos remouens
et eleuans ad supiorem. Jd in libro
soliloquioz. Unum est qd tibi possum
precipe. nichil in nobis plus peni
ee fugiendum. qm ista sensibilia
uendumqz magno ope dum hoc cor
agimus. ne quo eoz uisco pennas
impediantur. quibz integris atqz p
fectis opus est ut ad illam lucem ab
hiis tenebris euolemus. que se non
ostendere quidem dignatur in hac ca
uea inclusis. n tales fuint. ut ista
uel effracta uel dissoluta possint
auras suas euadere. tempantia h
thronum eburneum pparat. signi
tum p thronum eburneu quem
cit rex salomon. de quo .iii. Reg. x.
par. ix. Ipa e in domo eburnea in
delectat. in ps. A domibz eburneis
ex quibz delectauerunt te. fi. regum. Ipa
tabernaculum sanctificat. ps. Sci
uit tabernaculum suum altissimus. et
uerbo dicamus. adeo placet deo, qd
ne ipa nullus deo placere poterit
qui in carne sunt, deo placere non
Quarto qr ipa frenum est quo a
humanum a spu regitur. sine quo
corpi periculose preseder. sicut alq
periculose insidet equo sine freno
equus sit indomitus. et aqua u
aliud periculum sit ppinquum de h
freno. sen. dicit. Impone concup
tue frenum. Quinto qr ipa diab
lum multum offendit. sicut e
oppositum eum gaudere facit
xviii. Post concupiscentias tuas
a uoluntate tua auertere. si ...
aie tue concupiscentias eius. facient

gaudium inimicis tuis. Temp̄antia
diabolum in arido ponit ubi n̄ h̄t re
quiem. m̄h. xij. Cum immundus sp̄c
exierit ab homine ambulat p̄ loca a
rida querens requiem et n̄ inuenit.
Intemp̄antia n̄ diabolo locum q̄etis
parat. l. h̄midum. vn̄ Job. xl. dr̄ dor
mire in locis humidis. Temp̄antia
liberat ab hoste qui diu hominem pos
sedit. l. a uoluptate. cui homo diuina
bella asluerat. sap̄. Ulres egre de
ducunt. Ut difficile est repellere
passionem iute cōtemporaneam. Tem
p̄antia hostem cauet. cuius ingres
sus pacificus uidetur. l. uoluptatē
blandientem. Sen̄. Voluptates in
sidiosissimas p̄cipue exturpa. que
more latronum ad hoc nos āplect̄unt
ut iugulent. Ipā in prosp̄is custodit.
in quibus p̄iculum est. Gg̃. Cū omīs
fortuna timida sit. magis prosp̄a ti
menda est q̄m aduersa. hec. n. seuiendo
erudit. illa blandiendo seducit. Ipsa
ignia carnalia que maiora sunt in
famme extinguit. Sexto q̄ ipā ē sto
la prima. luc. xv. Proferte cito primā
stolam. Ipā est uestes de bello. p̄u. ult.
bissus et p̄pura. indumentum eius. Ipa
candor est q̄i materialis respectu al
tius gr̄a. Ipā est principium sp̄ualis
pulcritudinis que consistit in candore
et rubore. cant. v. Dilectus m̄s candi
dus et rubicundus. i. cor. xv. Qualis
celestis tales et celestes. Septimo q̄
uas corporis sincerum custodit. sap̄.
Sincerum est nisi uas quodcūq; in
fundis acescit. i. thim̄. iiij. hec est uo
luntas sc̄ificatio u̇r̄a et c̄. ut sciat un̄
quisq; urin uas suum possidere in
sc̄ificatiōe et honore. Ipa honestatem

p̄uidet illi p̄ti hominis que magis
ea indiget. l. carni. Octauo q̄ homi
nem munit ea p̄te qua infirmior ē
l. ex p̄te carnis. m̄h. xxvi. Sp̄c quid̄
p̄mptus est. caro aūt infirma. Ipā ē
a deceptione hostis familiaris cu
stodit. nulla n̄ pestis efficacior ad
nocendum q̄m familiaris inimic̄.
et in uno u̇bo comp̄hendam̄. non est
digna ponderatio cōtinentis anime.
i. temp̄ate. eccī. xxvi. q̄ uocam̄ nos
cōmuniter temp̄antiam uocat.
Sen̄. continentiam. Temp̄antia tur
pitudinē fugit et sic medicinā ser
uaret. Sen̄. Si continentiā dili
ges turpia fugito antequā ueniant.
ne quemq̄m alium uerebēris plus
q̄m te. omīa tolerabilia p̄ter tur
pitudinem credere. Ipā decorem p̄
uidet motibus ur̄is. Sen̄. Si conti
nens es et animi tui et corporis mot̄
obserua. ne indecori sint. nec ideo
illos contempnas q̄ lateant. nam
nichil differt si nemo uideat cum tu
ip̄e illos uideas. De p̄tibus tēp̄antie
Sequit̄ de p̄tibus temp̄antie. Nō
ē q̄ sc̄dm tullium in prima re
thorica. Temp̄antia tres h̄t p̄tes. p̄
ma uocatur ab eo continentia. sc̄da
clementia. tercia modestia. Prima
uidetur regere animū q̄ntum ad
appetitum boni. sc̄da q̄ntum ad ap
petitū alicui mali. tercia q̄ntum
ad exteriora iudicia hoīs. Contine
tia ut ait tullius est p̄ q̄m cupidi
tas consilij gubernatione regitur.
cōtinentia uō sic sumpta uidetur
posse diuidi. sicut cupiditas quā
ipā refrenat diuiditur. que h̄t du
as sp̄es. l. inordinatum appetitum

delectandi. et inordinatum appetitum
habendi. Sic continentia uidetur habere du
as partes. unam que refrenat appetitum
uoluptatum. et aliam que refrenat
appetitum diuitiarum. ad quod uidetur per
tinere quod dicit glo. super illud. luc. vi.
beati pauperes. etc. temperantia tempe
rantiam uocans paupertatem hic.
que refrenat appetitum diuitiarum.
has duas partes continentie tangit
sen. dicens. hac mediocritatis linea
continentiam obseruabis. ut nec uo
luptati deditus. prodigus. luxuriosus
appareas. nec auara tenacitate.
sordidus aut obscurus existas. xii.
que nos dissuadent amorem uoluptatum.
Circa illam partem continentie que
appetitum uoluptatum refrenat no
tandum quod. xii. sunt que nobis dissu
adent inordinatum amorem uolup
tatum. ¶ Primum est locus in quo
sumus. aug. In ualle miserie su
mus. ubi eo magis flendum. quo minus
flemus. Ier. nescimus quo sunt clau
dimur in hoc exilio. non eiecit deus homi
nem de paradiso ut hic faceret alium
paradisum. ¶ Secundum est tempus in quo
sumus. b. uniuersum tempus presentis uigi
lia quedam est sollempnitatis mag
ne. et eterni sabbati quod prestolamur. uigi
lia non est tempus deliciarum. sed ieiunii. ¶ Ter
cium est exemplum christi et sanctorum. b.
Ipse qui non fallitur elegit quod carni
molestius est. id ergo melius. id utilius
id magis eligendum. et quisquis ali
ud docet uel suadet. ab eo tamquam a
seductore cauendum est. ii. cor. xi.
In fame et siti in ieiuniis multis.
¶ Quartum est exemplum eorum quibus
amor uoluptatum nocuit. ut exem

plum matris nostre eue. de qua gen. iii.
Vidit mulier quod lignum esset bonum
ad uescendum. etc. et tulit et comedit.
et exemplum salomonis de quo eccles. ii.
Non prohibui cor meum quin omni uo
luptate frueretur. sed quod insanum
est. iii. Re. iii. ¶ Quintum est peri
culum in acquirendo sumptus deliciarum.
multotiens enim acquiruntur uel per
mortem propriam uel per mortem alie
nam. noluit dauid bibere aquam quam sibi
attulerant tres fortes. sed libauit eam
domino. dicens propitius sit mihi dominus ne fa
ciam hoc. num sanguinem hominum
istorum qui profecti sunt. et animarum pe
riculum bibam. et melius est sine pe
riculo tamen panem et aquam sumere quam
cum periculo delicias habere. ii. mach.
v. Iudas secesserat in desertum lo
cum ibique inter feras cum suis uitam
in montibus agebat. et feni cibo ues
centes demorabantur ne participes fi
erent coinquinationis. ¶ Sextum
labor qui est in preparando. expertus
uoluptatum assertor. omnes labores su
impleuit oleribus et pomis et ciborum
libus dicens esse uiuendum. quocumque
et exquisite epule ingenti cura et
miseria parentur. maioremque pe
nam in querendo quam uoluptatem
in abutendo. ¶ Septimum est uo
luptatum breuitas. Sen. Uoluptas
est breuis fastidio obiecta quo aui
dius hausta est. citius in contrarium
recidere. ¶ Octauum est earum
uilitas. Sen. In uoluptate nihil
magnificum. aut quod naturam ho
minem deo doceat. non est autem
sed pueriles uoluptates carnem
amare. Ideo lacte significatur

scriptura sacra carnalis voluptas q
...ibꝫ puerorum. nõ docet in etate iuvenili
...a mammillis lac sugere. gen. x
... Postq̃m consensi voluptati ope
...dabo. Nonũ est penuria fratrum
...et filiorum dei. nõ decet xp̃ianum
...itas querere cum sciat xp̃m in tot
...bris suis necc̃e nõ hr̃e. heb. xi.
...moyses grandis fc̃us. negavit se
...lium filie pharaonis. magis eligẽs
...fligi cum p̃plo dei. q̃m temporales p̃c
...hr̃e iocunditatem. Iniqua est h
...io, q̃ inter filios dei alii superflua
...ant. alii necc̃ijs indigeant. b. clamãt
...clamant famelici. et conquerũ
...nobis inq̃runt fame et frigo
...iserabiliter laborantibꝫ. quid
...ferunt tot mutatoria. vel exte
...in pticis. vel plicata in mantica
...nũ est q̃ effundis. nobis cru
...liter subtrahitur q̃ inaniter expen
...tis. Idem. Inveniuntur cariosi q
...cabentur. et nõ inveniuntur nisi
...quo sustententur. Decimum est
voluptatũ impuritas. hñt. n. mul
...amaritudinis annexam. vñ et
...congregationes aquarum appella
...maria. gen. i. multitudinem eãu
delectationum et annexa multitu
...amaritudinũ. boe. Dulcedo feli
...tas humane multis amaritu
...inibꝫ respsa est. Iob. xxx. et sub
...tibꝫ delitias reputabant. eccu.
...invenit amariorem morte mu
...rem. hec est voluptas carnis a
...mam separans a deo. et ideo amari
...o morte corporis que corpus ab
anima separat. cum. n. deus melior
...anima separatio eius erit deterior.
Undecimũ est voluptatũ vanitas.

ecc̃es. xi. Adolescentia et volupta
vana sunt. Vanum est q̃ nõ confert
plenitudinem continentie. Ioh. Vo
luptas hũta famem nõ satietatem
parit. ecc̃es. i. Non saturatur oculus
visu. nec aures auditu implentur.
Io. iiii. Qui biberit ex hac aqua si
tiet iterum. aug. Omnia humana de
lectationis avida ex quo ab unitate
recessit. cum rerum qualitate nõ
possit. rerum varietate satiari de
sideravit. ecc̃es. ii. Dixi in corde meo.
vadam et affluam delicijs. et fruar
bonis. et vidi q̃ hoc quoque esset va
nitas. Duodecimũ est eorum noxi
etas. Nocent aũt hõi multipliciter. xii.
Primo mala q̃ faciunt voluptates.
q̃ multotiens sunt corporis occasio
mortis vel infirmitatis. Sen.
Voluptatibꝫ menior pars pit corporum.
Id. corpus suggerit vanas volupta
tes. breves. penitendas. ac nisi mo
deratione magna temperentur. in contra
rium hebetas. Id. Ipse voluptatibꝫ
in tormenta vertuntur. Id. quis hostis
in quemq̃m tam crudelior sit
q̃m in quodam voluptates sue sunt.
Secdo q̃ hominem in servitutem
ponunt. Sen. Voluptatibꝫ se immer
gunt quibꝫ in consuetudinem ad
ductis carere nõ possunt, et ob hoc
miserrimi sunt q̃ eo pervenerunt.
q̃ illis que sunt superflua facta sũt
necessaria. Voluptas amantibꝫ se q̃m
q̃ iuga supponit. s. consuetudines
delectationum que sunt secundum quin
que sensus. luc. xiiii. Iuga boum emi
quinque. Tercio in hoc quod corpus
hominis contumax reddit. prov. xxix.
Qui delicate a pueritia nutrit

seruum suum. postea sentiet eum con tumacem. voluptas carni concupiscenti aduersus spiritum in adiutorium sit. sed multotiens spiritus succumbit. vnde si concupiscentia cepit habere irritamenta. fiunt duo contra unum et preliatur conscientia. ¶ Quarto quia licet uideatur esse medicamentum tamen facit ad infirmitates augmentum. gregorius in moralibus. ipsum medicamen in uulnus uertitur, quia exquisito remedio paulo diutius inherentes ex eo grauius deficiunt. quod prouide ad refectionem paratum.

¶ Quinto quia multum a salute impedit. ipsa est que forte glutinum. luc. xiiii. uxorem duxi et ideo non possum uenire. hec est uoluptas carnis.

Sexto obliuionem inducit. eccl. v. Non satis recordabitur dierum uite sue. eo quod deus occupet deliciis cor eius. ¶ Septimo hominem a sapientia impedit. Job. xxviii. Sapientia non inuenietur in terra suauiter uiuentium. ¶ Octauo sterilitatem bonorum operum inducit. ysa. xlvii. Et nunc audi hoc delicata. et paulo post. venient tibi hec duo subito in die una. sterilitas et uiduitas. ipsa hominem quasi paludem efficit. Jere. xxxi. Vsquequo dissolueris deliciis filia uaga. deut. xxviii. Tenera mulier et delicata que super terram ingredi non ualebat. ipsa uirilitatem aufert. ysa. xix. erit egyptus quasi mulieres. ipsa fluuius est in quo pharao infernalis masculos iubet proici. exo. i. ipsa est aqua egypti in sanguinem uersa. exo. vii. ¶ Nono hominem loq[uen]tem facit. ipsa est fluuius ranas ebulliens. exo. viii. ¶ Decimo reddit hominem incompatientem. ut patet in epulone euangelico. luc. xvi. amos vi. bibentes uinum in fialis et optimo unguento delibuti et nichil patiebantur super contritione ioseph. ¶ Undecimo melioribus deliciis priuat spiritualibus. vnde. delicata est diuina consolatio et non datur admittentibus alienam. columba aquam refugit. aquam secularis uoluptatis. gen. viii. vnde bern. de illo uerbo. Nisi ego abiero paraclitus non ueniet. jo. xvi. Quis inquit credat de cetero carnis illecebris fantasticis deditus paraclitum experire. ¶ Duodecimo in penam eternam commutatur. apoc. xviii. quantum glorificauit se et in deliciis fuit. tantum date illi tormentum et luctum. aque inferiores in mare mortuum descenderunt. Josue. iii. voluptates enim temporales ad amaritudinem eternam ducunt. multa que ualent ad refrenandum amorem diuitiarum inuenies in tractatu de auaritia paupertate et supra. que amorem diuitiarum refrenat. dicetur in tractatu de beatitudinibus. ideo hic ea que pertinent ad refrenationem huiusmodi amoris [relinquimus].

De clementia.

Sequitur de clementia que sicut stultum est uitium per quod animus in odium alicuius concitatur benignitate retinetur. De hiis que ualent ad refrenandum odium multa inuenies in tractatu de ira. Seneca. clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi. uel lenitas superioris aduersus inferiorem in penis constituendis. Ex quo patet licet clementia necessaria sit omni

maxime tamen principibus. Unde dominus
primum principem populi sui moysen
constituit. qui erat uir mitissimus
super omnes homines qui morabantur
in terra. Numeri. xii. et. iii. Regum. xx. legitur.
Audiuimus quod reges domus israel clemen
tes sunt. Hester. xiii. Volui potentes
nequaquam abuti magnitudine sed cle
mentia et lenitate gubernare sub
iectos. et ysa. xvi. petrus. Emitte agnum
domine dominatorem terre. et de christo legitur
Zach. ix. ecce rex tuus uenit tibi mansue
tus. et lex eius uocatur lex clementie.
prouerbiorum ultimo. et in signum clementie un
guntur reges christiani et ecclesie prelati.
Seneca. Nullum ex omnibus clementia mag
is regem aut principem decet. Idem.
clementia efficit ut inter regem et ty
rannum discrimen sit et differentia.
Sciendum quod clementie uirtus mediocri
tatem seruat in puniendo. aut ulciscen
do. Seneca. Tam omnibus ignoscere crude
litas est. quam nulli modum tenere debe
mus. sed quia difficile temperamentum est
quicquid plus futurum est. in partem
humaniorem ponderetur. In archa. uir
ga erat aaron cum manna. hebreos. ix.
ille enim qui preest quandoque debet parcere. quandoque
ultionem sumere. Virga assueri ex
tenta signum erat clementie. hester.
xv. ad clementiam maxime pertinet
temperantia in ultione. propter quod monitum
est. Seneca. Quemadmodum magni
animi non est qui de alieno liberalis
est. Sed ille qui quod alteri donat sibi
detrahit. ita clementem uoco non in
alieno dolore facilem. sed eum qui
cum suis stimulis exagitetur non pro
silit. qui intelligit magni animi esse
iniurias in summa potentia pati. Seneca.

quoniam nichil est gloriosius principe impu
ne lese. ultimo duas res prestare so
let. aut solacium aufert et quia ac
cepit iniuriam. aut in reliquum
securitatem. principis maior est for
tuna quam ut solacio egeat. mani
festiorque uis quam ut alieno malo si
bi uirium opinionem querat. Hoc
dico cum ab inferioribus petitus uio
latusque est. clementia principem
seruat. ne in pacta uel aliqua alia
mordicata affectio ultionem pre
cipitet. Tullius. in libro de officiis.
optandum est ut qui presunt
rei publice legum similes sint. que
ad puniendum non iracundia sed equi
tate ducuntur. Ad principem uere
clementie pertinet illud uerbum Senece.
In hac tanta facultate rerum non
ira me ad iniqua supplicia compu
lit. non iuuenilis impetus. non te
meritas hominum et contumacia
que sepe tranquillissimis quoque pectori
bus patientiam extorsit. clementie est
causas parcendi querere. Seneca. alte
rius erat prima mouere. sine al
terius ultima. quotiens nullam
inueni uindicte causam. in peperci. xii.

Quod incitant principes ad clementiam.

Item nota quod. xii. sunt que possunt
ualere ad incitandum principes
ad clementiam. Primum est exem
plum principis celestis dei. de quo Ioel.
ii. legitur quod ipse benignus et mi
sericors est. et prestabilis super mali
cia. et sap. xi. Parcis omnibus quoniam tua
sunt. Seneca. Si deus placabilis et
equus delicta potentium non statim ful
minibus persequitur. quanto equius
est hominem hominibus prepositum

tum animo exercere imperium. Se-
cundum est exemplum creaturarum
inferiorum, ut exemplum quod ponit
Sen. de rege apum. Iracundissime
inquit ac pro captu corporis pugnacis-
sime sunt apes, et aculeum in vul-
nere relinquunt. rex ipse sine aculeo
est. noluit ipsum natura nec sevum
esse. nec ultionem magno constaturam
petere. telumque detraxit, et iram eius
inermem reliquit. exemplar hoc magnis
regibus ingens prodeat ab exiguis a-
nimalibus non trahere mores. tanto
moderatior hominum animus esse
debet, quanto vehementius nocet. Ter-
cium est naturalis nobilitas ani-
morum qui regendi sunt. Sen. remis-
sius imperanti melius paretur. natu-
ra contumax est animus humanus
et in contrarium atque arduum nitens
facilius sequitur quam ducitur. Quar-
tum est quod clementia nature huma-
ne congruit. crudelitas non videtur
esse contra naturam humanam et quasi bestia-
le. Sen. Quid istud delectari sono
cathenarum quocienscumque ventum est et mul-
tum sanguinis fundere aspectu
suo terrere et fugare. que alia vi-
ta esset. si leones ursique regnarent.
si serpentibus in nos ac noxio cuilibet
animali eciam daretur potestas.
ipsa racionis inexperta natura abstinet
suis, et tuta est inter feras similitu-
do morum est. Arist. in li. de natura ani-
malium dicit quod non est animal unum quod
speciei se comedant. Sen. ferina ra-
bies est sanguine gaudere ac vul-
neribus. ac abiecto homine in silvestre
animal transire. Quintum est
humani sanguinis preciositas que

preciosissime tenendum est. Sen. in epistola.
Clementia sanguini suo tamquam alie-
no parcet. et scit homini non esse homine
prodige utendum. Item loquens verbis
competentem clementi principi. Conditum
inquit immo strictum apud me fer-
rum est. summa parsimonia etiam vili-
simi sanguinis. utinam gladius spe-
cialis esse esset. et usus eius parcus et sub-
ditus. Sen. Securitatem aliquam ad cle-
menciam in principatu habeo. Gregorius. Nazan-
zenus ad imperatorem: a Christo et illo ho-
mines. tunc venia et potestas mortalis
induta est et gladius tibi datus est non
tam ut operetur quam ut comminetur
quem utinam depositum incruentum
et impollutum restituas commendanti.
Sextum est finis propter quem principes
sunt constituti. ut scilicet medeantur
generi humano. Ideo dicebat Sen. quod non
minus turpia sunt principi multa
supplicia quam medico multa funera.
.ij. cor. x. Potestatem dedit nobis deus
in edificationem et non in destructionem
vestram. Item. sapiens multa remittet
multos parum sani sed sanabilis in-
genii servabit. agricolas bonos imi-
tabitur qui non tantum rectas procerasque
arbores colunt. illis quoque quas
aliqua depravavit causa adminicula qui-
bus dirigantur applicant. alias circum-
cidunt. quasdam infirmas vicio lo-
ci nutriunt. videbit quod ingenium qua
racione tractandum sit. Item. princeps
alios ex civibus suis quod utiles bonique
sunt libens videat. alios in numero
relinquat. quosdam esse gaudeat
quosdam esse paciatur. Septimum
est quod oppositum clementie. scilicet crude-
litas hostes multiplicat. Sen. in

libro de clementia. Voluntas quoque animi sequitur eundem quem causa defecerat. alioquin quemadmodum precise arbores plurimis ramis repullulant, et multa satorum genera ut densiora surgant resecantur: ita regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo. parentes enim liberique eorum qui interfecti sunt, et propinqui et amici in locum singulorum succedunt. Octavum est quod crudelitas audaciam iratis [illegible] dat. Seneca: Temperatus timor cohibet animos. assiduus vero et acer et extrema admovens in audaciam iacentes excitat. et omnia experiri suadet. Acerrima virtus est quam ultima necessitas extendit. Idem: videbis sepe committi quod sepe vindicatur. Item: summa prudentia summi viri et rerum nature peritissimi maluit velud incredibile scelus et ultra audaciam positum preterire, quam dum vindicat ostendere fieri posse. Nonum est quod clementia principi securitatem dat. Seneca: errat si quis existimat tutum ibi esse regem ubi a rege nichil tutum est. securitas securitate mutua paciscenda est. non est opus latera montium abscindere, multiplicibus muris turribusque sepire: salvum regem clementia in aperto prestabit. Unum est inexpugnabile munimentum: amor civium. Proverbiorum xx: clementia preparabit vitam, et sectatio malorum mortem. Decimum est quod clementia regnum roborat. Proverbiorum xx: misericordia et veritas custodiunt regem, et roboratur clementia thronus eius. Undecimum est quod bonitatem et principis et ipsius consummat. Proverbiorum xvi: Clementia regis quasi imber serotinus. Sicut temporaneus est ad germinationem, sic serotinus est ad maturationem. temporaneus inchoat, quod serotinus consummat. Sic clementia regis benefica est hiis qui male se habent, quod est consummare bonitatis. et facit ut ipsi vitam suam bene consumment. multi bene finiunt vitam suam qui male finivissent nisi clementer cum eis actum fuisset. Duodecimum est quod clementia facit ut princeps temporalis in futuro iudicem universalem clementem inveniat. secundum Luc. vi: In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Ad idem potest referri illud Proverbiorum xi prius positum: clementia preparabit vitam.

De modestia.

Sequitur de modestia quam sic describit Tullius in prima rethorica. Modestia est per quam pudor honestatis puram et stabilem comparat auctoritatem. et innuitur in hac descriptione causa et effectus modestie. pudor enim qui est timor turpitudinis vel fuga vel indecentis, declinando indecentiam in exterioribus, causa modestie est. et sic comparatur auctoritas seu gravitas, pura non habens admixtionem sui contrarii, vel vilitatis, et stabilis. non enim est momentanea, sed permanens. Et nota quod ordinatio interior que est cum ratio preest et appetitus obtemperat, causa est exterioris ordinationis. Inordinatio vero interior que est cum appetitus non subest rationi, causa est exteriores inordinationis. ubi cum animus est iratus. aut

metu commotus. aut nimis volup
tatem appetens exteriora mutantur.
cor accensum stimulis ire palpi
tat. corpus tremit. lingua prepeditur.
facies ignescit. Unde verum est il
lud poete. deprehendas animi tormen
ta latentis in egro corpore. deprehen
das gaudia. sumit utrumque inde
habitum. facies ordinatio vel inor
dinatio exterior signum est interioris.
eccli. xix. Amictus corporis et risus den
tium et gressus hominis enunti
ant de eo. Gregorius in pastorali. Interius est
custodia. que composita servat
exterius membra. que quoniam statum mentis
tis perdidit. foris in inconstantiam
motionis fluit. atque exteriore mobi
litate indicat. quod nulla interius
radice subsistat. Item quod modus
a quo modestia dicitur est tenere de
corem. et est decor iste respectu as
pectus hominum. ad cognoscendum
autem utrum aliquid sit decorum vel non
attendendum est an sit nature con
sentaneum. et an sit persona dignum
que hoc agit. vel cum qua agitur
attendendum est. et ad congruentiam
temporis. vel loci. decor est in homine
quod est consentaneum nature excel
lenti hominis. et est indecens in homine
aliquid quod non esset indecens in bru
to. ¶ Item aliquid indecens est in perso
na prelati. quod non esset indecens in perso
na privata. aliquid est indecens eo
quod deest congruentia temporis. secundum
illud. eccli. xx. Ex ore fatui reproba
bitur parabola. quia non dicit eam in
tempore suo. et ponit exemplum tullius
de duobus collegis seu conductibus
.s. pericle et sophocle. coram quibus
sedentibus pro tribunali. cum transiret
quidam iuvenis pulcher dixit sopho
cles socio suo. o puerum pulchrum
cui pericles pretorem decet habere non solum
manus. sed et oculos continentes. et si
sophocles verbum predictum in alle
thorum probatione dixisset iusta re
prehensione caruisset. tullius. Unde
sum est in re seria. delicatum inferre
sermonem. tempore et loci aliquid inde
cens est. ut in sacro loco sit aliquid
indecenter. quod alibi fieret decenter.
Item nota quod modestia indecentiam tamen
in verbo. in risu. in motu corporis.
membrorum situ. in habitu vel cultu. in
occupatione vel actu. de indecentia
verbo et risu et motu tangit seneca
in libro de .iiii. virtutibus dicens.
A verbis turpibus abstineto. quia li
centia eorum impudentiam nutrit.
sermones utiles magis quam faceto
et affabiles ama. rectos potius quam
obsecundantes miscebis interdum
seriis iocos. sed temperatos. et sine de
trimento dignitatis verecundie. nam
reprehensibilis risus est. si est immodicus
si pueriliter effusus. si muliebriter
fractus. odibilem hominem facit risus
aut superbus. et clarus. aut malignus
et furtivus. aut alienis malis exci
tatus. si igitur tempus iocos exigit. hos cum
dignitate sapientie gere. non erit vel se
rius sed urbanitas grata. urbani
tas tua sine dente sit. ioci tui sine
vilitate. risus sine cachinno. vox
sine clamore. incessus sine tumul
tu. quies tibi non desidia erit. Item
in eodem. Non sis aliorum curiosus
scrutator. neque acerbus reprehen
sor. sine exprobratione corrector. nam

admonitione hylaritate pṅtentaꝪ
ex eron facile ueniam dato. nec ex
tollas quemquam nec deiectas. requi
renti facile respondere. contendenti fa
cile cede. nec in iurgia execratoȝ
descedas. Idem in eod. rari sermonis
sis ipse. ȝ loquentium patiens. seuer
ac serius. ȝ hylares non aspernans.
Circa motum corporis cauenda ē ex
trema tarditas et nimia celeritas.
Sen. si continens es et animi tui et
corporis motus obserua. ne indecori
sint. De indecentia in motu corporis
uel situ membroꝝ tangitur ysa. iij. p
eo inquit quod eleuate sunt filie ȳ
on et ambulauerunt collo extento. et
nutibus oculoꝝ ibant. et plaudebant
et ambulabant pedibus suis. compo
sito gradu incedebant. decaluabit
dominus uerticem filiaꝝ syon. eze. xx
iiij. lateribus et humeris impin
gebatis. et prou. vi. dicitur de hoīe aposta
ta annuit oculis. terit pede. digito
loquitur. et in eodem. Sex sunt que odit
dominus et septimum detestatur aīa eius.
oculos sublimes. Job. xv. Cucurrit
aduersus deum erecto collo. in habitu uel
cultu. Iste modus habendus est ut
uitentur agrestes in humana neg
ligentia. et hceatur mundicia. non
nimis exquisita. Jo. Ornatus
et sordes pari modo fugienda. quia altera
delicias. altera gloriam redolet. Seneca.
Non splendeat toga. nec sordeat. .i.
thy. ij. Volo mulieres orare in ha
bitu ornato cum uerecundia et sob
rietate ornantes se. In occupatione
uero attendendum est ad naturam. ad
quod .s. aliquis a natura sit dispo
situs. qui .n. debilis est corpore et

ingeniosus et inimicus memorie. non
militiam ȝ studium litteraꝝ sectari
debet. Tullius. nichil enim est nature re
pugnare. et illud sequi quod homo non
possit assequi. Attendendum est et
ad etatem. etas .n. adolescentie
labore animi uel corporis est exercen
da. et auctoritati senum subicienda
debent .n. adolescentes senes uere
consilio eoꝝ regi. et exemplo infor
mari. Senibus uero labores corporis mi
nuendi sunt et minuendi. animus uero
hys exercendus est. consilio debet
alios iuuare. et exempla imitati
one digna eis ministrare. priua
te persone est pari iure cum ciuib
uiuere. Plati uero est estimare se
gerere personam ciuitatis. eius
decus. seruare leges. Diuisio pru
dentie per ipsam contenditur circa delectationes

Dicto de partibus temperantie secundum
Tullium. dicendum est de parti
bus temperantie. prout temperantia
uirtus est animam regens. circa
delectationes sensuum. Nota quod
ille partes temperantie que regunt
animam circa delectationes que
sunt secundum gustum et tactum satis
sunt note et nominate. que sunt
sobrietas et continentia. Ille autem
partes que pertinent ad delectatio
nes que sunt secundum uisum et au
ditum et olfatum non sunt ita no
te ut habeant specialia nomina. et potest
esse in causa utilitas ad ista uirtutum
quia duo sensus .s. gustus et tactus
pertinent ad esse. tres alii pertinent
ad bene esse. mediante gustu as
sumuntur quod per uim nutritiuam
corpori uniuntur. et sic conseruatur

8

7m

esse in diuiduum. mediante uero tactu per
uim generatiuam transfunditur quod erat
in uno corpore in aliud corpus. et sic
fit multiplicatio indiuiduorum. et
saluatur esse speciei in multis indi
uiduis. quod non posset saluari in uni
co. cum sit indiuiduum corruptibi
le. Item tactus et gustus sunt prin
cipales sensus. alii uero tres sunt or
dinati ad illos. Visu enim et audi
tu et olfactu nutrimentum a longe
agnoscitur. quod gustu de prope agnoscitur.
Vnde dicitur in libro de natura animalium
quod auis rapax est acuti uisus. quia
indiget ut cibum suum uideat a
remotis. Visu enim auditu et olfactu
agnoscuntur de longe destructiua
corporis. uel delectabile secundum tactum
quod de prope tactu decernitur. prius in
dicit mulier quod bonum esset lignum ad
uescendum quam de illo gustaret.
Gen. iii. Et prius uidit Dauid mulie
rem lauantem se ex aduerso quam ad
ulterium cum ea committeret. ii. Reg.
xi. Item sicut dicitur in libro de natura a
nimalium. sensus tactus in homine
subtilis est. plus quam alii sensus et
post ipsum gustus. ceteri sensus in
homine sunt ebetiores quam in a
liis animalibus. Item dicitur in eodem
libro. quod sensus uisus in omnibus
animalibus est supra auditum. et
sub his olfactus. tactus et gustus
operantur secundum propinquitatem obiecti.
alii secundum distantiam. Vnde delectati
ones que sunt secundum tactum et
gustum maiores sunt quam que sunt
secundum alios tres sensus. et prauitas
ad operationes secundum illos duos sen
sus maior est quam secundum alios tres.

et uitia que sunt secundum operationes
et delectationes illorum duorum sensuum
magis sunt periculosa. Ideo uirtutes
que sunt contra illa uitia magis
sunt necessarie et magis note. et habent
specialia nomina. Inter uirtutes uero per
tinentes ad delectationes .v. sensuum
primo prosequamur de sobrietate. Secundo
de continentia. Tercio tangemus de il
la temperantia que est circa delecta
tiones aliorum sensuum. *De sobrietate.*

Circa sobrietatem sic
primo distinguemus diuersas accep
tiones huius nominis sobrietas.
Secundo ponemus ea que pertinent ad eius
commendationem. Tercio tangemus de
officiis ipsius. *Nomen sobrietatis distinguitur*

Circa primum notandum quod nomen
sobrietatis quadrupliciter sumitur in
sacra scriptura. quandoque enim sumitur lar
ge pro temperantia. que est una .iiii.or
cardinalium uirtutum. ut Sap. viii.
Sobrietatem enim docet et prudentiam
docet et cetera. Tit. ii. Sobrie et iuste et pie
uiuamus et cetera. Secundo sumitur pro tem
perantia que est generalis. Vnde ad Tit. ii.
Iuuenes hortare ut sobrii sint. glo.
in omnibus. Tercio sumitur pro tempe
rantia que est circa potum et cibum.
sic ebrietas est ei opposita. ut Tit. ii.
Adolescentulas ut uiros suos ament
filios suos diligant. prudentes et
sobrias. glo. in cibo et potu. Quarto
sumitur sobrietas pro temperantia
circa potum uini. et sic ebrietas est ei
opposita. sic sumitur Eccli. xxxi. equa
uita hominibus uinum in sobrieta
te si bibas illud moderate eris sobri
us. Tercio enim sobrietas hic sumitur
pro temperantia circa cibum et potum

vel circa delectationes que sunt secundum
gustum. **Sobrietas commendatur.**
Ad commendationem uero huius uirtutis
ualet quod sobrietatem suadet nobis natura
scriptura et uniuersa creatura. Natu
ra moderatione oris humani suadet
nobis mediocritatem in sumptione
cibi et potus. Homo enim comparatione
sui corporis parui oris est ut dicit Ar.
in libro de natura animalium. Oris
unitate suadet nobis natura
parcitatem in sumendo cibum et po
tum. Unicum enim os habemus cum
duos oculos et duas aures habeamus.
Breuitate uero delectationis que non
sentitur nisi in transitu cibi dissuadet
nobis sumptuositatem ciborum delec
tabilium. B. in sermone. Huius tam
modice partis scilicet gutturis tam exi
gua delectatio, quanta parit solli
citudine. quantam deinde molesti
am parit. hinc et morbi uarii generan
tur. Idem et dissuadet nobis corrup
tio cibi et potus que fit postquam in sto
machum descenderint. Joel. i. In dul
cedine periit enim ex ore uestro. Non sic est in
aliis sensibus. Non enim corrumpitur uel
pulcra que uidetur cum semel uisa
fuerit. nec res odorifera cum semel
odorem eius aliquis perceperit. Naturalem
appetitum anime non sunt deliciarum exi
git. Victum uite hominis aqua
et panis, eandem escam assignauit
deus hominibus et brutis. Gen. i. Ecce
inquit dedi uobis omnem herbam
afferentem semen super terram et uni
uersa ligna que habent in semetip
sis sementem sui generis ut sint uo
bis in escam et cunctis animantibus
terre. Bern. Considera rerum quan
tum natura poscat. et quantum cu
piditas expetat. Scriptura uero sa
cra dupliciter suadet nobis sobri
etatem. scilicet ammonitionibus multis
et sanctorum exemplis. De ammonitio
nibus uero paucas ponere sufficiat.
i. Thes. v. Vigilemus inquit et so
brii simus. Et in eodem. Nos qui
diei sumus, sobrii simus. ii. Thes.
iiii. ministerium tuum imple. So
brius esto. i. Pe. iiii. Estote itaque
prudentes sobrii et c. Eiusdem v. So
brii estote uigilate et c. De exem
plis et pauca ponere sufficiat.
Dan. i. dicunt pueri bone indolis.
Dentur nobis legumina ad uescen
dum. et aqua ad bibendum cibo
regio contempto. Dan. x. Trium
ebdomadarum diebus panem deside
rabilem non comedi. et caro et uinum
non introierunt in os meum. Luc. i.
et Math. iii. dicitur de Johanne baptista quod
esca eius erat locuste et mel silue
stre. Luc. i. Vinum et siceram non
bibet. B. super cant. Abstinebo a car
nibus ne dum nimium nutri
unt carnem simul et carnis nu
triant uicia. panem ipsum cum men
sura studebo sumere. ne honerato
uentre stare ad orandum tedeat.
Et de beato Nicolao legitur quod cum
lacte aleretur. iiii. et vi. feria
semel tantum in die lac suggebat.
Omnis et creatura sobrietatem sua
det. quia in omni creatura est modus
uel mensura. secundum illud. Sap. xi.
Omnia in mensura et numero et pon
dere disposuisti. Item ad commen
dationem sobrietatis ualere po
test si ostendatur quot et quanta

sunt eius effectus, et quam periculosus
est hominum eius defectus. Notandum
ergo quod sobrietas valet ad sanitatem
secundum illud. eccl. xxxi. Sanitas est
anime et corporis sobrius potus. Sen.
in eplis. Simplex erat ex causa sim
plicis valitudo, multos morbos
multa fercula fecerunt. Ier.
super epistolam ad heb. Nichil sic sa
lutem, nichil sic sensuum acumen
operatur, nichil sic egritudinem
fugat, sicut moderata refectio.
Item sobrietas valet ad vite di
uturnitatem. xxxvii. eccl. Qui abstinens
est adiciet vitam. Item valet ad io
cunditatem et corporalem et spiritualem.
eccl. xxxi. Exultatio anime et corpo
ris vinum moderate potatum. Greg. in
mor. Si a carne hoc quod libet
ab scidimus, mox in spiritu hoc quod
delectat invenimus. homo sobrius
delectabiliter vivit. et dormiendo
et vigilando. eccl. xxxi. Sompnus
sanitatis in homine parco. dormiet
usque mane. et anima ipsius cum
ipso delectabitur. homo sobrius dif
fert comedere donec esuriat. et
tunc et panis et aqua delectabiliter
ei sapiunt. aug. in li. de verbis domini.
Vix fastidiosus saciaris. nescis quo
modo sapit quod fames accendit.
Sen. in eplis. Solus panis bonus
fiet. et etiam tenerum et simila
gineum fames reddet. Ideo non
est ante edendum quam illa impo
nat. expectabo ergo. nec ante edam
quam aut bonum panem habere potero
aut malum fastidire desiero. Ber. in
eplis. Prudenti sobrieque conuer
santi. satis est ad omne condimentum

sal cum fame. sapiens. Desiderium
omnia condimenta. darius in fuga cum
aquam turbidam et cadaueribus inquina
tam bibisset. negauit umquam se
bibisse iocundius. Ber. ad fratres de mon
te dei. Panis furfureus et simplex
aqua olera vel legumina simplicia
nequaquam res delectabiles sunt
in amore xpi et desiderio eterne de
lectationis venter bene morigeratus
gratanter ex hiis satisfacere posse
valde delectabile est, quotiens vel
pauperum ex hiis vel aliquo hiis de
lectabiliter satisfaciunt. naturam
esuriem quippe et delectabile est
admixto amoris dei condimento
secundum naturam vivere. Item in sa
tira nos primitus. qua saniora si
tam naturalibus natura accedit.
Ier. Conferam inquit mensas
diuites, et mediocres et discernam
utro scilicet conuiuas. qui magis
sunt, qui puram veramque in
capiunt voluptatem. Illi nec quo
cenas prandiis inuergunt. quia
tereti distentione rumpuntur
oppressione ciborum suorum primuntur
quorum corpore vino inundantur
naufragiis cuidam fluctus ob
anima necatur. Ubi nec oculus
lingua nec pes propriis deseruiunt
officiis. omnia membra corporis
vinculis ratione vincta gravi
cathena. Ubi nec sopor eis ad quie
tem datur, nec ad salubritatem
cedit. Item Ier. hii qui in deli
ciis et luxuriis vitam ducunt
soluta quidem corpora et omni
mollitia circumferunt. atque
infirmitatibus repleta. quibus

cumulum malorum. podagre tremor et in
matura senectus accidit. et eis uita
semper in medicis et medicaminibus. Mem
bra tardi graues et obtusi. et quodam
modo tam sepulti. Idem. quis hec io
cunda dicat et grata. qui tamen nouerit
quid sit iocunditas et uoluptas
a prudentibus ita diffinitur. ¶ Vo
luptas est cum quis suis desideriis
fruitur. Vbi non desideriis frui non potest.
tam uel egritudo non sinit. uel sacietas
desideriis facit ea que honerosa
essent. ingrata sine dubio et uolup
tas in eis perit et iocunditas perit. Item.
Considera egros qui fastidio purgentur.
quo quamuis suaues et lauta ci
bi apponantur. horrorem eis magis faciunt
quam uoluptatem. sic cum per habun
dantiam cupiditas fuit extincta.
perit et uoluptas et iocunditas pe
rimitur. quod non tam ciborum gratia quam de
sideriis gignitur satisfactio uolupta
tum. unde anima saciata calcabit
fauum. prouerbiorum xxvii. Item de petra mel
saturauit eos. quiquidem post
multam itineris fatigationem
laborem. sitis aquis frigidis ex
saxo fluentibus fruebantur. easque
cum multo desiderio hauriebant.
hoc ipso quod quam dulcissime et desiderabi
liter potandi cupiditas explebatur.
aquas illas mel appellauit. Igitur
dubitari non potest quod simplicior uictus
mensa mediocris plurimum iocun
ditatis habet et uoluptatis. et econtra
diuitum mense execrabiles et hor
ride et morborum et contaminatione
plene. in quibus molesta sunt hec
que delectabilia uidentur. ¶ Item so
brietas gratiam hominum comparat. sicut

eius oppositum hominibus exosum
reddit. ecclesiastici xxxi. Utere quasi homo
frugi. hiis que tibi apponuntur. et ne
cum manducas multum. odio ha
bearis. ¶ Item deum glorificat. i. cor.
x. Siue comeditis siue bibitis
siue aliquid aliud facitis. omnia
ad gloriam dei facite. glosa. sic quod man
ducas et bibis. sumis ad refectionem
corporis reparationemque membrorum gratias
tribuens ei qui tibi tribuit morta
li et fragili uita supplementorum sola
cia. cel3 uinis et potus uinus laudat
dominum. Sobrietas et in conuiuiis uitis
dominum pascit. prouidendo ibi puritatem
in qua ipse delectatur. canticorum ii. Qui
pascitur inter lilia. ¶ Item sobrietas
munditiam prouidet. ubi maxime
inmunditia displicet. scilicet in ore. et ad
mensam. inter labra. in ore maxime
displicet inmunditia. in mensa et
multum placet munditia. ii. paralipomenon
xiii. proponuntur panes in mensa mun
dissima. et leuitici xxiiii. Iubentur xii.
panes propositionis statim supra men
sam purissimam. Sobrietas orna
mentum mense est. Bernardus ad fratres de
monte dei. Si manducas mensam
tuam per se satis sobriam sobrietas
tua purget. ¶ Item sobrietas of
fensam dei cauet. Ubi maxime
cauenda est. scilicet cum bonis dei uti
mur. magna iniquitas est cum
deo hostiliter agere. cum in mensa
eius sumus. cauent latrones ne
caueant noceant aliquot diebus
hiis cum quibus comederint. ¶ Item
sobrietas seruat totius libertatem.
quam eius oppositum impedit. ecclesiastici
xxxi. Ne comprimaris in conuiuio

uino. Jo. in epl'is. qui inebriatur et mortuus est et sepultus. aug. Non est aliud ebrietas quam manifestissimus demon. Huiusmodi .i. uix cum se bibere putat uinum bibitur a uino. Sobrietas pessimam seruitutem exuit. s. seruitutem corporis quod ad seruiendum datum est spiritui. et nobilitatem anime seruat. eccles. x. beata terra cuius rex nobilis est. et cuius principes uescuntur tempore suo. ad reficiendum et non ad luxuriam. ¶ Item sobrietas tribrum nobile ualde regit. os. s. sensum et pertinentem ad esse et gustum dirigit. circa quem uicium ualde periculoso sit est. Delectamentum enim esse potest ipsius esse et esse occasio magne infirmitatis uel mortis. Item sobrietas opus necessitatis regit in quo sine culpa frequenter erratur. ¶ Item ad intelligentiam preparat. Unde dan. i. Pueri qui cibos regios contempserunt grossis cibis contenti. uiuaciores ceteris inuenti sunt. ¶ Item uigilantiam seruat ad quam milies dominus nos monet. matth. xxiiii. et xxv. et xxvi. et luc. xxi. et ap. xiii. Unde notabiliter sobrietas et uigilia sociatur. i. thes. iii. Vigilemus inquit et sobrii simus. et i. petri v. Sobrii estote et uigil. ¶ Item ministerio dei idoneum efficit. Unde i. thi. iii. Ubi ostenditur qualis debet esse minister dei. Oportet sobrium ornatum etc. et tytum. i. Prudentem. sobrium. iustum etc. ¶ Item ab igne infernali. s. luxuria seruat. Unde pueri qui abstinentes fuerunt. a fornace babilonica illesi exierunt. dan. iii. Sobrietas filios dei fugientes egiptios in heremales. per siccum ad terram promissionis perducit. exo. xiiii. Filii autem israel ambulauerunt per siccum etc. Qui sobrietatem non habent in aquis uoluptatum submerguntur. sobrietas primum congressum habet in bello spirituali sine qua cetere uirtutes frustra pugnant. glo. sup. ap. iiii. Nisi gula prius refrenetur. frustra contra alia uicia laboratur. qui poplite flexo aquam biberunt. non permissi sunt ire ad bellum cum gedeone. Jud. vii. poplite flexo aquam bibit qui uoluptuose comedit. Item sobrietas diabolo aufert situm in homine et sic uidetur ei auferre domum. Non uidetur esse dominus castri qui non habet ibi ingressum. Sobrietas diabolum in arido ponit ubi ipse non quiescit. matth. xii. Ambulat per loca arida querens requiem et non inuenit. piscis infernalis in arido situs palpitat. ut de pisce tob. leg. tob. vi. et ysa. l. Concupiscent pisces sine aqua. fames lupum de nemore exire facit. sic sobrietas diabolum de homine. Ipsa carnem concupiscentem aduersus spiritum uictualia aufert. et igni concupiscentie ligna subtrahit. Unde diminuitur uel deficit. Ipsa carnem in potestate sua habet. gen. xvi. Ecce ancilla in manu tua est. utere ea ut libet. Ipsa ad modum lapidis preciosi hominem custodit ne cibus potus ei noceat. sine sobrietate delectatio dum corpus repletur anima euacuatur. homo depauperatur. prov. xxi. Qui diligit epulas in egestate erit. deus blasphematur. glo. sup. cor. x. Siue comeditis siue bibitis etc. Si modum nature debitum

in moderatione voracitatis excedis et ideo
lentia te ingurgites. quantalecumque laudes
lingua sonet. blasphemat. Iste venter
glorificatur. phil. iii. Quorum deus venter
est. porta omnes extra. exercitus victorum
ingreditur. Job. xxx. quasi rupto muro et
aperta ianua irruerunt super me. sine
liberare. fida hominum est in laqueum.
Eccles. ix. Sicut pisces capiuntur hamo
et aves comprehenduntur laqueo. ita capi
untur homines tempore malo. tempore malum
periculosum est homini non habere virtutem
sobrietatis. tempore prandii. Sapientie
xiv. Creature dei in odium facte sunt.
et in temptationem hominum. et in musci
pulam pedibus insipientium. **De officiis sobrietatis**

Sequitur de officiis
sobrietatis. et possumus distingui
duo officia eius. Unum est cavere ex
cessum in cibo. aliud est cavere exces
sum in potu. Sen. ede contra cruditatem.
bibe contra ebrietatem. luc. xxi. Atten
dite ne graventur corda vestra crapu
la quandoque sumitur pro excessu in cibo solum
ut in verbo predicto. quandoque non commu
niter pro excessu in cibo vel potu. ut
eccli. xxxvii. propter crapulam multi obi
erunt. qui autem abstinens est adii
ciet vitam. et in ps. Tanquam potens
crapulatus a vino. Similiter nomen ebrieta
tis quandoque sumitur pro excessu in potu
solum. Ro. xiii. Non in comessationibus
et ebrietatibus. glo. bina genera mal
orum dicuntur. calicem aptum pota
tionum a quo dicitur ebrietas que est ni
mia potatio vini. Quandoque non nomen ebri
etatis sumitur communiter pro excessu
in cibo vel potu. Et ideo oportet sobrietas
non ponit modum sive mensuram
solum circa quantitatem cibi vel potus.
sed ponit modum quantum ad omnes
circumstantias. quia .i. sobrius est
sumit cibum et potum quantum debet.
et quando et quomodo debet. Unde possumus distin
guere .v. officia sobrietatis. Primum
est cavere ne statutum pranden
di tempus preveniam. qui tempus
prevenit non expectat donec salsa pre
parata sit. sed fames. Unde cibum insipi
dum comedit. eccles. x. beata terra
cuius rex nobilis est et cuius princi
pes comedunt in tempore suo. Secundum est
cavere ne cibos lautiores queramus.
vilibus sit contentus ex facili re. nec ad volu
ptatem. sed ad cibum accede. palatum
tuum fames excitet non sapores. de
sideria tua parvo redime. oportet hoc tantum
curare debes ut desinant. Tercium
est studiositatem preparandi cibos
cavere. studiose cibos preparare est
hostis nostri gladium acuere. cibus enim
delicatus est gladius. quo caro utitur
contra spiritum. i. pe. ii. Obsecro vos tan
quam advenas et peregrinos abstinere
a carnalibus desideriis que militant
adversus animam. Quartum est ni
mium appetitum cibi vel potus re
frenare. aug. fieri potest ut sine ali
quo vicio cupiditatis vel voracita
tis preciosissimo cibo sapiens utatur.
Insipiens autem fedissime gule flam
ma in vilissimum cibum ardescat.
et sanius quisque more domini mavult
pisces vesci. quam lenticulam more esau.
non ipsa convenientiores nobis sunt
pleraque bestie. que vilioribus escis aluntur.
Quintum est mensuram refectionis
non excedere. eze. iiii. Cibus tuus quo
vesceris erit in pondere. de hac ma
teria require in tractatu de viciis gu

le. Solet autem queri utrum ebrietas
quelibet. ſeu quelibet exceſſus in ci-
bo uel potu uirtutem ſobrietatis de-
ſtruat. quod ſi uerum eſſet. omnis exceſ-
ſus in cibo uel potu mortale peccatum
eſſet. Virtutem. n. non deſtruit niſi mor-
tale peccatum. Ad hoc dicendum quod du-
plex eſt modus ſiue menſura ad ſo-
brietatem pertinens. Vnus attendi-
tur in commenſuratione nature. Vt
menſurate ſumit cibum et potum.
qui ſumit quantum neceſſarium eſt. et ſufficit
nature. Immoderate uero qui ſumit plus
quam neceſſarium eſt. et iſte exceſſus po-
teſt eſſe et uenialis et mortalis. Vnde
non omnis talis exceſſus deſtruit uir-
tutem ſobrietatis. Alius modus at-
tenditur in comparatione boni temporalis
ad eternum. Vnde ſecundum hoc modum
ſeruat quis in ſumendo cibum et
potum. cum temporale bonum prefert
uel equat eterno. et talis exceſſus
mortale peccatum eſt et deſtruit uirtu-
tem ſobrietatis. Diuiſio temperantie
que attenditur circa delectationes.

8 Dicto de ſobrietate que eſt tem-
perantia circa delectationes
ſecundum guſtum dicendum eſt de tem-
perantia illa que attenditur circa
delectationes ſecundum tactum. multi-
plex uero eſt delectatio ſecundum tactum.
quedam eſt in ſuauitate ueſtium.
quedam in ſuauitate lectorum. quedam
in ſuauitate unguentorum. quedam
in ſuauitate balneorum. quedam uero
in carnali contactu. que duplex eſt.
quedam pertinens ad membra genera-
tioni deputata. quedam pertinens
ad cetera membra. Temperantia uero cir-
ca delectationes predictas. uocari po-

continentia. maxime uero uſitato ſer-
mone continentia uocatur temperantia
illa que cauet illicitas delectationes
ſecundum tactum. quo ad membra que ge-
nerationi deſeruiunt. que ſic deſcribitur.
Continentia eſt abſtinentia ab con-
cubitu illicito. et eſt hec uirtus ual-
de neceſſaria. regit enim membra illa
in quibus maxime ſeuit concupiſcentia.
mouentur enim quandoque homine uigilante
uel dormiente. et dicitur in libro de
natura animalium. quod accidit hominibus
et quadrupedibus coitum deſiderantibus
ſubito ſpermatizare. quibuſdam
ad tactum mulierum. aliis ad ſolum
aſpectum. horum membrorum effrenatio
multum periculoſa eſt. ut oſtenſum
eſt in tractatu de uicio luxurie. Et quia
generatio ſit ingreſſus uite. ipſa eſt
uelut quedam porta diligenter cu-
ſtodienda. cuius rei uult dominus eſſe
Ideo in membro generationi deputato
ſpecialiter uoluit ſignum ſuum poni
ſcilicet circumciſionem. circumciſio ſpecialis
figura uidetur fuiſſe continentie.
continentia in ſcriptura ſacra mul-
tum nobis ſuadetur. exo. xii. Re-
nes accingetis. iiii. Re. iiii. Accinge
lumbos tuos. Job. xxxviii. Accinge
ſicut uir lumbos tuos. luc. xii. Sint
lumbi ueſtri precincti. eph. vi. State
ſuccincti lumbos ueſtros. Continentie
zona aurea eſt ſponſe regis celeſtis
ad decorem data. dan. x. Ecce uir
ueſtitus lineis. renes eius accincti
auro obrizo. apo. i. Vidit iohannes
ſimilem filio hominis precinctum
ad mamillas zona aurea. eiuſdem
exierunt vii. angeli precincti cir-
ca pectora zonis aureis. Zona

ad mamillas uel circa pectora est conti-
nentia cordis. aurum obrizon circa re-
nes est continentia carnis. aurum in
igne seruatur. continentia igne luxu-
rie non leditur. Ad commendationem con-
tinentie faciunt ea que ualent ad
detestationem luxurie. de quibus require
in tractatu de luxuria. Et nota quod tres
sunt partes continentie. Inter continen-
tes enim qui a coitu illicito abstinent
quidam sunt qui ita abstinent a co-
itu illicito quod utuntur licito. quorum
continentia dicitur coniugalis. quidam
non solum abstinent ab illicito. sed et a
licito. quod contingit in duplici statu. Vel
in eis qui habent integritatem carnis.
quorum continentia dicitur coniugalis.
Vel in eis qui habent carnem corruptam
quorum continentia dicitur uidualis. quantum
ad personas illas que fuerunt in ma-
trimonio. quantum uero ad personas illas
que non fuerunt in matrimonio non habet
speciale nomen quo uocetur.

De uirginitate

Inter has uero tres species continentie pre-
[illegible] dicitur de uirginali que ceteris
maior est et tempore et dignitate. de qua hic
[illegible] dicetur. Primo ostendetur quot
modis nomen uirginitatis sumitur.
Secundo descriptio uirginitatis ponetur
et exponetur. Tercio commendationi eius
insistetur. Quarto de hiis que specialiter
uirginibus sunt timenda. Quinto de
triplici aureola.

Nomen uirginitatis distinguitur.

Circa primum nota
quod nomen uirginitatis quadrupliciter
sumitur. quandoque pro incorruptione fidei. ii.
cor. xi. Despondi uos uni uiro uirginem
castam exhibere christo. glo. aug. Virgi-
nitas cordis fides est incorrupta. quandoque
pro carnis integritate. unde glo. aug.
super uerbum predictum. Virginitas car-
nis corpus est intactum. Item contra
iulianum. Pudicitia est uirtus mentis.
uirginitas corporis. Quandoque autem pro
pudicitia mentis cum integritate
carnis. quantum ad propositum seruan-
di eam. Sic uirginitas mansisset in
lucia. si inuita fuisset corrupta. Quando-
que pro pudicitia mentis cum integri-
tate carnis. non solum in proposito ser-
uandi eam. sed et in re. et uirginitas
sic sumpta excellenter accipitur in
habentibus uirginitatem. tales conuenit
deferre anulum aureum in ecclesia
militanti. in signum quod sunt
sponse christi. In triumphante uero ecclesia
merito huius uirginitatis aureo-
la reddetur.

Descriptio uirginitatis

Circa secundum nota quod uirginitas sic de-
scribitur. Virginitas est in carne
corruptibili perpetua incorruptionis
meditatio. i. propositum seruandi per-
petuam incorruptionem. carnem uero
corruptibilem intellige carnem pos-
sibilem corrumpi. siue necessario corrum-
patur. ut in statu. siue possibilem
corrumpi. et non corrumpi. ut fuit ca-
ro adam in statu innocentie. Et nota
quod corruptio carnis que accidit ei
qui habet propositum cauendi carnis
corruptionem. omnino contra suam
uoluntatem non priuat eam aureola.
Unde dixit lucia. Si inuitam me
uiolaueris. castitas michi duplicabitur
ad coronam. aufert tamen insignia que
dantur specialibus sponsis christi in ecclesia
militante. ut est anulus aureus.
aug. Virgines que corrupte sunt
semel. se non audeant sacris uir-
ginibus adequare. leo papa. Famule

dei que oppressione barbarica integrita
tem perdiderunt. pudoris laudabilio
res erunt si se incontaminatis non
audeant comparare virginibus. Coronatio
huius est. quod in militante ecclesia opera
mur secundum iudicium humanum. quod
est secundum id quod apparet. in triumpha
te non secundum divinum. ds aūi invet
cor. v. Rx. xvi. Unde cum non appareat quod
in vita sit corrupta. non desinit insig
nia virginalia. corruptio vero carnis
quod voluntate mentis proveniens. sive
cum culpa ut extra matrimonium.
sive sine culpa ut in matrimonio privat
anulo aureo in presenti et au
reola in futuro. Corruptio vero men
tis si per penitentiam reparata fuerit. et fi
nale propositum servandi carnis in
tegritatem affuerit. non privat anu
lo aureo in presenti. nec aureola in
futuro. Integritas vero carnis in
ea que carnis opus appetit. non est
digna aureola. Jero. Nichil prodest car
nem habere virginem. si mente quis
nupserit. Aug. in libro de virginita
te. Felicior mihi videtur nupta muli
er. quam nuptura virgo. Habet enim tam il
la quod ista cupit. presertim si nondum
vel sponsa cuiusquam sit. illa cui stu
det placere cui data est. hec mulieris
incerta cui danda est. hoc uno pudi
ciciam cogitationis defendit a turba.
quod non adulterum sed maritum querit
in turba. Commendatio virginitatis.

Sequitur de commendatione virgini
tatis. Nota quod virginitas est preci
osus thesaurus absconditus in agro
corporis. Math. xiii. Preciositas huius
thesauri tanta est. ut ipse non solum
sit precium glorie eterne. que omnibus
electis est communis. sed et glorie specialis.
Debetur enim ei non solum aurea sed et au
reola. Exo. xxv. Preceptum est ut fie
ret mensa. et super mensam corona.
et super coronam aureola. qua figura
ta est aureola. thesaurum istum
inveniunt absconditum. et cetera quod qui eum
per virginitatem intelligit. seculo renunti
ans. monasterium sibi eligit. ubi
in abscondito facies dei vivit. Unde si ne
cesse habemus abscondere siquid ha
bemus boni. quam thesaurum regni ce
lestis quem invenit homo abscondit.
Et quod in claustro et silvis abscon
ditur. nec hoc infructuose. cum
enim nullum hic esse si quartam
partem eorum que facit seculo admiraret.
qui non adoraverit ut sanctus. reputaret
ut angelus. nunc autem conditur tamquam
negligens increpatur. Thesaurus
iste regno celesti similis est. vita
enim virginum celesti vite multum
assimilatur. Math. xxv. Simile est regnum
celorum. x. virginibus. Virginitas ponit
in statum celestem quantum ad incorrupti
onem carnis. Math. xxii. In resurrectio
ne neque nubent neque nubentur. sed
erunt sicut angeli dei. B. loquens
de castitate. Quid dignior species quam vir
ginitas. hec sola in hoc mortali
loco et tempore. quendam statum im
mortalis glorie representat. Hec vir
odorifera balsami quo condita ca
davera incorrupta servantur. sensus
et artus continet et constringit. Virgi
nes designate sunt per pelles iacin
tinas que in tabernaculo superiores
Exo. xxvi. Ubi dicit glo. Bede. Iacin
thus celestis est coloris. et sublimia
per pelles quoque iacinctinas exprimit

uirtus illorum qui mortificatis illece-
bris carnis. celestem in terris uitam
gerunt. et uix homines possunt ange-
licam puritatem imitantur. qui neque
nubent neque nubentur. et sibdolus. me
tro hec pelles racionabile superiorum
hominum tenent. et color celestis celo
rum. Ciprianus. ymaginem eius qui
de celo est portat uirginitas. ambrosius
super illud. i. cor. vii. bonum est homini
et cetera. supergreditur uirginitas condi-
cionem humane nature. per quam homines
angelis assimilantur. maior tamen est
uictoria uirginum quam angelorum. angeli
enim sine carne uiuunt. homines
in carne triumphant. Jero. In carne
preter carnem uiuere non terrena ui-
ta est. sed celestis. bernardus in epistolis. angelus
et uirginitate. sed non carnem. sane
felicior quam fortior in hac parte. opti-
mus et optabilis ualde ornatus
iste. qui et angelis possit esse inuidio-
sus. renuit angelus adorari a iohanne
uirgine. apocalypsis. Vide inquit ne fe-
ceris. conseruus enim tuus sum. Vir-
gines et similes sunt regno celorum di-
uina uisitacione. deus enim habitat in
eis regnum celorum absconditum.
una res cum terra in celo uelut
debeat in uirginibus celum terre
cludetur. ysaias. l. Induam celos te-
nebris et ponam saccum operimentum eorum.
luce xvii. Regnum dei intra uos est.
uita uirginum uita regia est. cum
sponse sint regis celestis. et ideo
uirgine ipse et regnauit in regno suo
corporis. Virgines figuram tenent
ecclesie triumphantis. ideo non consecratur
uirgo. licet episcopus consecretur qui uir-
go non est. scilicet, in uirginis scilicet

significatur ecclesie triumphantis. cum scilicet
episcopi significet scilicet statum ecclesie militantis.
Virginibus competit illud. ii. cor. iiii.
Habemus thesaurum in uasis fic-
tilibus. Virginitas thesaurus est in-
uentus. Job. xxviii. Numquid ingres-
sus es thesauros niuis. thesaurus
est propter preciositatem. eccl. xxvi. Non
est digna ponderacio continentis anime
niueus propter puritatem. Virgines propter
puritatem lilio comparantur. cant. ii. Si-
cut lilium inter spinas et cetera. Item qui
pascitur inter lilia. Et notandum
quod uirginitas flos est. qui si debito modo
seruetur. non decidit. quem neque ma-
ne prosperitates non deicit. neque hyemps
aduersitates ledit. hunc iohannes
euangelista fere. c. annis seruauit.
hic est flos qui omnem fructum
terrenum excedit. cum et fructus con-
iugali sponatur. hac occasione beatus
matheus occisus est. quod noluit consen-
tire. ut ephigenia que uirginitatem
uouerat cuidam regi nuberet. flori
uirginitatis debetur pro fructu accedit.
sap. iii. Felix sterilis et coinquinata.
que nesciuit thorum in delicto habet
fructum in respectione animarum
sanctarum. Super hunc florem spiritus sanctus qui-
escit. ysaias. xi. Flos de radice eius des-
cendet. et requiescet super eum spiritus
domini. Virgo non est arbor sterilis et male-
dicta. sed terreno fructu sponit celestem
et carnali spiritualem. ysaias. lvi. Non dicat
eunuchus. ego lignum aridum. Ibidem.
promittit dominus nomen eunuchis. me-
lius a filiis et filiabus. non est angelus
arbor sterilis. uel maledicta. et si fruc-
tum carnalem non habeat. Jero. Nuptie
terram replent. uirginitas paradisum

Item ut dicit quod lilium habet ſex folia candida
et aliqua grana quaſi aurea. velut vi. fo
lia in virgine ſunt vi. que valent
ad conſervationem incorruptionis. Pri
mum eſt ſobrietas. quod ſolium lacat
exceſſus in cibo et potu. que quedam ſpi
na via eſt ad luxuriam. loth inebriatus
perpetravit inceſtum. gen. xix. prov. xx.
Luxurioſa res eſt vinum. Secundum eſt
labor. que ſpina lacerans eſt quies ig
navie. vel ocioſitas que eſt via ad luxu
riam. eze. xvi. hec fuit iniquitas ſodo
me ſororis tue ſuperbia. ſaturitas panis.
et habundantia. et ocium. Tercium eſt
habitus aſper. et humilis. B. in epiſtolis.
Non erat enim veneranda ordinis aſ
peritas teneat. merito quod aſperior
carduus. pannum facit leviorem.
et conſervatio conſcienciam. velut ſpi
na lacerans eſt ſuperbus habitus. vel
molles. quo via eſt ad luxuriam.
Num. xxv. Filii iſrael fornicati ſunt
cum mulieribus moabitarum que ſe
ornaverant. i. thi. ii. Non in tortis
crinibus aut auro vel margaritis
vel veſte precioſa. Sed quod decet mu
lieres promittentes pietatem. Quar
tum eſt cuſtodia ſenſuum. precipue
illorum qui nobis remota oſtendunt.
ut eſt viſus vel auditus. velut ſpi
na lacerans eſt curioſitas videndi
vana vel audiendi nova. que via
eſt ad luxuriam. Ut patet in dina fi
lia iacob. que egreſſa ut videret
mulieres regionis illius. corrupta
eſt a ſichem filio emor. gen. xxxiiii.
Quintum eſt modeſtia ſermonis. ve
lud ſpina lacerans eſt loquacitas
vel turpitudo ſermonis. Sen. A ver
bis turpibus abſtineto. quia licentia

eorum impudentiam nutrit. prov. xvii.
Ecce mulier occurrit illi ornatu me
retricio. preparata ad capiendas animas.
garrula. i. cor. xv. Nolite ſeduci. cor
rumpunt enim bonos mores confabula
tiones peſſime. vel colloquia mala.
Iero. Sit ſermo virginis prudens.
modeſtus. et rarus. nec tam eloquen
tia precioſus quam pudore. Sextum eſt
fuga occaſionum peccandi. velud
ſpina lacerans eſt nimia modeſtia.
Virgo debet eſſe aliquantulum ſilveſtris.
ſilveſtria animalia ſolent habere
pulcriorem pellem quam domeſtica.
oportunitas peccandi via eſt ad lu
xuriam. ut patet in thamar corrup
ta ab amon fratre ſuo. quia ſola cum ſolo
fuit in thalamo. ii. Reg. xiii. gen.
viii. Ne ſtes in omni loco circa regi
onem. B. Solent virgines que vere
virgines ſunt ſemper pavide et num
quam eſſe ſecure. et ut caveant timida
et vitia pertimeſcere. que grana aurea
ſunt. tres modi diligendi deum quos
diſtinguit B. dicens. Diſce amare dul
citer. amare prudenter. amare fortiter.
Dulciter. ne allecta. prudenter ne de
cepta. fortiter. ne oppreſſa ab amore dei
avertaris. Vel grana aurea poſſunt
intelligi motus divini amoris qui
a dulcibus cauſis procedentes. Amandus
enim eſt deus. quia creator. quia recreator.
quia remunerator. ¶ Item virginitas prin
cipium eſt ſpiritualis pulcritudinis.
pulcritudo ſponſe ſicut et pulcritudo
ſponſi. conſiſtit in candore et rubo
re. cant. v. Dilectus meus candidus et
rubicundus. i. cor. xv. Quales ce
leſtes. tales celeſtes. dignior modo ſpi
candoris ſpiritualis eſt virginitas.

Candor lucis eterne est sapientia. et candidam eburneam animam. in qua ipsa sedere elegit. virginitas thronum eburneum veri Salomonis est. iii. Reg. x. Fecit Salomon thronum de ebore grandem. Virginitas animam dei sponsam efficit. vnde leuit. xxi. dicitur de summo sacerdote. virginem ducet uxorem. iii. Reg. i. queramus domino nostro regi adolescentulam virginem. hester. ii. querantur regi puelle virgines. Virginitas omnibus modis deo iungit. vnde cant. v. dicitur virgini sponso Christi. aperi mihi soror mea. amica mea. columba mea. immaculata mea. et iiii. veni de libano sponsa mea. et cetera. Item in tempore candidatio. virginitas deo et hominibus grata est. eccl. xl. Edificatio ciuitatis confirmabit nomen. et super hanc mulier immaculata computabitur. Jero. multum distat puritatem virginalis anime. nulla contagione pollute. et sordes multorum libidini subiacentis. Quidam in iuuentute luxuriose viuentes in senectute continentes fieri delectantur. et tunc eligunt castam seruire. cum eos libido seruos contempserit. Virginitas velut corona capitis est totius pudicitie spiritualis super eam. pictura castitatis. ... eccl. xxvi. gratia super gratiam mulier sancta et pudorata. Virginitas deo amicum et familiarem reddit. Johannes virgo specialiter vocatur discipulus quem diligebat ihesus. ipse tantum familiaris Christo supra pectus domini recubuit. Jo. xiii. deut. penult. amantissimus domini habitabit confidenter. ... Interruptio facta esse primum ... beda super lucam. Sicut Christus in summa pace natus est. ut se pacem diligere ostenderet. ita de virgine natus est. ut se virgineum decus diligere monstraret. ad lucam. Christus toto tempore vite sue fuit virgo. et virginem matrem habere voluit. et virginem precursorem. Joseph et creditur virgo fuisse. et Johannes familiaris eius virgo fuit. ps. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Virgines dulcius et tenerius a deo diliguntur. vnde Johannes virgo positus est ad pedes suos. tam extraneus a dolore mortis quam a corruptione carnis. vnde legitur alibi ut dicitur in prologo super Johannem. non enim transiit de mundo per dolorem martirii. ut alii apostoli. Virgines merito mundi delicias inueniunt. quia amore eius delicias carnis relinquunt. B. in epistola. Quoniam ignis et aqua simul esse non possunt. sic spirituales et carnales delicie in eodem se non patiuntur. Vbi curiosa ciborum diuersitas. vbi diuitiis supellectilis. dicolor uarietas oculos pascit preter. et uentrem celestis panis ieiunium deserit mentem. Num. xxxi. dicit moyses. mulieres que nouerunt viros in choitu iugulate. puellas autem et omnes feminas virgines reseruate. mitius agens cum virginibus quam cum corruptis. Virginitas agnum sequitur quocumque ierit. apoc. xiiii. Ipsa cantat canticum nouum. quod aliis cantandum non conceditur. Ad lucam. Solent virgines dulcius cantare quam corrupti. apoc. xiiii. et cantabant quasi canticum nouum ante sedem et cetera. et subditur. et nemo poterat dicere canticum illud nisi illa centum et cetera. hii sunt qui cum

mulieribus non sunt coinquinati. uir-
gines enim sunt. Greg. in pastorali. Sin-
gulariter canticum agno canta-
re est. cum eo in perpetuum pre cunctis
fidelibus et de carnis incorruptione
gaudere. Virgines sunt superior
pars ecclesie. Cyprianus. Virginitas est por-
tio illustrior gregis Christi. Aug. Nunc
nobis ad uirgines sermo est. quarum
quo gloria sublimior. maior et cura. A-
poc. xiiii. Hii empti sunt ex omnibus
primitie deo et agno. Ieron. Si uirgi-
nes primitie sunt. ergo uidue. et que
in matrimonio sunt. erunt post pri-
mitias. Id. ecclesia matrimonium non
dampnat. sed uirginitati subicit.
Id. virgo maioris precii apud deum
est. dum id contempnit. quod si fecit
non delinquit. Id. plus amat uirgi-
nes Christus quod sponte tribuunt quod
sibi non fuit imperatum. Item. Ieron. lo-
quens de illo uerbo apostoli. i. cor. vii.
de uirginibus preceptum domini non habeo
de uirgine. et reddit quod maioris meri-
ti est. Id. libido honesta. nuptiarum libe-
ris persequitur et tamen. libido uir-
ginibus maiorem parit famem. dulce
enim estimatur quod nescitur. Virgini-
tas expeditum et liberum reddit
ad seruiendum deo. i. cor. vii. qui
sine uxore est. sollicitus est que domini
sunt. et cetera. et subditur. mulier innup-
ta et uirgo cogitat que domini sunt. ut
sit sancta corpore et spiritu. Ieron. Si nil ali-
ud esset. et nulla merces uirginem
amplius sequeretur. sufficeret hec
sola prelatio. cogitare que domini sunt.
Osee. x. Diuisum est cor eorum nunc in-
teribunt. Virgines habent deum tanquam
proprios seruientes. Vnde ad uirgini-

tatem pertinet illud. Cant. ii. Dilectus
meus michi et ego illi. Virginitas mu-
ste immaculata deo ministrat. apoc.
xiiii. Sine macula sunt ante thronum
dei. et competit illud. eccli. xxiiii. In habi-
tatione sancta coram ipso ministraui.
Iuxta uestem corporis maculatam. Iu-
de. odientes eam que carnalis est ma-
culatam tunicam. Ysa. ix. Vestimentum
mixtum sanguine erit in combus-
tionem et cibus ignis. Virgo castrum no-
bilissimum tenet toto tempore uite sue
contra illum de quo scriptum est. Iob
xli. Non est potestas in terra que compare-
tur ei. et ideo merito super alios coro-
Non coronabitur nisi qui legitime cer-
tauerit. ii. thi. ii. Virginitati debe-
tur fructus. centesimus. cum continentie
uiduali debeatur fructus lx. et con-
iugali. xxx. mt. xiii. **Que timenda uir-**
ginibus

Sequitur de hiis que specialiter
timenda sunt uirginibus. Scilicet quia que-
sunt eis multum timenda. Primum
est superbia. Aug. in li. de uirginitate.
Non solum predicanda est uirginitas
ut ametur. uerum etiam monenda est
ne infletur. Id. in eodem. superbia
amplius amplioribus insidiatur. Ideo
ego talibus magnam curam humilita-
tis ingero. in quibus superbia ipsa formi-
datur. quo magis inest aliquid unde
sibi placeat. eo magis uereor ne sibi
placendo illi displiceat. qui superbis
resistit humilibus dat gratiam. Id. in
eodem. metuo te uehementer. ne cum
te agnum secuturam esse quocumque
gloriaris. eum propter tumorem superbie se-
qui per angusta non posses. et tamen bonum
uirginitatis constitutum magnum uide-
tanto ei ne perdat furem superbie

ueſeo. b. ſupmiſſius eſt pulcra pmixtio
uirginitatis et humilitatis. ñ medio
cre placet deo illa anima in qua hu
militas commñdat uirginitatẽ. et uir
ginitas exornat humilitatẽ. poteſt
placere humilitas que uirginitatẽ
deplorat amiſſam. ſine humilitate
audeo dicẽ. nec uirginitas marie pla
ciſſet. maria uirginem ſe oblita glã
ri de hũilitate. et tu negligendo hũi
litatem. blandires t̃ de uirginitate.
Aug. in li. de uirginitate. facilius ſeqũt
agnum et ſi ñ quocumq; ierit. certe
quocumq; potuerint. coniugati hũi
les q̃m ſupbientes uirgines. Se
cundum eſt fatuitas. hanc fatuita
tem ſpãliter intelligo defectũ carita
tis. ſ; dilectio dei eſt honorabil' ſciã
ſapiẽ. eccĩ. i. defectus diuine dilectõis
eſt deteſtabilis fatuitas. magna fa
tuitas ñ cauere defectũ illius rei ſi
ne qua cetera ñ pſunt. fatue uirgines
ñ ſumpſerunt oleum ſecum. cum lã
padib;. m̃. xxv. b. in eplis. Caſtitas ſi
ne caritate lampas eſt ſine oleo. ſub
trahe oleum. lampas ñ lucet. tolle
caritatem caſtitas ñ placet. Tercium
eſt tepiditas. que ſolet accidere
uirginib;. ex hoc q̃ conſiderant ſe
parum peccaſſe. contra q̃ dicit aug. in
li. de uirginitate. q̃m ueritas dixit.
q̃ ille cui modicum dimittit'. modicũ
diligit. uos ut ardentiſſime diliga
tis. cui diligendo a coniugiorum nexib;
liberi uacatis. deputate uobis tanq̃
totũ dimiſſum. quicq̃d a uobis ñ
eſt illo regente commiſſum. multo
ardentius debes diligere illum qui
flagiciosis ad ſe conuerſis. quecũq;
dimiſit. in ea te cadere ñ pmiſit.

Quid h̃s q̃ ñ accepiſti. aut qua p
uerſitate minꝰ diliges a quo plus
accepiſti. cogita omnia pccã ſic hũ
da tanq̃ tibi dimittant'. a quib; deus
cuſtodit ne committant'. Noli modicũ
diligere q̃i a quo t̃ modicum dimiſ
ſum eſt. ſ; potius multum dilige
a quo t̃ multum tributum eſt. contra
hanc tepiditatem ualet uirginib;
ſi hãnt frequenter uinum ſacre ſcrip
ture. q̃ eſt uinum germinans uir
gines. zac. ix. i. affectiones uirgina
les. Ad idem ualet meditatio diuine
paſſionis. ys. lxiii. Torcular calcauit
dñs uirgini filie iuda. Iſtud torcu
lar fuit pſſura crucis. in hoc torcu
lari fuit preſſa uua illa de q. gen.
xlix. lauabit in uino ſtolam ſuam.
et in ſanguine uue pallium ſuum.
i. mac. vi. Oſtenderunt elefantes
ſanguinẽ uue et mori. ad acuendos
eos in prelium. hoc uinũ dei amore
inebriat. ps. Calix meus inebrians
q̃m preclarus eſt. Quartum eſt
macula pcc̃i. que in uirgine eſt ma
cula in glã. macula turpior ẽ in ue
ſte alba. Virginitas eſt ueſtis alba.
Vñ biſſo comparatur. pv. ult. biſſus
et purpura indumentum eius. Ideo ma
cula pcc̃i ualde indecens eſt in uirgi
ne. Jero. Preclara eſt uirginitas et
pudicicie uirtus. ſi ñ aliis maculis et
lapſib; infirmet'. qui uirginitatẽ
hñt carnis cum corruptiõe mẽtis
ſimiles ſunt ſepulcris que exterius
apparent hominib; ſpecioſa. intus
ũ plena ſunt oſſib; mortuorum. m̃.
xxiii. Jero. Nichil pdeſt uirginitas
corporis. ubi operatur corruptio mẽtis.
Idem. illa uirginitas hoſtia xp̃i ẽ

cunus nec ſitem cogitatio. nec carnē
libido commaculat. Ad cauendā ma
culam pcci necessarium eſt ſponſe xpi
frequenter inſpicere in ſpeculo. ſpe
culum eſt ſcriptura ſacra. grg. ſpe
cula ſunt dei pcepta. in quibz aīe
ſcē ſemp aſpiciunt. et ſi que in eiſ
ſunt feditates dephendunt. Cant.
vi. Oculi eius ſicut columbe ſup
riuulos aquarum que lacte ſc̄ lote.
et reſident ſup fluenta pleniſſima.
columba lacte lota eſt ſponſa xpi
cum puritate uirginali. que ſup
fluenta ſacre ſcripture ſedet. ut
umbram accipitris infernalis
ibi uideat. Jo. in eplis. tanto ma
iori ſtudio placendi opus eſt. quanto
maior eſt ille cui placendum ē. im
poſſibile eſt quemquā deo placere.
qui qd ei placeat ignorat. B. pot
ut obſequendi uoto offendat. ſi
quo modo obſequi debeat ante n̄ didi
cit. Aliud ſpeculum eſt uita xpi. B.
ſup cant. Utrumqz es michi dne ihu
et ſpeculum patiendi et pmium pa
tienti. cum ſpeculo ē neccia ē ablu
tio que p confeſſionem fit. Unde cū
lauatorio erant ſpecula. exo. xxx
viij. B. in eplis. Audi cui places.
ama unde places. ama confeſſionē.
ob quā amaris. ama confeſſionē ſi
affectas decorem. confeſſioni iungit
decor. ps. Confeſſio et pulcritudo ī
conſpectu eius. Lota facie humili
tate confeſſionis. grata eſt deo cō
feſſio laudis. cant. ij. oſtende michi fa
ciem tuam. ibidem. Sonet uox tua
in auribz meis. Vox enim tua dul
cis. et facies tua decora. Quinta
eſt diuiſio cordis. aug. loquens uir

ginibz. Toto uobis figatur in corde.
qui p uobis fixus eſt in cruce. totum
teneat in animo uro quicquid uobis
eſt occupari conubio. Vel duplici cor
de. ecci. ij. duplici corde eſt [illegible]
que ſ. uult placere deo et mundo.
Nemo poteſt in una eademqz re om
potenti deo atqz eius hoſtibz gra
exiſtere. nam deo amicus ſe dene
gat. qui eius placet inimicis. B. in
eplis. volens placere hominibz [illegible]
placeſ. ſi n̄ places n̄ placas. ſignum
eſt uirgo cor habet diuiſum et uelit [illegible]
do placere eſt exterior ornatus. ps. Om
gla filie regis ab intus. ambro. de uir
ginitate. Delecta decores cura. plus
placet. et hoc ipm quod nos n̄ ornatis or
natus eſt. Jero. in eplis. Sacris p[illegible]
cram deo crede faciem. ſi hominibz
apparere pulcra n̄ ſtudeas. B. in eplis
filie babilonis quarum uere gla in
confuſione eſt. induuntur purpura et
biſſo. et ſub inde. Conſcia pannoſa
tacet. fulgent monilibz. et ſordent
moribz. econtra. Tu foris pannoſa
intus ſpecioſa reſplendes. ſz diuinis a[illegible]
pectibz. n̄ humanis. Jd decor qui cū
ueſte induitur. et cum ueſte deponitur.
veſtis procul dubio eſt n̄ ueſtiti. [illegible]
ri emulari in uanitatibz et induti[illegible]
bz pulcritudinē alienam. ubi pdide
runt ſuam. indignum eſt induta fi[illegible]
mam a pellibz murium et opibz [illegible]
minum mutari. tua ē ſufficiens [illegible]
eſt nepos ppriuſqz cuiqz rei decor[illegible]
nulla interiacente materia p ſe me[illegible]
Jd. vides nempe auro. argento. lap[illegible]
dibz pcioſis. et omni denique cultu[illegible]
regio. n̄ tam ornatas quam hone[illegible]
vides poſt ſe longas trahentes [illegible]

leras et densas. pulueris nubes exci
tantes in aera. hec non te moueant. ille
in monte deponent. te tua sarcinas
derelinquer. non sunt sua que portant.
cum intierint non sument omnia. nec
cum sunt. uel exeuntibus redduntur.
Sexto timendum est ne delit perseue
rantia. aug. in li. de uirginitate. Sequi
agnum tenendo perseueranter quod
uouistis. ardenter facite cum potestis.
uirginitatis a uobis pereat. cui facere
quid potestis ut redeat. virginitas
amissa non recuperatur. sicut lampas eo
dem modo non reintegratur. amos. v. virgo
israel proiecta est in terram suam. non est
qui suscitet eam. cum aliqua amit
tit uirginitatem. si totum mundum
daret pro ea. et totus esset aureum non re
cuperet eam. b. in eplis. studeto perse
uerantie que sola coronatur. ysidorus. seruas
ad solum soli semper perseuerantie tribui
tur. quia solam uirtutum nouit
coronare.

De triplici aureola.

Septimo de aureola que est additio ad
gloriam celestes communiter debitam.
Sciendum quod multis modis potest fieri
additio ad gloriam. Vno modo in pauguitati
bus. secundum quod mensurantur per
gratiam. unde caritate augmentata ma
ior gloria debetur. Secundo in resurrectione
per gloriam corporis. unde super illud. exo.
et super illam alteram coronam
aureolam dicit glo. corona aurea
super mense apponitur. cum in scrip
turis dicitur. egredientes de corpore animas
sanctas eternia recipere premia. hec au
reola supponitur cum in scriptura dicitur.
quod sublimior gloria in receptione cor
porum seruetur. Tercio per opera superoga
tionis siue per impletionem consiliorum.

Vnde dicit quedam glo. super predictum
uerbum exodi. Corona aurea additur
cum per euangelium hiis qui mandata
custodiunt uita eterna promittitur. matheus.
Si uis ad uitam ingredi serua man
data. huic corone aureola supponitur
cum dicitur. Si uis perfectus esse uade et uen
de omnia que habes et da pauperibus. Tri
plex autem est additio glorie. que commu
niter aureola dicitur. Prima est que de
betur hiis qui excellenter officium
predicationis exercent. unde super pre
dictum uerbum exo. dicit interlinearis. In hac
figuratur remuneratio eorum qui in doc
toribus excellunt. excellentia non ista
secundum quosdam in hoc attenditur.
quod cum predicatione sit illud opus
superogationis quod est abrenuncia
tio propriorum. que superogatio fuit
in primis ecclesie predicatoribus scilicet apostolis.

Secundum quosdam est abrenuntiatio possessionum competit predicatoribus.

Ex istis quod co. de causis multum com
petit officio predicationis. abrenun
tiatio propriorum. Prima est ne hii qui
contemptum temporalium predicant. hoc
facere uideantur. ut ea soli habeant.
Secunda est quod qui habent officium pre
dicationis oculi sunt ecclesie. oculos
autem expedit longe esse a terra. modi
cum. n. terre oculo iniecta. multum
impedit uisum. sic amor terrenorum
multum impedit spiritualem uisum.
eccli. xx. xenia et dona excecant ocu
los iudicum. Tercia est quod secundum dei
ordinationem. officio predicationis de
bita est ministratio necessariorum a sub
ditis. ut probat paulus. i. cor. ix.
Quis inquit militat suis stipen
diis unquam. et paulo post. Si nos
uobis spiritualia seminauimus. magnum

est si carnalia vestra metamus? et tamen dominus
ordinavit hiis qui evangelium annunci-
ant, de evangelio vivere. Ieronimus gal. vi.
Communicet hiis qui cathezizatur
verbo ei qui se cathezizat in omnibus
bonis. Mt. x. Nolite possidere aurum
etc. et subditur. dignus est operarius
cibo suo. Ieronimus. Considerandum quod
unicuique operi nostro duplex merces debetur.
una in via. alia in patria. Una que
nos in labore sustentet. alia que
nos in resurrectione remuneret. be-
da. hic merces inchoatur. et in celo
perficitur. Idem. qui sacculum et peram
prohibuit. sumptus ex predicatione
concedit. deut. xxv. Non alligabis
os bovis triturantis. luc. x. Ni-
chil tuleritis in via. In signum
quod predicator debet ferre secum necessaria.
sed alius debet ei ministrare. fert alexander
pulvinar draconis lectum evange-
lium. cant. ii. leva eius sub capite
meo. Quarta est quod exercentes
predicationem spiritualiter reputantur
operarii in vinea dei. unde predicatio corporaliter
spiritualiter pertinet ad dominum vinee. de
hiis operariis dicitur. Mt. ix. messis qui-
dem multa operarii pauci. et eidem.
xx. misit operarios in vineam suam.
Non reputat deus operarios illos qui
tantum propter corpus laborant. sicut non
reputat dominus vinee vindemiatorem
qui non colligit nisi que comedit.
crisostomus. Opera nostra sunt opera iusticie.
non ut agros colamus. non ut divi-
cias acquiramus. Ieronimus. sicut nemo con-
ducit operarium. ut hoc solum fa-
ciat quod manducet. sic nos non ideo
vocati sumus ut hec sola operemur.
que ad nostrum pertinent usum. sed ad

gloriam dei. et sicut mercennarius totum
diem impendit circa opus. modicam
horam circa cibum. sic nos omne
tempus debemus impendere circa gloriam
dei. modicum circa terrenos usus. be-
da. Tanta predicatori debet esse fiducia in
deo. ut presentis vite sumptus [illegible]
Quinta est ut liberius operi predicatio-
nis possint intendere. in paupertate vi-
vant. qui enim habent divitias. vel tamen vel
in parte sunt divites. nec ipsi ser-
vientes possunt esse dei. unde Mt. vi.
Non potestis deo servire et mammone.
mammona sira lingua divitie dicuntur.
Divitie a servitute dei nos [illegible]
in suam captivitatem. unde divites
dicuntur viri divitiarum in ps. [illegible]
[illegible] si nostra non essent. Secunda ad-
ditio glorie que aureola dicitur est illa que
debetur virginitati. de qua glosa
super exo. xxv. ad hanc coronam perti-
nent canticum novum quod vir-
gines tantum coram agno concinunt
et qui sequuntur agnum quocumque ierit.
et super illud apo. xiiii. cantabant quasi
canticum novum ante sedem. dicit in-
terlinearis. i. de integritate anime et corporis
exultabunt. Tercia additio ad glo-
riam que aureola dicitur. est illa que
debetur martyrio. prima videtur
pertinere ad vim rationabilem [illegible]
virtute prudentie. secundum illam speciem
prudentie que dicitur docilitas que vi-
detur esse dignior species prudentie.
excellentissimum enim opus prudentie
[illegible] docilitatis videtur
evangelizare. hoc opus est valde
difficile. unde super illud. i. cor. i. non
misit me deus baptizare sed evangeli-
zare. dicit glosa. aug. perfecte baptizare

mines docti possunt. propter autem euan
gelizare multo difficilioris & vario
rius est opus. Ad hoc quod aliquis propter
euangelizet. oportet quod tria a spiritu sancto oc
cipiat. scilicet sanctitas sit in intellectu.
ueritas in affectu. dulcedo in sermone.
bonum exemplum in opere. opus istud
gnificum est. Luc. ii. euangelizo uobis
dium magnum. dixit angelus.
mo quodam modo diuinum est opus.
illud. ii. Deus venit in mundum.
hi. euangelizare mansuetis mi
me. Marci .i. eamus in ciuitates &
proximos ut ibi predicem ad hoc
enim ueni. Vnde cum opus istud excel
lentissimum sit. & quasi supra hominem
mirum. si exercentes opus istud
supra ceteros homines remunerentur.
mme si excellenter illud exercent.
totaliter illi officio dediti. & sincere
libere. Sinceritas in hoc attenditur
exerceatur sine cupiditate temporalis
bertas in hoc quod sine timore
les dampni. exercentes hoc of
ficium hic prehonorandi sunt. et
in futuro perhonorabuntur. i. thy.
Qui bene presunt presbiteri. duplici
re digni habeantur. maxime qui
ant in uerbo & doctrina. & super illud
ut sciatis que sit supereminens
tudo uirtutis eius in nos. dicit
Quoddam incrementum glorie ha
bent summi doctores. ultra id
communiter habebunt. daniel.
qui docti fuerint fulgebunt
splendor firmamenti. & qui ad iu
stitiam erudiunt plurimos quasi stelle
perpetuas eternitates. sicut claritas
stellarum excedit claritatem firmamenti
sic claritas doctorum claritatem ceterorum.

ipsi habebunt coronam non solum pro
se. sed & pro aliis qui per eos saluati fu
erunt. Vnde super illud phil. iiii. fratres
mei carissimi & desideratissimi.
gaudium meum & corona mea. dicit glo. am
bro. per quos in presenti letificor & in
futuro coronabor. Discipulus enim
in agone uictor dignus erit coro
na. magister aureola. Secunda uidetur
pertinere ad vim concupiscibilem.
& ad uirtutem temperantie. secundum
illam partem eius que dicitur continen
tia uirginalis. Virginitas trium
phat de concupiscentia illa que seuior est.
In membris enim generationi deputatis
maxime seuit concupiscentia. ipsa refre
nat maiorem delectationem carnalem.
que sit. illam. scilicet que est secundum tactum.
& excellenti modo. integritatem scilicet carnis
uel incorruptionem seruat. ipsa est glo
riam filiorum amore dei contempnit.
Vnde non est mirum si gloria eius in fu
turo cumuletur. Tercia aureola
uidetur pertinere ad vim irascibilem
& ad uirtutem fortitudinis. martyri
o enim superatur mors. que est maxi
mum terribilium. Vnde non est mirum
si martires pre ceteris remunerantur.
& ut uno uerbo dicatur. In carne
preter carnem uiuere. euangelizare
mortem non timere. supra hominem
uidentur. Vnde merito horum operum fiet
remuneratio supra ceteros. Aureo
la uidetur pertinere ad uirtutem
iusticie. hoc triplex meritum qui habent.
spirituales imitatores christi sunt in pre
senti uita. & spirituales imitatores eius
erunt in gloria. christus fuit uirgo. predi
cator & martyr. & Jo. baptista. a quo
incepit baptizatio regni. Simile

decebat uas integrum esse et sincerum
per uirginitatem in quo repositum erat
balsamum celestis sapientie dispensan-
dum per predicationem. et candori mun-
dicie sociari decuit candorem sapientie.
et ut nullus locus remaneret dubita-
tioni ueritatem doctrine necesse fuit con-
firmari morte. nullus sani capi-
tis audeat fundatum morte christi contra con-
firmare. De castitate in communi.

Dicto de continentia uirginali dicen-
dum est de aliis partibus continen-
tie. et primo de illa que est continen-
tia ab omni coitu post experien-
tiam carnalis operis. hec enim con-
tinentia dignior uidetur esse con-
tinentia coniugali cum ei debea-
tur fructus. ho. ch. xxiii. Simili-
or est uidetur esse uirginali conti-
nentie cum abstineat ab omni
choitu sicut et ipsa. hec species uero
continentie cum non habeat nomen
proprium quo nominetur communiter uoca-
tur castitas. quod nomen generaliter
solet accipi pro continentia qua-
cumque. communiter uero nominatur conti-
nentia uidualis que est species ipsius.
abstinentia enim ab omni choitu
in carne corrupta. quedam est
uidualis. ut illorum qui in matrimo-
nio fuerunt. quedam uero non est uidu-
alis. ut illorum qui non fuerunt in
matrimonio, ut sunt ministri ecclesie.
ad commendationem castitatis facit
b. in epistola, quid castitate decorius.
que mundum de inmundo con-
ceptum semine. de hoste dome-
sticum. angelum denique de homine
facit. differunt quidem inter se
homo pudicus et angelus. sed feli-
citate non uirtute. sed et si illius casti-
tas felicior. huius tamen esse fortior cog-
noscitur. multa etiam de hiis que posita
sunt ad commendationem continen-
tie in genere. uel uirginitatis referri
possunt ad commendationem castitatis.
Castitas uero uidualis commendatur ex-
emplo turturis que uni mari asso-
ciatur in tota uita sua. ut legitur
in libro de natura animalium. hanc
etiam commendat apostolus i. cor. vii. dicens.
Dico autem non nuptis et uiduis. bonum
est illis si sic permaneant sicut et
ego. quod si non se continent nubant.
melius est enim nubere quam uri.
de hoc commendatur iud. xv. Con-
fortatum est cor tuum eo quod casti-
tatem amaueris. et post uirum
tuum alterum nescieris. ideo eris be-
nedicta in eternum. Ad castitatem
uidualem incitare potest personam
relictam. unitas que fuit et car-
nalis et mentalis inter eam et
parem suum dum uiuerent. Fu-
erunt enim duo in carne una. gen.
ii. et ch. xix. et subditur. Itaque
iam non sunt duo sed una caro. si
persona relicta que semimortua est
ubi satis rationabile est ut non alte-
rum adhereat hunc solo. sed magis
cogitet de alio, in quo tamen se quasi
sit dimidia. et in breui tota fu...
ubi aug. iiii. li. confessionum lo-
quens de quodam amico suo dil-
ecto. benedixit quidam de amico
suo dimidium anime sue. Nam
ego sensi animam meam et ani-
mam illius unam fuisse in duo-
bus corporibus. et ideo horrori erat mihi
uita. quia nolebam dimidius uiuere.

qui fertis vasa dñi. ¶ Sexta est quia
oportet eos mundare alios. eos oportet
esse valde mundos. eccl. xxxiiii. Ab im
mundo quid mundabitur. ii. paralip.
xxix. dem est leuitis. sanctificamini.
mundate domum dñi. neemie. xii.
mundati sunt sacerdotes et leuite
et mundauerunt populum. i. mach. iiii. Et
elegit uidas sacerdotes sine macula
uoluntatem habentes in lege dei. et mun
dauerunt sancta. ¶ Septima est quia ipsi
habent sponsam nobilissimam. s. sapientiam.
pro qua talibus sponsa uel concubina car
nali carere possunt. sap. viii. hanc
amaui et exquisiui illam a iuuentute
mea. et quesiui sponsam mihi assumere
eam. et amator factus sum forme illius.
prov. vii. prudentiam uoca amicam tuam.
ut custodiat te a muliere extranea.
homines qui inuncti in balsamo sapientie
immunes sunt a corruptione. eccli. xxiiii.
quasi balsamum non mixtum odor meus. In
ps. Eloquia dñi eloquia casta. ab effectu.
iac. iii. Que desursum est sapientia primum
quidem pudica est. i. pudicum faciens.
Iero. Ama sacras litteras et carnis ui
tia non amabis ¶ Octaua est quia ipsi
sunt ministri altissimi. ideo decet ut
ipsi sint proprii ipsius. decet. n. dñm ten
ere proprios seruientes. quod non esset. si
mulier potestatem in corpore eorum haberet.
i. cor. vii. Vir sui corporis potestatem
non habet sed mulier. De errore qui dap
Sequitur de nat matrimonium.
continentia coniugali circa quam
primo destruitur error ille qui mat
rimonium dampnat. Secundo matrimonium
commendabitur. Tertio ostenditur
qualiter sit matrimonium contrahendum.
Quarto quod continentia coniugalis

abstinet a carnali opere illicito. et utro
licito. ostenderetur quod opus carnale sit
licitum quod illicitum. Circa uero primum
primo ponemus testimonia noui testa
menti quibus deus errorem. Secundo
auctoritates et rationes quibus falsitas de
tecta errorum conuincitur. qui sunt huius
erroris uocantur cathari. uel a cato
cuius posteriora osculantur. In cuius specie
luciferum dicunt sibi apparere. uel a
catha quod est fluxus. defluunt enim
per diuersa uitia. ponunt naturam cor
poris malam esse. et esse a principio
malo. et debere eam omnibus modis
purgari. ut citius a natura mala
liberentur. unde nolunt fluxum il
lum matrimonio restringi. Ipsi dicunt
opus carnale quod cum uxore exercetur
fornicationem esse. utentes ad hoc pro
bandum illo uerbo. i. cor. vii. propter for
nicationem unusquisque uxorem suam
habeat. ergo fornicatio est et cum uxore.
Sed uerbum dictum sic intelligendum
est propter fornicationem et cetera. non propter fornica
tionem faciendam sed uitandam.
sicut ro. iiii. xps traditus est propter delic
ta nostra. non facienda sed destruenda. et
est uulgaris modus loquendi. unde di
citur ferre pelliceum propter frigus. non propter
frigus faciendum sed repellendum.
Item in eod. hoc autem dico secundum indul
gentiam. non secundum imperium. ergo peccatum est
matrimonium cum indulgeatur. Sed dicit
ibidem apostolus. Volo omnes homines esse
sicut meipsum. i. continentes. Et dicendum est
quod indulgentia non accipitur ibi pro ue
nia. sed permissione minoris boni. mi
nus. n. bonum est matrimonium quam uirgi
nitas. uel castitas. utrumque tamen bo
num est et donum dei. unde subdit apostolus.

vniuersorum principium habet ex deo. aliter quidam sic. alius uero sic. propter hoc dicit. quod uult omnes homines esse sicut se. quod uellet esse eos non solum bonos sed et meliores. Item in eodem dicit. bonum est mulierem non tangere. ergo malum est eam tangere. quod non sequitur. sicut non sequitur bonum est non bibere uinum ergo malum est bibere uinum. Item in eodem. qui habent uxores sint tanquam non habentes. ergo malum est cum eis commisceri. sed hoc non sequitur sicut non sequitur. qui emunt sint tanquam non possidentes. quod ibidem legitur. ergo non debent comedere de fructibus agri empti. Qui habet uxorem est tanquam non habens. si debitum reddit et non exigit. Item dominus monet ad relinquendum uxorem. luc. xviii. Nemo est qui reliquit domum aut parentes aut fratres aut uxorem. aut filios propter regnum dei. et non recipiat multa plura in hoc tempore et c. Et eodem. xiiii. Si quis uenit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et c. non potest meus esse discipulus. ergo uxor est relinquenda et odio habenda. Ad quod dicendum quod uxor est odienda et relinquenda eo modo quo et pater et mater. Si scilicet uult trahere aliquem ad ydolatriam uel heresim. uel aliud peccatum. non consentiatur ei. tamen si bene habeat se amanda est. sicut pater et mater. i. cor. vii. Siquis frater uxorem habet infidelem. et hec consentit habitare cum illo non dimittat illam. Licet autem dictus error iam in sua radice destructus sit. ubi fuit destructus error manicheorum qui ponit duo principia prima. unum bonum et aliud malum. a quo dicit esse ea que sunt corruptibilia.

a quo errore hic error ortum habuit. tamen manifeste falsitas eius conuinci potest testimoniis scripture que sequuntur. Math. xix. Phariseis interrogantibus ipsum an liceret dimittere uxorem suam quacunque ex causa. ipse premisso testimonio gen. innuit. quod deus coniunxit homo non separet ostendens manifeste matrimonium esse a deo. et non est ab homine separandum. patet ergo quod matrimonium est bonum. ¶ Item luc. i. de zacharia et elizabeth uxore eius quod ambo erant iusti ante deum incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela. et quod angelus gabriel zacharie nuntiauit hec. elizabeth uxor tua pariet tibi filium. et paulo post. et spiritu sancto replebitur. adhuc ex utero matris sue. Non est ergo matrimonium malum in quo tales homines fuerunt. et ex quo fructus tam bonus processit. et Io. ii. mater ihesu interfuit nuptiis. et ihesus et discipuli eius ad eas uocati sunt. et fecit ibi ihesus initium signorum suorum. non honorasset tot modis nuptias si male essent. Item ro. vii. mulier uiuente uiro uocabitur adultera si fuerit cum alio uiro. si autem fuerit mortuus uir eius. liberata est a lege uiri. ut non sit adultera si fuerit cum altero uiro. Item i. cor. vii. uxori uir debitum reddat. similiter et uxor uiro. et in eodem. Nolite fraudare alterutrum. nisi forte ad tempus ut uacetis orationi. et iterum. Reuertimini in idipsum. et iterum his qui in matrimonio iuncti sunt. precipio non ego sed dominus uxorem a uiro non discedere. et paulo post. et uir uxorem non dimittat. Item in eodem. Alligatus es uxori. noli querere solutionem. Solutus es ab uxore. noli querere uxorem. Si autem acceperis uxorem non peccasti. et si

concepit virgo non peccavit. Item in eodem.
Qui matrimonio iungit virginem suam
bene facit. et qui non iungit melius facit.
Mulier alligata est legi quanto tempore vir
eius vivit. quod si dormierit vir eius. li
berata est a lege. cui vult nubat tantum in
domino. Ergo et secunde nuptie sunt licite. Item ad
Eph. v. Viri diligite uxores vestras et c. In
eodem. Unusquisque uxorem suam sicut se
ipsum diligat. ij. Thi. ij. Mulier seducta in
prevaricatione fuit. salvabitur autem per filiorum
generationem. Item iiij. Spiritus manifeste di
cit quod in novissimis temporibus discedent
quidam a fide attendentes spiritibus erro
ris et doctrinis demoniorum in ypocrisi
loquentium mendacium. et cauteriatam habentium
suam conscientiam. prohibentium nubere et c.
In eodem v. Volo iuniores nubere. filios pro
creare. matres familias esse. Item Heb. xiij.
Honorabile connubium in omnibus supple
sit. et thorus immaculatus. fornicatores enim
et adulteros iudicabit deus. i. dampnabit.
Contra immunditie habenas laxat qui
nuptias dampnat. Ieronimus. Vana est in verbis com
mentatio. neque pro tantillo questio emanat
ut se filius dei formam servi acciperet.
Ex hac approbatione matrimonii conveniunt
nobis tam iudei quam gentiles. gentiles
enim in veneratione habent coniugium et filios
qui fuerant nati de coniugio legittimos
vocabant. In hoc conveniunt nobiscum
sapientissimi. ut Salomon. Prov. xix. Domus
et divitie dantur a parentibus. a domino autem proprie
uxor prudens. Seneca et uxorem habuit. ut
scribitur in eius epistolis. Ex hoc quod illi
qui sunt huius erroris dicunt mulierem dampnari
si pregnans decedat. vel in partu.
Quod manifeste patet esse falsum in Elizabet.
Luc. i. que pregnans erat cum salutavit
eam beata virgo. et tamen repleta est spiritu sancto.
et infans exultavit in utero eius. que si
decessisset in partu salvata esset. partus enim
penam habet. non culpam. De commendatione

Sequitur de commendatione matrimonii.
matrimonii. Et nota quod xij. sunt quibus
matrimonium potest commendari fidelibus. qui utrumque
testamentum receperunt. Primum est
quod auctoritas instituentis illud. cum
alios ordines instituerint aliqui sancti.
ut Augustinus. vel Benedictus. ordinem matrimonii
instituit ipse deus qui errare non potest. Unde
si culpabilis est qui ordinem beati Bene
dicti transgreditur. constat quod valde cul
pabilis est qui transgreditur ordinem ma
trimonii a deo institutum. ¶ Secundum est
locus in quo institutum est. scilicet paradisus.
Institutum enim est immisso sopore in Adam.
Gen. ij. et raptus est Adam in spiritu et in
terfuit curie celesti. et ibi agnovit
virtutem matrimonii, et cuius rei esset sacra
mentum. et erat Adam tunc corpore in paradi
so terrestri. mente vero in paradiso celesti. Unde
super Gen. ij. dicit glossa Augustini. extasis. rec
te intelligitur ad hoc inmissa ut mens
Ade particeps angelice curie. et intrans in
sanctuarium dei novissima intelligeret.
Unde evigilans prophetico spiritu eructavit.
hoc nunc os ex ossibus meis et c. Hec
verba cum Ade scriptura fuisse di
cat. Christus in evangelio deum dixisse decla
rat. Matth. xix. ut intelligamus per illam
extasim Adam divinitus hec dixisse.
¶ Tertium est antiquitas. Non enim de no
vo institutus est ordo iste. immo anti
quitate excedit omnem ordinem in
terris institutum. ¶ Quartum est status
institutionis. enim est in statu innocentie
in illo felici tempore, in quo homo nondum peccaverat.
¶ Quintum est quod hunc so
lum hominum ordinem salvavit dominus

tempore diluvii. In archa .viii. salvati sunt
Noe et uxor eius. et tres filii eius et uxores
eorum. Si qui erant concubinarii. si que
meretrices omnes diluvio sunt submersi.
¶ Sextum est quod beata virgo hunc ordinem
intrare voluit. licet proposuisset ser-
vare virginitatem. quod non parum facit
ad honorem matrimonii. Noluit filius
dei carnem ex ea assumere donec fuit
in matrimonio. Matrimonium pallium est
quo beata virgo usa est. quo occultavit
celestem conceptum. Sub hoc pallio vo-
luit latere filius dei. sub hoc pallio
celatum est diabolo misterium redemp-
tionis nostre. ¶ Infelices et maledicte sunt
ille que potius eligunt esse in con-
fusione diaboli quam in ordine beate vir-
ginis. confusio diaboli est status me-
retricum. que quandoque peccant cum patre.
quandoque cum filio. quandoque cum duobus fra-
tribus. vel cognatis. quandoque cum solutis.
quandoque cum coniugatis. quandoque cum sacer-
dotibus. quandoque cum religiosis. quandoque
cum leprosis. Infelices et adultere sunt
que in matrimonio defuerunt que
non tenent pallium beate virginis in-
quinare. ¶ Septimum est quod dominus vo-
luit honorare nuptias sua presen-
tia. et matris sue et discipulorum suorum.
Jo. ii. Non inveniuntur concubinarii
quod christus vel beata virgo in domibus eorum
comederit. diabolus potius in domibus eorum
inhitat. cui de corporibus suis sacrifi-
cia faciunt. sicut enim qui continenter
vivunt corpora sua sacrificant. iuxta
illud Ro. xii. obsecro vos per misericordiam dei
ut exhibeatis corpora vestra hostiam
viventem. sic qui luxuriose vivunt
corpora sua sacrificant diabolo. quomodo
habitet deus ubi exercetur opus illud

quod plus deo fetet et angelis eius. quam
aliquod cadaver hominibus feteat. ¶ Octa-
vum est quod dominus voluit nuptias honora-
re primo aperto miraculo quod fecit cum dis-
cipulis suis. ipsum enim miraculum quo aqua
mutata est in vinum. ostendit quantum virtu-
tis sit matrimonium. aqua enim vilis est. vi-
num preciosum. sic opus carnale absque
matrimonio vile. quod est opus in matrimo-
niale preciosum. Unde infelices sunt con-
cubinarii qui aquam fetentem vino pre-
cioso preeligunt. postquam volentes exercere opus
illud extra matrimonium cum peccato. quam
in matrimonio sine peccato. ¶ Infelices et sunt
ille qui vinum bonum et preciosum habent et re-
linquunt illud pro vino pravo quod felle
mixto. hii sunt illi qui proprias uxores
habent et alienis adherent. ¶ Nonum ex-
cellens est benedictio quam ecclesia facit con-
iugibus iuxta altare ad missam in pre-
sentia dominici corporis. quam post multos
concubinatus quam legitimum matrimonium.
ipse post multos habet maledictionem quam be-
nedictionem. quamdiu enim est in peccato. maledi-
ctus est quicquid agat. in ps. Noluit bene-
dictionem et elongabitur ab eo. concubi-
narii videntur nolle maledictionem. et mul-
to illam habebunt. dicetur enim illud eis.
Mt. xxv. Discedite a me maledicti in ig-
nem eternum. hiis autem qui bene se habent
in matrimonio dicetur illud. Venite benedicti
patris mei etc. ¶ Duodecimum est pre-
fructus qui ex matrimonio sequuntur.
generantur enim inde filii hominum scilicet. qui post
per adoptionem fiunt filii dei. Si quis
haberet vineam que annuatim ferret mil-
le modios vini valde amaret eam. quan-
tum est amandum est matrimonium. unde pro-
creantur. cum puer unus preciosior
toti humano quod in mundo est. ex utrimque

no generantur virgines. Unde si virginitas
multum commendanda est. et matrimonium multum com
mendandum est. Ieron. Laudo coniugium quia vir
gines generat. lego de spinis rosam. de con
cha margaritam. Valde infelices sunt mulie
res que operi carnali intendunt. et tamen que
exponendo se omnibus ita se inquinant. non
sunt digne ut deus det eis fructum prolis.
una sterilitas et cessant seminare licet
arant se nullum fructum inde colli
gere. meretrices habent officium in mundo
iugulandi omnes demoni et demoni. Vix in
ter latrones inveniuntur aliqui qui tale
officium velit habere. ipse ad meretrices sicut
dampnatores humane. sicut et demones.
quod dicent in die iudicii. si queratur
ab eis ubi sunt filii eorum. ipse dampna
buntur quia eos occiderunt. exponendo se
omnibus quia suffocaverunt eos. Unde
cimum est quod matrimonium est unum de vii. sac
ramentis ecclesie. Si quis in aqua baptismi
lutum poneret. vel alio in sacramento
baptizati contumeliam faceret. non esset
parum culpabilis. sic nec parum culpabilis
est qui adulterando sacramento matrimonii con
tumeliam facit. Duodecimum est
quod magna matrimonii que multis modis
potest ostendi. Primo per hoc quod opus carnale
quod sine eo esset mortale. cum eo est veniale.
vel omnino sine peccato. Secundo per hoc reme
dium est contra mala que ex meretricio se
quuntur. que sunt sterilitas proles infec
ta incestus. Tercio per hoc quod adeo efficax
est ad concordiam faciendam. que adeo pla
cet deo. sicut discordia multum ei dis
plicet. tota parentela unitur uno matrimonio
quandoque ad concordiam reducuntur. prov. vi. Sex
sunt que odit dominus et septimum detestatur anima eius.
Septimum quod detestatur est. qui seminat
inter fratres discordias. Quarto per hoc quod

defendit hominem ex ea parte qua diabolus
eum fortius impugnat. Iob. xl. Fortitu
do eius in lumbis eius. Quod opus carnale sit
Sequitur de modo licitum quod illicitum
contrahendi matrimonium. Notandum ergo
quod ille qui vult contrahere matrimoni
um primo debet habere intentionem ad deum.
Sicut contrahat desiderio generandi filios
secundum carnem. qui postea fiant filii dei
per adoptionem. In illos enim qui deum exclu
dunt ab intentione sua. potestatem habet
demonium. Thob. vi. dixit angelus Thobie
minori. in eos qui coniugium ita sus
cipiunt ut deum a se et a sua mente ex
cludant et sue libidini ita vacant.
sicut equus et mulus quibus non est
intellectus. habet super eos demonium pote
statem. et in eodem. Accipiens virgi
nem cum timore domini et amore fili
orum. magis quam libidinis ductus. Et
viii. eodem. dixit Thobias minor. Tu
domine scis quia non luxurie causa accipio
uxorem meam. sed sola posteritatis
dilectione. in qua benedicatur nomen
tuum in secula seculorum. Secundo debet eligere
uxorem similem sibi. nobilem si est
nobilis. Gen. ii. Faciamus ei adiutorem
similem sibi. De costa viri formavit
dominus mulierem ne posset viro contra
dictum gloriari se esse de nobiliori genere.
Non formavit dominus mulierem de ca
pite. ne crederetur formata ad dominatio
nem. neque de pede ne crederetur subi
ciendam servituti. sed de medio. ut
haberetur tanquam socia. poeta. Si qua
voles apte nubere. nube pari. Pari
tas ista non solum attendenda est quan
tum ad nobilitatem sed et quantum ad
iuventutem. et pulcritudinem. quia iu
venis et pulcra nubit. seni et

deformi. ħt enim exorsum. ⁊ adulta es
sitatur. Paritas ista bene in anulo
ostenditur. qui si strictior sit digito
n̄ congruit. si laxior decidit. sic se hʒ
inter coniuges. si sint dispares. quia uel
simul manentes n̄ sunt concordes.
uel unus ab alio discedit. Tercio n̄
cū tali trahat que sit de progenie bo
na. n̄ dʒ ducere filiam usurarii uel
raptoris. hec enim fuit una de cau
sis diluuii. uidentes .n. filii dei filias
hoīm quod eēnt pulcre. acceperunt ux
ores sibi ex omnibʒ quas elegerant.
gen. vi. Filii dei uocantur qui erant
de stirpe seth. filii hominum qui erant
de stirpe chaym. Quarto quod persona
cum qua contrahit sit bona ⁊ pru
dens. quod est unum de magnis doni
dei. prov. xix. Domus ⁊ diuitie dantur a pa
rentibʒ. a dn̄o autem proprie uxor prudens.
eccli. xxvi. mulieris bone beatus uir.
⁊ in eodem. pars bona mulier bona.
In parte bona timentium dm̄ dabitur
uiro pro factis bonis. ⁊ in eodem. gr̄a sup
gratiam mulier sc̄a ⁊ pudorata. i. cor.
vii. Sanctificatus est uir infidelis per
mulierem fidelem. Quod op carnale sit
Sequitur licitum ⁊ quod meritorium.
Quia de ope carnali quod sit licitum
⁊ quod licitum. poterit tn̄ uideri ali
cui quod opus illud nunquam fiat sine
culpa. Primo per hoc quod dicit aug. in
libro de fide ad petrum. sine libidine
n̄ est parentum concubitus. Secundo
per hoc quod dicit glo. jero. sup illud. i. pe.
iii. Ut non impediantur orationes ure.
impediri orones officio coniugali co
memorat. quia quotienscumque uxori de
bitum reddo orare n̄ possum. videtur
enim secundum glo. illam reddicionem

debitam semper hr̄e culpam cum semper
orationem impediat. Tercio per hoc quod
dicit glo. sup illud. i. cor. vi. Qui for
nicatur in corpus suum peccat. hʒ propter
seruit anima corpori. hʒ ubi anima que
debet dn̄ari corpori seruit ei. videtur
eē peccatum cum sit ibi peruersio debiti
ordinis. Quarto per hoc quod dicit glo.
ibidem. Sic totus homo absorbetur
a carne. ut tamdiu n̄ possit ipse animus
suus eē. hʒ simul totus homo dicitur
sit caro. Quinto per hoc quod semper in illo
ope uidetur eē inmoderata delectatio.
Et dicendum est quod opus illud exerceri po
test sine omni culpa ⁊ ē meritorium
tribus casibus. Primus ē cum fit ca
les suscipiende. ⁊ ad cultum dei edu
cande. aliis debitis circumstantiis.
aug. Concubitus necessarius est cā generandi
inculpabiles ⁊ solus nuptiales. Ille
autem solus solus dr̄ eē nuptialis
quod principale instrumentum est nuptiarum ad
suscipiendum prolem. ⁊ hec prima ille
tertio ⁊ principales dr̄ fuisse sc̄a in
officium. Secunda eius institutio fuit
in remedium. s. ad fornicationem eui
tandam. Secundus casus est cum petenti
redditur debitum. aug. reddere de
bitum coniugale nullius est crimi
nis. in hoc casu iustitia mouet. Tercius
casus est cum aliquid exigit opus illud
uo caueat compari suo ne in peccatum ca
dat. ut cum aliquis sciens uxorem suam
uerecundam ⁊ nunquam petituram de
bitum. ⁊ timet de casu eius debitum
exigit. ⁊ in hoc casu mouet pietas si
n̄ aliquis exerceat opus illud ut im
pleat concupiscentiam suam. culpa est uel
quandoque uenialis. quandoque mortalis. Venia
lis. quando concupiscentia ita est subiecta

quod non cognosceret eam non esset uxor sua. Amoralis non quia adeo immoderata est concupiscentia quod cognosceret eam licet non esset sua. et in hoc casu intelligitur illud verbum quod dicit glosa super i. cor. vii. Omnis vehemens amator proprie uxoris adulter est. et ibidem dicit glosa. coniugalis concubitus generandi causa non habet culpam. concupiscentie vero faciende causa cum coniuge. habet culpam. propter thori fidem venialem. In verbo non aug. in libro de fide ad petrum. Libido dicitur concupiscentia inordinata. que pena est. et non sumitur pro culpa. vel veniali vel mortali. Ad aliud dicendum. quod oratio sumitur quandoque pro quolibet bono opere. Unde glosa super illud. Thess. ult. Non desinit orare qui non desinit bene agere. quandoque pro oratione vocali. quandoque vero pro actu interiori. cum anima in deum afficitur. et iste actus excellens anime impeditur opere carnali. Si enim dicitur tres ordinentur. generatio videtur esse infima. Unde secundum eam quoniam anima afficitur in deum suprema videtur esse. Unde Abstinentiam si operatores illarum tenentur sibi non locantur. Idem intelligendum est de illuminatione prophetica que tamen non habet sed. glosa super eccl. Concubitu legittima caret tamen non tamen illo quo coniugales actus geruntur. presentia s. spiritus dabitur. et si prophete videantur. qui officio generationis obsequuntur. glose vero que sunt super illud. i. cor. vi. qui fornicatur et c. Intelligende sunt non de opere coniugali facto cum debitis circumstantiis. sed de opere libidinoso quod non vincitur. Ad id autem quod de immoderatione delectationis obicitur. dicendum est quod ex quo adam peccavit non fuit opus coniugale. sine aliqua immoderatione. sed quedam immoderatio est que pena est solum. et provenit ex inordinatione sensualitatis

concupiscentie. sed ex quo aliqua trium causarum predictarum inchoatur opus illud. et non propter delectationem. et delectatio manet infra fines suos. sicut in brutalibus. nec trahitur tamen in delectationem consentiat. Non est delectatio peccatum. Aque enim inferiores a superioribus sunt diverse firmamento interiectis. ¶ Et notandum quod multa requiruntur ad hoc quod opus carnale sine culpa sit et meritorium. Primum est ut fiat in eadem specie natura. id est inter res rebus insita. ex similibus procreans similia. Unde si fiat opus illud in alia specie est peccatum contra naturam. quod tangitur exo. xxii. qui coierit cum iumento morte moriatur. et deut. xxvii. maledictus qui dormit cum aliquo iumento. ¶ Secundum est quod fiat in organo simili. Si non fiat in organo dissimili est peccatum contra naturam. quod tangitur ro. i. Nam femine eorum mutaverunt naturalem usum in eum usum. qui est contra naturam. Similiter et masculi relicto naturali usu femine. exarserunt in desideriis suis. invicem masculi in masculos turpitudinem operantes.

¶ Tercium est ut fiat in organo ad hunc usum deputato. contra quod est pollutio extraordinaria. quam tangit glosa super predictum locum ro. i. qui cum ipsa coniuge alio modo quam licet dormierit operatur contra naturam. ¶ Quartum est ut non fiat situ bestiali. sed in quo decet hominalem naturam. in situ proprio nec infusioni seminis. convenientem ad nutum. et receptioni seminis convenientem ad feminam. contra hoc non est illud peccatum contra naturam. quod enumerat methodius inter causas diluvii.

dicens. mulieres in vesaniam verse sunt
progresse viros abutebantur. ¶ Quintum
est ut persone inter quas hoc opus exer-
ceatur non sic se habeant, quod una sit ra-
dix a qua alia processerit, vel processe-
rint ab una radice et proximo. hec enim
multum valet ad societatem que mul-
tum est conservativa humani generis.
propter hoc enim quod matrimonium contrahitur
cum persona non attinente multiplicatur soci-
etas inter consanguineos et alios per-
sone coniugatim qui sibi non attine-
bant. si hoc opus exerceretur cum at-
tinentibus haberent homines suspectam
cohabitationem uxorum suarum cum suis
propinquissimis et cum propinquissimis
ipsarum. et sic in magna parte periret so-
cietas humana conservativa ge-
neris humani. Contra hoc est peccatum in-
cestus. peccatum valde detestabile. quod
et exemplo brutorum animalium nobis dis-
suadetur. Unde legitur in libro de
natura animalium quod camelus co operto
capite matris eius super eam saltavit.
et operimento sublato matrem cognoscens
turpitudinis opere quod inceperat inter-
repto descendit et ingeneratorem inter-
fecit. Similiter cum fieret equo et matri
eius cognoscens matrem suppositam
fugit subito. ¶ Sextum est quod perso-
ne inter quas hoc opus exercetur
unite sint inseparabiliter. non enim suffi-
cit ut consentiant uno consensu
sicut fornicatores. Utrum requiratur inse-
parabilitas matrimonii.

Hanc inseparabilitatem primo videtur requirere hoc
quod matrimonium sacramentum est matri-
monii spiritualis quod est inter christum et
ecclesiam. ephes. v. Sacramentum hoc mag-
num est. ego autem dico in christo et ecclesia.

Unde cum illud matrimonium sit insepara-
bile et matrimonium carnale debet esse. ¶ Secundo
fructus ad quem est matrimonium indivisi-
bilitas destruitur enim proles si dividatur.
iii. reg. iii. dixit mulier cuius filius erat
vivus ad regem. quia eum vellet
dividi. obsecro domine mi. date illi infantem
vivum. et nolite interficere eum. Sic
tamen obviat quod cum sunt plures filii po-
test fructus dividi. Dicendum quod
nec tunc dividi potest quin omnes
filii patris sunt et matris. et omnes tam
patri quam matri. et tam patri quam matri
omnibus. ¶ Tercio fidei integritas. sine
qua non est secura societas. Si separari
deberent non confideret unus coniugum
de alio. nec unus fidelis esset alteri
quantum ad honorum communicationem. pro-
verb. legitur de forti muliere. confidit
in ea cor viri sui. ¶ Quarto magni-
tudo amoris qui est inter ipsos. ma-
ximus enim videtur esse inter amores
qui sunt bone carnis. cum et amor filii
vel matris videatur prevalere. Secundum illud
gen. ii. propter hoc relinquet homo patrem et
matrem et adherebit uxori sue. cum illi
uno corpore inseparabiles sint. ut minima
aliqua. in tali unio videtur debere esse
inseparabilis. et maxime videtur de illa que
est maritalis amoris. que maxima et
familiarissima videtur esse. prover. Omni
tempore diligit qui amicus est. nulla ad-
versitas debet separare amiciciam coniugum.
¶ Quinto societas consanguineorum co-
niugum ipsis mediantibus contracta
separabitur si matrimonium esset dissolubile.
sicut mediantibus illis sociata fu-
erunt. que [illegible] societas cum admodum
et ei valde grata videtur esse. ab homi-
nibus separanda non esse. contra unitatem insep-

bilem est peccatum fornicationis. Septimum
est ut illud opus exerceatur inter personas
que sunt unite singularitate. Unica enim
uxor debet esse. ad quod facit magnitudo
dilectionis. Sic enim maximus amor carnalis
et familiaritas maxima inter eos. cum unica deo
est amor ille. quia non per superhabundantiam di
visus solet convenire. Hec singularitas uni
onis in anulo ostenditur qui unicum di
gitum capit. Si quis vero obiciat quod unus
debeat multas habere. ut sic multiplicen
tur cultores dei. cum unus homo sufficiat
ad multas fecundare. Respondendum est
quod deus non tantum attendit multiplicationem
generis humani quantum ad numerum. quantum
attendit eius multiplicationem quantum
ad meritum. ut frequentius qui generantur
non sunt veri cultores dei. eccli. xv. Non
concupiscet deus multitudinem filiorum in
fidelium et inutilium. luc. xxiii. Venient
dies in quibus dicent beate steriles et
ventres que non genuerunt. licet paucissimi
essent cultores dei tempore primorum parentum.
non voluit deus ordinare ut adam haberet
duas uxores simul. ut sic citius multi
plicaretur genus humanum. Primus
quem genuit adam malus fuit. caym. scilicet
et patet quod cito genuit imitatorem dia
boli quam cultorem dei. animalia magna
ut dicitur in libro de natura animalium ra
ro generant. elephas enim femina cessat
annis post partum a coitu. et camela
... paucos generant. cuniculi
... cum animalia parui corporis generent
multos ut ibidem legitur. sic homo maxi
mus dignitate inter animalia nouem
... si raro et paucos filios generet.
Cumque qui sufficit multas fecunda
re vix sufficit uni et plus eius sine peri
culo anime sue necessaria providere. Legitur in

libro de natura animalium de aquila quod
valde grauatur in nido ita quod venari non
possit. et ideo non sufficit plusquam duos
pullos pascere. Unde tercium ouum proicit.
vel tercium pullum. Si quis vero obici
at quod saltem in principibus qui suffi
ciunt providere multis. tollerabile e
rit quod unus habeat multos. Dicendum est
quod ut frequentius tibi minus sufficiunt
providere uxori et filiis suis sine periculo
anime et terrarum quam illi. multiplica
tio dominorum destructio est terrarum. multi
plicatis heredibus sequitur divisio reg
norum. quam consequitur desolatio eorum. qua.
xi. Omne regnum in se divisum deso
labitur. Item multiplicatis principi
pibus multiplicantur mala super terram.
i. macha. i. legitur de alexandro quod di
visit regnum suum pueris nobilibus
qui secum erant nutriti a iuventu
te. et sibi dictum est obtinuerunt pueri regnum
eius. unusquisque in loco suo. et imposu
erunt sibi diademata. post mortem
et filii eorum post eos annis multis et
multiplicata sunt mala super terram.
quando aliquis princeps habet diversas uxores
successive. vix est pax inter filios.
qui sunt ex illis uxoribus. Noller
princeps uxorem suam ab alio fecun
dari. et si ipse non posset eam fecundare.
Unde nec ipse velle debet quod cum uxor sua
sterilis est. ex alia fructum habere. Hic
est enim de iure naturali. ut non faciat
alii quod sibi non vult fieri. Vix per ista
servari pax posset. si unus plures
haberet. conquesta est sara. gen. xvi.
quod ancilla sua agareth contempneret
eam. cum ipsa virum suum concubuisset.
et lya dixit racheli parum ne tibi
videtur. quod preripis maritum meum

in. gen. xxx. contra hanc singularitatē
est pc̄m adulterij. ¶ Octauum ē ut nō
ammoueat ad opus carnale delecta
tio. s. uel bonum prolis. uel iusticia red-
dicionis. de quibus prius tactum ē. ¶ No-
num ē ut ope inchoato nō trahatur
ad consentiendū delectationi. in quibus
enim temptatur a concupiscentia sua attractus
et illectus. Ja. i. Decimū est ut eligatur
tempus in quo licet opus illud exercere.
abstinendū. n. est ab illo ope tempore
menstruorum. leu. xvi. Si coierit uir cum
muliere tempore sanguinis menstrualis
immundus erit. et eidem xviij. Ad mulie-
rem que patitur menstrua nō accedes.
et dicit aug. quod tunc abstinendū est
ab illo ope propter prolis corruptionē. et Jero.
dicit quod tunc concipiuntur membris
dampnati. ceci. claudi. leprosi. Item
tempore sacro. aug. per dies processiones et
ieiuniorum aliquorum nō licet conuenire. quia
et alicuius abstinendum sit. ut fa-
cilius impetrari possit quod postulatur.
Item tempore quo uxor grauida est. unde ele-
phas pregnantem feminā nō tan-
git. ut legitur in libro de natura
animalium. ¶ Undecimū est ut locus
satis caueatur. nō. n. exercendum est
illud opus in loco sacro. De temperantia
secundum uisum auditū et olfactum

Dicto de temperantia delectatio-
num que sunt secundum gustū et tactū.
Dicendum est de temperantia quod est
secundum uisum et auditum et olphatū.
Et notandum quod cum uisus in omnibus anima-
libus sit supra auditum. et sub uisu ol-
phatus. ut legitur in libro de natura
animalium. periculosior esse uidetur uisus
nō refrenatus quam auditus. et auditus
quam olfactus. Unde scriptura multū

suadet refrenationē uisus. eccl. ix. Ne
respicias mulierē multiuolam. Item eod.
uirginē ne conspicias. Item noli circumspi-
cere in uicis ciuitatum. et item. Ne cir-
cumspicias speciem alienam. eod. xxv. Ne re-
spicias mulieres speciem. et Job. Ne respicias
ad mulierem alieni uiri. causas quare
sit periculosus. require in tractatu de lu-
xuria. capitulo de aspectu mulierū. De re-
frenatione uisus et auditus habetur ysa. xxxiij.
Qui obturat aures suas ne audiat
sanguinē. et claudit oculos suos ne
uideat malum. iste in excelsis habita-
bit. Visus et auditus hoc uidentur curiosita-
tem quasi insatiabilem. eccles. i. Non satia-
tur oculus uisu nec auris auditu impletur.
Greg. Grauis curiositatis est uiciū que
dum cuilibet mentem ad inuestigan-
dam uitā proximi exterius ducit. semper ei sua
intima abscondit. ut aliena sciens se
nesciat. Idem. curiosi animus quanto
peritus fuerit alieni meriti. tanto fit
ignarus sui. Et nota quod auditus a multis
est temperandus. ¶ Primo a musicis in-
strumentis. Job xxi. tenent tympanum et
cytharam. et gaudent ad sonitum or-
gani. ducunt in bonis dies suos et in
puncto ad inferna descendunt. ysa. v.
Cythara et lyra et tympanum et tibia et
uinum in conuiuijs uestris et opus domini
nō respicitis. antigonus alexander et pe-
dagogus cytharam ei fregit. adiciens
quod dicens. etati tue regnare conuenit
pudeatque in corpore regni uoluptatem
luxurie dñari. ¶ Secundo a lasciuo can-
tu uel colloquio mulierum. unde eccl.
dicitur de saltatrice. ne audias illam
forte peras in efficacia illius. et item
dicitur de muliere aliena. colloquium
quasi ignis exardescit. ¶ Tercio a tu-

mulis prium. ecci. xxviii. Sepi aures tuas
spinis, et noli audire linguam detrahen
tem. Quarto a bonis operis, quas adula
tores solent hominibus ad memoriam
reducere. seu. Sic commendans es adulatio
nes caute. sicut et tam turpe lauda
ri a turpibus quam sit laudari ob turpia.
Jero. difficillimum opus continentie
est assentationes adulatorum repellere. quorum
sermones animum quadam voluptate
dissolvunt. Quinto a suavitate spi
ritus. gg. dicitur blanda vox queritur
libera vita defertur. Olfactus est
temperandus et a suavitate odorum. cum
scriptum sit. ysa. iii. erit pro suavi odo
re fetor. Una pena infernalis erit
fetor sulphuris. In ps. Ignis sulphur
et spiritus procellarum. ysa. xxx. flatus domini quasi
torrens sulphuris. succendens eam.
Explicit tractatus deo gratia qui incepit
et complevit amen. Incipit tractatus

Dictum de fortitudine.
est de prudentia et tempe
rantia. Nunc est de fortitu
dine. de qua hoc modo dicetur.
Primo ponentur diverse
acceptiones huius nominis fortitudo. Secundo
diverse descriptiones fortitudinis. Tercio
aliqua pertinentia ad eius commendationem.
Quarto dicetur de hiis que iuvant for
titudinem. Quinto de partibus ipsius.

Distinctio nominis fortitudinis

Circa primum notandum quod nomen fortitu
dinis sumitur quandoque pro fortitudine
corporali. qualis Sanson fuit. Fortitu
do videtur esse potentia facile agendi.
et difficile a contrario patiendi. quandoque sumitur
pro fortitudine animi. et sic sumitur qua
drupliciter. Uno modo generaliter. et secundum hoc
fortitudo reperiri potest in omni vi. et omnis
virtus fortitudinem habet respectu vicii
sibi contrarii. ut continentia et sobrietatem.
prov. ult. Accingit fortitudine lum
bos suos. ad fortitudinem etiam perti
net. in omni opere virtuoso facere ne quid
minus. Alio modo nomen fortitudinis
sumitur large. sicut ad temperantiam genera
lem pertinet facere ne quid nimis. non
tamen ita generaliter sicut prius. et fortitu
do hoc modo attenditur circa difficilia
in passionibus. sive sint exteriores
passiones sive interiores. Exteriores
passiones sunt contumelie. dampna
rerum et molestie corporis. ab alio illa
te. Passiones interiores dicuntur ille
circa quas certamen habet temperantia. ut
sapores gustui et appetitive sensi
bili passiones inferunt. de hiis
passionibus dicit philosophus. quod difficiles
sunt et temperance virtutis. Sic accipitur
fortitudo super illud prov. ult. mulierem
fortem quis inveniet. etc. glo. muli
er fortis ecclesia. que pro amore sponsi pro
spera et adversa contempnit. contemp
nere prospera temperantie est. et Tulli
us in libro de officiis. dicit quod fortis
animus et magnus duabus rebus maxi
me cernitur. quarum una in rerum
externarum despicientia ponitur. altera
res est ut sic ita affectus animo.
ut res gerat magnas et maxime
utiles, sed vehementer arduas et ple
nas laborum et periculorum. et aug. in li.
de li. ar. dicit quod fortitudo est af
fectio anime. qua omnia incommo
da et dampna rerum que in potestate
nostra constituta non sunt contempnuntur. vel
que in potestate nostra constitute sunt.
ea que nobis invitis auferri
possunt. Tercio modo stricte sumitur

R 6[illegible]

p fortitudine. s. que attenditur circa ea
que sunt difficilia in passionibus exteri
oribus. ita quod non comprehendit temperantiam.
et sic sumitur ab aug. in li. de moribus
eccl. Amor inquit ille de quo loquimur
quem tota sanctitate inflammatum esse
convenit videlicet in non appetendis istis.
temperantes et amittendis fortis tunc
nitur. Quarto strictissime sumitur
secundum quod non attenditur circa quodcumque diffi
cile in passionibus exterioribus. sed tantum
circa exteriores passiones. que corpori
infliguntur. et non extendit se ad dam
na rerum. sic vir. arist. sumitur fortitu
dinis methica. Descriptio fortitu

Circa secundum notandum quod fortitudo dinis.
sic describitur ab aug. in li. de
moribus eccle. fortitudo est amor fa
cile omnia tollerans propter id quod amatur.
Sed videtur hec descriptio non solum
convenire fortitudini sed etiam fidei. spei
caritati. et timori. De fide enim legitur.
i. pe. vlt. cui resistite fortes in fide.
glo. que est tanquam murus. De spe
heb. vi. fortissimum solatium habemus
qui confugimus ad tenendam propo
sitam spem etc. glo. quod nos in omni
adversitate fortes facit volentes ad
horam pati ut mereamur regnare.
De caritate. i. cor. xiii. dicitur quod omnia suf
fert. cant. vlt. fortis est ut mors di
lectio. De timore. iob. iiii. Ubi est timor
tuus. ubi fortitudo tua. glo. hic alias vir
tutes congruo ordine ponit. sicut
in vita seculi audacia fortitudinem. ti
mor debilitatem parit. Ita in vita dei
timor fortitudinem. Ad hoc dicendum
est quod fides. et spes et caritas et ti
mor aliter faciunt aliquem fortem
ad aggrediendum terribilia. vel

sustinendum difficilia. et aliter fortitudo que
acta est illi proprie sunt a fortitudine origi
nali. et fortitudo facit fortem ad aggre
diendum terribilia et sustinendum diffi
cilia. Predicta non fortem faciunt eo modo quo
accidit in certamine mundano. quibus
unum quod ponitur in medium certantibus
dum videtur ab eis. et separatur hostis a con
sideratione. mortuum est. ut virilius certent.
Sic premium eternum dum per fidem aspicitur
et per spem speratur. et per caritatem desideratur.
hominem excitat ut fortius certet. timor
et filiales sive castus. cuius causa est amor
dum timet separari a deo. quanto amat quanto
hoc ipso plus deo coniungitur. et firmius ei
adheret. fortitudo est sic describitur super
illud ch. xiiii. Erant .iiii. milia hominum
qui manducaverant. glo. fortitudo est
firmitas animi contra molestias secula
res. Tullius in prima rethorica sic eam descri
bit. fortitudo est considerata periculorum
susceptio. et laborum perpessio. Idem in secunda
rethorica. fortitudo est magnarum rerum
appetitio et humilium contemptio et cum
ratione utilitatis laborum perpessio. Item for
titudo est rationalis aggressio terribilium
cum constanti eorum perpessione. macrobius.
fortitudinis est animum supra periculum
metum agere. nichilque nisi turpia timere.
vel prospera vel adversa fortiter tole
rare. arist. fortitudo est virtus difficil
lium operum in passionibus operativa gratia boni.
et loquitur arist. de passionibus sive mo
libus exterioribus. Commendatio fortitudinis

Sequitur de hiis que pertinent ad com
mendationem fortitudinis. Sed quod pertinet
ad commendationem fortitudinis. primum
valere potest frequens admonitio quam
scriptura sacra facit de ipsa. Jos. i. con
fortare et esto robustus. Similiter

deut. xxxi. et iii. re. ii. et dan. x. Item tho.
iiii. forti animo esto fili. eidem vii. Se-
cundo quia virtus fortitudinis plus videtur
necessitatis ceteris virtutibus. Unde
omnes virtutes antiquitus sunt solum for-
titudinis vocate, ut ait tullius. Tercio quia hec
virtus multum competit statui in quo
sumus. mundus enim iste locus est laboris et
certaminis. Ideo in vita presenti valde
necessaria est nobis fortitudo. gal. vi. Dum
tempus habemus operemur bonum ad omnes.
eccles. ix. Quodcumque potest facere manus
tua instanter operare. quia nec opus nec
ratio nec scientia nec sapientia erunt apud inferos
quo tu properas. Sed in mundo isto quasi in sta-
dio certaminis positi sumus. eccles. iii.
tempus belli et tempus pacis. tempus belli in presen-
ti est. milicia enim est vita hominis super ter-
ram. Job vii. Unde illa pars ecclesie que in
terris est militans ecclesia vocatur. Que
fortitudine debet esse induta in presenti.
prov. ult. fortitudo et decor indumentum
eius. ysa. lii. Induere fortitudine tua
syon. Si sine fortitudine sit necesse habet su-
perare hostes suos. tamquam inhermis. tren.
i. Abierunt absque fortitudine ante faciem
subsequentis. Virtus fortitudinis inesti-
mabilis est. totus mundus cum uni-
verso non posset emere unum hominem in quo esset
vera fortitudo animi. Seneca. Facilius est
gentem unam quam unum vincere sine
fortitudine animi. quia nichil est forti-
tudo corporis. eccles. ix. Verti me ad aliud
vidique sub sole nec velocium esse cursum
nec fortium bellum. ysa. v. et eidem xxx.
erit vobis fortitudo pharaonis in confu-
sionem. Virtus fortitudinis dominum leti-
ficat. Neem. viii. Gaudium enim est for-
titudo vestra. de hostibus triumphat. ii. Reg.
xxii. Accinxisti me fortitudine ad pre-
lium. incurvasti resistentes mihi subtus
me. hominum bona sua servat. luc. xi.
Cum fortis armatus custodit atrium
suum in pace sunt omnia que possidet.
Item hominem ditat. prov. x. Egestatem
operata est manus remissa. manus autem for-
tium divitias parat. eidem xi. robusti
habebunt divitias. et xxi. cogitationes
robusti semper in habundantia. omnis
autem piger semper in egestate est. Iterum
hominem glorificat. sicut ignavia hominem
vilificat. prov. xii. manus fortium domina-
bitur. que autem remissa est tributis
serviet. Ipsa et regnum celorum viol-
ter occupat. math. xi. regnum celorum vim
patitur et violenti rapiunt illud.

xii. que iuvant fortitudinem.

Sequitur de hiis que iuvant for-
titudinem. que videntur xii. esse.
Primo iuvat eam maiorum exhortatio
deut. xx. appropinquante iam prelio sta-
bit sacerdos ante aciem et sic loquetur
ad populum. Audi israel. vos hodie contra
inimicos vestros pugnam committitis.
Non pertimescat cor vestrum et cetera. Et i. ma-
ch. ult. legitur de machabeo quod ar-
mavit socios suos non clipei et haste
munitione. sed sermonibus optimis et
exhortationibus. et in eodem. exhortati
itaque inde sermonibus bonis valde sta-
tuerunt dimicare et confligere fortiter.
Secundo exempla robustorum. Unde ii. ma-
ch. vi. hoc modo vita decessit eleazarus
memoriam mortis sue exemplum
virtutis et fortitudinis derelinquens.
Tercio exercitatio. Unde ad fines de vir-
te dei. Rusticus duros habet nervos.
fortes lacertos. exercitatio hoc
facit. si non corpore mollescit. volun-
tas facit usum. usus exercitium.

exercituum uires in omni labore suo sub
ministrat. Quarto fides. mercedem
fortium operum ostendendo. ij. paral. xv.
Confortamini et non dissoluentur manus
uestre. erit enim merces operi uestro. Quin
to timor. prouerbiorum xiiij. In timore domini fidu
cia fortitudinis. timor illud expellit
quod uel solum uel maxime timendum
est. scilicet peccatum. eccli. i. timor domini expellit
peccatum. ideo merito hominem reddit secu
rum. Item timor facit hominem preca
uere. i. quod ualet ad fortitudinem. Job
xvi. mundus manibus addet fortitu
dinem. Quinto. timor facit hominem in se
deficere. ideo in deo roborari. B. in ser
monibus. utilis pressis infirmitas.
que medici manum requirit et sala
briter a se deficit. quem perficit deus.
Idem super cant. O optanda infirmitas
que christi uirtute compensatur. quis
dabit mihi non solum infirmari sed pe
nitus destitui. et deficere a me met
ipso. ut per dominum uirtutum stabilar.
Sexto. spes. ysa. xxx. In silentio et
spe erit fortitudo uestra. spes fortem
efficit omnipotenti innitendo.
phil. iiij. omnia possum in eo. qui me
confortat. Septimo. caritas. et hoc
dupliciter. Vno modo in adiutorium proximi
tendo. prouerbiorum xviij. frater qui adiuua
tur a fratre. quasi ciuitas firma. eccles.
iiij. melius est duos esse simul quam
unum. habent enim emolumentum soci
etatis sue. si unus ceciderit. ab al
tero fulcietur. et in eodem. Si quis pre
ualuerit contra unum. duo resistent
ei. Secundo modo in ueritati adherendo.
gregorius in moralibus. Qui ueritati inhe
ret uanitati nullo modo succumbat.
quamdiu forti pede cogitationis int
entionem fixerit. omne quod foras
mirabiliter agitur. ad arcem mentis
minime pertingit. Octauo. sapientia. prouerbiorum
xxiiij. Vir sapiens fortis est. et uir ro
bustus et doctus et cetera. gregorius in moralibus.
ualde fortitudo destituitur nisi per consi
lium fulciatur. Nono. temperantia que
in prosperis seruatur. gregorius in moralibus.
Nulla aduersitas deicit. quem prosperitas
nulla corrumpit. Idem. in hac uita qui
nulla prospera appetit. nulla aduersa per
timescit. primum pertinet ad temperantiam.
secundum ad fortitudinem. Decimo. disci
plina corporis que hostem domesticum
debilitat. B. quid mirum si hoste de
bilitato. tu fortior efficieris. Unde
cimo ecclesia. prouerbiorum xxi. Victoriam et honorem
acquiret. qui dat munera. eccli. xxix.
dicitur de elemosina. Super scutum potentis et su
per lanceam aduersus inimicum tuum
pugnabit. Duodecimo. oratio. que mul
tum ualet ad fortitudinem. de celo enim
fortitudo est. i. mach. iij. exo. xvij. cum
leuaret manus moyses uincebat israel.

Sequitur de Diuisio fortitudinis

Partibus fortitudinis. Nota quod tullius
in prima rethorica. iiij. partes eius as
signat. scilicet magnificentiam. fiduciam.
pacientiam. perseuerantiam. macrobius uero
septem partes eius tangit. magnanimi
tatem. fiduciam. securitatem. magni
ficentiam. constantiam. tolerantiam.
firmitatem. Quidam uero vi. partes for
titudinis assignant. magnanimitatem. fidu
ciam. securitatem. pacientiam. constantiam
magnificentiam. et satis conuenienter
uidentur posse poni hee sex partes forti
tudinis. fortitudo enim debilitatem ani
mi expellit. et magnitudinem animi
efficit. quod debilitatem expellat. patet

Et hoc quod fortitudo debilitati opponitur.
quod magnitudinem animi efficiat. patet
et hoc quod fortitudo dicitur magnanimitas.
Seneca in libro de .iiii. virtutibus prin
cipalibus. Triplex autem est debilitas ani
mi. Prima est nimia passibilitas a ma
lo futuro. que timiditas vocari potest.
de qua dissuadetur. eccl. vii. Noli esse pusilla
nimis in animo tuo. et reprehenditur. Mat.
viii. quid timidi estis modice fidei?
Secunda est nimia passibilitas a malo
presenti. que est quedam teneritudo
vel mollities. cuius signum est facile
condolere. et infirmitas est in quibusdam.
qui conqueruntur secundum dicere agi. Ut
dicta verba dicit. Tercia est insta
bilitas. que similis est debilitati vir
ge flexibilis. que de facili in omnem partem
flectitur. contra has tres infirmita
tes sunt tres partes fortitudinis. securi
tas contra timiditatem. pacientia contra teneri
tudinem. constantia contra instabilitatem.
Fortitudo in quantum animi magnitudi
nem efficit tres habet partes. Ipsa enim quantum
ad actus suos. habet principium. medium.
et finem. quantum ad principium pertinet
quedam magnanimitas que est conabilis
aggressio terribilium. quantum ad medium
fiducia. que est certa spes perducendi ad fi
nem quod inchoatum est. quantum ad fi
nem magnificentia que est recta que ge
runtur. felix consummatio. Inter has
partes fortitudinis. Primo de securi
tate prosequimur que est timiditati con
traria. ar. in etica. fortes et timid
... et describitur sic. Securitas est habitus
quem invenientes in commoditatibus
inchoare et fines non formidant et
inchoatam. hec descriptio securitatem
a timiditate. que est post rei incho

acionem. Securitas commendatur nobis
in leone. pro. xxviii. Iustus autem leo con
fidens absque terrore erit. eidem xxx.
leo fortissimus bestiarum ad nullius
pavebit occursum. Et ideo quod secundum
philosophum. que congregata sunt in homine
secundum rationem dispersa sunt in brutis
secundum naturam. ut castitas in elephan
te. liberalitas in leone. Unde dicitur in libro
de natura animalium. quod vulpes sequitur
leonem. quia est animal communicati
vum prede. Mansuetudo vero in agno.
ysa. liii. Quasi agnus coram tondente
se obmutescet. Modestia relucet
in columba. Ie. xxv. Facta est terra in
desolationem a facie columbe. et a
facie ire furoris domini. glo. greg. quod in
deo nulla furoris inequalitas re
peritur. Furorem domini iram columbe
vocavit. ut enim divine distric
tionis ingruit babilonem destructionis
ret. et iram dixit et columbe. Securi
tas consilium habet cum timore. Se
curitatis officium est. contra adversa fortu
ne solacium dare. de quibus solaciis
agit Sen. in li. de remediis fortuitorum.
de cuius verbis pauca ponam. Morie
ris inquit. et reddes. hac condicione
intravi ut exirem. Morieris. genti
um lex est. quod acceperis reddere. Mo
rieris. peregrinatio est vita. cum mul
tum ambulaveris domum redeundum
est. Item morieris. Stultum est timere
quod vitare non possis. Illud non effugit
et qui distulit. Morieris. nec primus
nec ultimus. omnes te antecesserunt.
omnes te sequentur. Item peregre mori
eris. Ego quod debeo solvere parum sed.
videat feneratur quo me appellet.
Item iuvenis morieris. optimum

contra morte

est antequam optes mori. optimum est
mori cum iuuat uiuere. Iuuenis mo
riar: fortassis alicui malo te seducit
fortuna. et si nulli alii. certe saltem
senectuti. insepultus iacebis. quid aliud
respondeam. quam virgilianum. illud fa
cilis iactura sepulcri. si nichil sentio
non pertinet ad me iactura corporis insepul
ti. Si sentio. omnis sepultura tormen
tum est. quid interest ignis an fera me
consumat. Ante tempus omnium ultima
sepultura non defunctorum cura. sed viuorum
inuenta est sepultura ut corpora et vi
su feda et odore commouerent. Idem in
libro de naturalibus questionibus. Nichil
refert quam interim mors ueniat. quod
a nobis petit minimum est. hic senectus
a nobis ablatura est. hoc auricule
dolor. hoc humores corrupti. hic sudan
tia. pusilla res est hominis uita. sed in
gens res est contemptus uite. hanc
qui contempserit. securus uidebit ma
ria turbari. Illa inferorum regna rete
gantur. stabit super illam uoraginem
intrepidus. et quo fortasse debebit
cadere prosiliet. quid ad me quam mag
na sint quibus pereo. ipsum perire non mag
num. si uolumus tranquille degere
anima in expedito est habenda. siue il
lam insidie siue morbi petant. Idem
in eodem. Nichil interest utrum me
lapis unus elidat. an toto monte
premar. Item egregie uagellius. si ca
dendum michi est. e celo cecidisse
se uellem. ¶ Contra timorem mortis
possunt ualere .xii. solacia que ex di
uersis scripturis colliguntur. ¶ Pri
mum est quod ipsa hostem nostrum famili
arem occidit. scilicet corpus. gal. v. caro
concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus

sus carnem. Sapiens. Nulla pestis ef
ficacior est ad nocendum quam famili
aris inimicus. Secundum est quod ostium
nobis efficitur in carcere in mundo in
quo capti detinemur. corporis. unde psalmus secundum
aliam litteram. educ de carcere animam
meam. Sed sunt quidam adeo assue
ti ferre huius carceris. ut nichil timeant
tamen in hoc carcere quantum ostium ad
exitum. sere et repagula ab incarceratis
adeo solent haberi. et non libenter exire. ¶ Ter
tium est quod nos expedit ab onere cor
poris temptationibus pleni. sap. ix. corpus
quod corrumpitur aggrauat animam. ¶ Quar
tum est quod finem imponit peregrinationi
laboriose et amaritudinibus plene
ggr. Quid est uita mortalis si non
quale sit fines mei prepediti in uia
lassari. et uiam nolle finiri. Idem. uita
presens laboribus plena est cum luctu
gitur. et cum lacrimis dimittitur
eccl. xxx. melior est mors quam uita ama
ra. ¶ Quintum est quod leuium equum
omni genere uiciorum uiciosum. nobis occi
dendo. dextrarium optimum nobis restitui
facit. equus uero suus corpus est. ab hoc
equo expediri desiderabat paulus.
ro. vii. Infelix ego homo quis me libe
rabit de corpore mortis huius. Tribus de
causis timet miles equum suum amit
tere. uel quod non est securus de emenda.
uel quod timet capi equo amisso. uel
propter equi bonitatem. Nulla non harum
causarum est in casu proposito. securus enim
est de emenda seruus dei. ambrosius ait
non timeo quod bonum dominum habeo. et ii. mac.
vii. dicit unus de vii. fratribus. bonum
memorie e celo inquit ista possideo
sed propter legem dei ista despicio. quia me
recepturum spero. Non timet et secu

dei capi equo amisso. tanto n de manib(us)
hostium liberat(us) est. ps. laqueus contrit(us)
est et nos liberati sumus. equus iste
est adeo uiciosus. ut optandu(m) sit sessori
qui ab eo expediri. ¶ Sextum est plen
itudo uite periculum. mors portus est periclo
se nauigātōis in mari huius mundi. unde
verbum b. Periculum probat inseuientis
aretas. et peruigilantium multitudo. In una
ex marsilie. de .iiij. nauib(us) una periit una.
In mari huius mundi de .iiij. animalib(us) uix
euadit una. ¶ Septimum est mortis ne
cessitas. Sen. Nullus est innictorior hostis
quam quem audaciam augustie faciunt. pa
ra conantur. animus magni aut proditor
ingenii nos cupimus ad mortem prodire.
sumus. omnes veseruiam ad mortem
ducere. sed de die certam. sine contemp
tus enim. qui inter morituros con
stitutus beneficii loco peteret ultimum
mori. Idem factum magni estimandu(m)
dulus mori. Id. in li. de naturalibus
questib(us). Nullum magis solacium mortis
quam ipsa mortalitas. ¶ Octauum est mo
rtis communitas. Sen. Quid times
quando expectes. Id. cotidie morimur.
quando aliqua pars uite demitur. et tunc
cum crescimus uita decrescit. ¶ No
num est mortis propinquitas. ecclesi. si gra
tia post modicum morituri sumus.
tamen modicum. In eam dei cum gratia
mutuum. ut fiat uoluntarium. quod futu
rum est necessarium. Sen. Nemo tam timidus
qui malit semper pendere quam semel
cadere. Id. certas sub nauigatione sola
tias minimum esse quo morte uita di
uiditur. in omni loco eque tenue est in
tervallum est. nam ubique se mors tam prope
ostendit. ubique tam prope est. ¶ Decimum
est mors christi. heb. xii. curramus ad

propositum certamen aspicientes in actorem
fidei. et consummatorem ihesum. qui p
posito sibi gaudio sustinuit crucem.
aug. magna consolatio est membris a
capite. quod christus qui est sapientia dei patris,
gaudium mundi fugit. et ad mortem
uoluntarie uenit. certissimum argu
mentum est quod mors seruis dei tuunda
non sit. ¶ Undecimum est amantissimi
et sapientissimi patris potestas. hoc so
lacium adhibuit dominus discipulis suis
dicens eis. post suam resurrectionem
data est michi potestas in celo et in terra.
math. ult. magna consolatio est filiis dei.
quod persecutori est uirga in manu patris eorum.
patris inquam mirabiliter. cuius sapientiam nichil
latere potest. cuius potentiam nichil potest
superare. unde uerisimile est quod persecutor
non affliget filios eius nisi quantum pa
ter uiderit eis expedire. ysa. x. Uirga
furoris mei assur. math. x. nonne duo pas
seres asse ueneunt et unus ex illis non
cadet super terram sine patre uestro. ¶ Duo
decimum est sequens immortalitas.
tullius. Non est lugenda mors quam immor
talitas consequatur. eccles. vii. melior est
dies mortis die natiuitatis duabus
de causis, melior est seruis dei dies
mortis die natiuitatis. Una est quod
mors est egressus a miseria melior
quam ingressus in miseria. sapiens.
mors bona. si non est finis. tamen illa ma
lorum est. Sen. mors malorum omnium
remedium est. Secunda est quod mors est
porta glorie seruis dei. ipsa est inchoatio
beate uite. unde est natiuitas nobi
lior quam sit natiuitas secundum corpus.
unde transitus sanctorum natale eorum uocatur
ab ecclesia. ps. preciosa in conspectu domini
mors sanctorum eius. uere preciosa quia est

regni eorum perium. Sequitur de quibusdam
aliis solatiis que tangit Sen. in li. de
remediis fortuitorum. exulabis. et cre-
des patria est ubicumque bene es illud
autem bene es, per quod in homine non in lo
co est. si sapiens est peregrinatur. si
stultus exulat. dolor imminet. si
exiguus. feramus. levis est patientia. si
gravis est. feramus. non levis est gloria. du
ra res est dolor. immo tu mollis. non
sum potens. gaude. iniuriam facere
non poteris. pecuniam perdidi. fortasse
te illa perdidisset o te felicem. sicut
illa avaritiam perdidisti. sed si ma
net illa apud te est tamen felicior. quod
tanto malo subducta est materia.
Pecuniam perdidisti. et illa quam multos.
eris nunc in via expeditior. domi tuti
or. exhonoravit te fortuna si intelligis.
et timore posuit loco dampnum putas
remedium est pecuniam perdidi. ne pe
quam tu heres. alius ante perdiderat
oculos perdidi. quam multis cupiditati
bus via incisa est. Oculi irritamenta
sunt vitiorum. duces scelerum. amisi
liberos. Stultus es qui fles mortem
mortalium. perire perierunt. habebant
illi eventus eorum magis quam tu. edu
catos et illos mandaverat. recepit
illos non abstulit. naufragium feci.
cogita non quod perdideris sed quod evaseris.
Nudus exii. sed exulti. omnia perdidi. sed
cum omnibus perire potuisti. in latrones
incidisti. noli conqueri quod incideris.
gaude quod effugeris. amicum perdidisti.
alium quere. et ibi eum queras ubi
invenias. quere inter liberales artes
inter honesta et recta officia. quere in la
boribus ad mensam. res ista non queritur.
perdidisti amicum. fortem animum habe.

si unum erubesce. si amicum. quid tu
in tanta tempestate ad unam anchoram
stabas. bonam uxorem amisisti.
invenies si nichil queris nisi bonam uxorem.
sed bona non potest reparari. non
uxor ad veniendum bonum est non est in
illa que semel amicumque contingunt
multos mutare possum quibus bonam
uxorem lugentibus contigit melior.
Contra alia huius mundi huiusmodi
consolatur scriptura sacra et spiritus
doctrina salvatoris. qui ad consolan-
dum miseros in mundum istum venit.
ysa. lxi. Ad annuntiandum mansuetis
misit me et cetera. ut consolarer omnes
lugentes. de consolationibus eius ha
mt. v. et x. et luc. vi. Securitas munda
narum timorem expellit. et quemadmodum
dicit Sen. in epistolis. flos ad plenitudinem
non aptatur. sed cogitationes in longinquum
premittunt. itaque prudentia magnum
bonum conditionis humane in ma
lum versa est. fere pericula videntes
fugiunt. cum effugere securi sint. nos
et venturo torquemur. et preterito. multa
bona nostra vitio nostro nobis nocent. ti
moris tormentum memoria reducit.
prudentia anticipat. Nemo tamen presen
tibus miser est. Item. plura sunt que
nos terrent quam que premunt. et sepius
opinione quam re laboramus. Illud tibi pre
cipio ne sis miser ante tempus. cum illa que
velut imminentia expavisti. forsitan
sis numquam ventura sint. quedam
magis torquent quam debeant. quedam
minus ante torquent quam debeant. Re
respice an certa argumenta sint fu
turi mali. plerumque suspicionibus
laboramus. et illudit nobis illa que
conficere bellum solet fama.

-no arguunt illa que nos in metum
adducunt nec excitant. Si trepidam
sic vitamus terga. quadam odium ille
nos pulsus motus. fuga pecorum fu
gavit castris. aut quos aliqua fabu
sine actore sparsa. contriuit. nescio
quo modo vana magis conturbant. vera n.
modum hnt. quam multa expectata nu
quam comparuerunt. Et si futurum est quid
tuum dolori suo. occurrere satis cito
dolebis. Interim tu meliora promitte. Id.
metum tempora. Aliis dicat fortas
se veniat. tu dic quid si veniet? Vi
debimus utrum veniat. fortasse pro me
veniat. et mors ista vitam honestabit.
Timore inordinatum multum valet
Sapientia attingit n. a fine usque ad finem
fortiter et disponit omnia suaviter. Sap.
In contrario est de stulticia. Sen. Stul
ticia nichil paratum ht. ad omnia pa
vescit reperitur auxilio. ⁋ Et no
ta securitas commendabilis. et est
securitas reprehensibilis. De securitate
commendabili dr. pv. xv. Secura mens
quasi iuge convivium. gg. in mor. Quod co
tidiano refectionis est tranquillitas
securitatis. Id. Quisque ad vite perpetua
tendit. prius quam vite eterne pertinet
gaudia. hic iam intima securitate in
cum securitatis degustat. Securi
tas videtur esse sequela virtutum.
gg. in mor. Dum virtutes sua leu
tem pariunt. quandam et securitatem
requirunt. Ad securitatem primo valet
puritas consciencie. consciencia pura nimio
nunc est. cum a peccato purgata sit. ipse
solum vel maxime tenendum est.
Consciencia secura. b. pura consciencia. o mors
tua secura. ubi absque formidine mors
expectatur. immo exoptatur cum dulcedine.

et excipitur cum devotione. Secundo dimittur
nitas penitencie. gg. In penitente cum longa
meroris anxietate fuit formido, con
sumpta. quadam tam de presumptione
venie securitas nascitur. Tercio est
tempus boni transitorii. gg. in moral.
vita securitas cordis. aliena non querere.
aug. in li. de li. ar. Nemo securus in his
bonis que potest invitus amittere. vir
tutem autem et sapientiam. Nemo amittit
invitus qui bona transitoria contempnit.
mala pene transitorie non metuit. Sen.
Desine timere. si sperare desieris. Quar
to integer amor interni et eterni boni.
Unde super illud. prov. xxviii. Iustus autem quasi
leo confidens absque terrore erit. dicit
glo. Iusti securitas leoni comparatur.
quia cum quaslibet adversitates insurgere
conspicit. ad mens sue confidentiam
redit. et scit quod vincit. quia illum dili
git quem nemo invitus amittit. Se
curitas reprehensibilis est securitas te
meraria. ut est securitas eorum qui ita
sunt securi in mari huius mundi. dum
adhuc bellum durat. quasi iam triumphum
phasserint. iii. Reg. xx. Ne glorietur accinc
tus eque ut discinctus. b. in sermo
nibus. Nusquam est securitas fratres neque
in celo neque in paradiso. multominus
in mundo. In celo. cecidit angelus sub
presentia divinitatis. adam de paradiso in
loco de celo voluptatis. Iudas in mun
do. de scola salvatoris. aug. in li. conf.
Nemo securus debet esse in vita ista que
tota temptatio nominatur. Jo. in epistolis.
Nulla securitas est vicino serpente
dormire. qui habent hanc securitatem
facile a diabolo vincuntur. Jo. in epistolis.
Timor virtutum custos est. securitas
ad lapsum facilis. Iudicum viii. Nullus

erit ſalus. mirabuntur ad ſecuros. Jero.
Nolo nimis eſſe ſecurus. nimia ſecuritas
nutrix tempeſtas eſt. Greg. in moralibus.
Sepe quem certamen ſue temptationis
ſuperare non valuit. ſua deterius ſecuritas
ſtrauit. et unde ſe premuniit, conſequens ca
dere. inde accepit fortiter ſtare. Idem
Sancti viri ſic de ſpe ſunt certi. ut tamen
ſemper ſint de temptatione ſubiecti. Que
ſecuritas non eſt in ſunt excellentia dona
dei. ut eſt diuina reuelatio. poſſunt
eſſe hominum occaſio ruine. ii. cor. xii.
Ne magnitudo reuelationum extollat
me datus eſt michi et cetera. glo. aug. quando ſe
curus agnus egredietur. vel aries ſic
proſiliari metuit. Greg. In paradiſum du
ctus. et ab angelo ſathane temptaris.
Item ſecuritas reprehenſibilis eſt. ſe
curitas cum negligentia. Greg. in omel.
Plerique pigri remanent ad exercenda
bona perpetua. quia valde ſibi ſecuri
ſunt. quia nulla commiſerunt mala gra
uiora. Idem. in mor. Dum mens ſecura
redditur. in torporem laxatur. Iſidorus. Mater
negligentie. Solet eſſe ſecuritas et cau
ta. Greg. in mor. multis ſepe graue
periculum incauta ſecuritas fuit.
Contra. prouerbiorum xxi. Qui cauet laqueos
ſecurus erit. Greg. in mor. Sepe mens
dum interius ſue ſecuritate reſol
uitur. inſidiante aduerſario inopi
nate culpe telo perforatur. et tanto do
in eternum longe fit. Vnde ei ad tempus
ſine cautele cuſtodia appropinquat.
Item ſecuritas reprehenſibilis eſt eorum
qui pericula futura non preuident.
de ſecuritate talium. iob. xxi. Do
mus eorum ſecure ſunt et pacate et cetera.
ducunt in bonis dies ſuos et in puncto
to ad inferna deſcendunt. de impro

uiſione talium. prouerbiorum xxviii. Viri mali
non cogitant iudicium. de ſecuritate eorum eccleſiaſtes
viii. quia non profertur cito contra malos ſententia
filii hominum abſque timore ullo perpetrant
mala. In eodem. Sunt impii qui ita
ſecuri ſunt quaſi iuſtorum facta habeant. ſe
curitatem cum imprudentia habebat. cui
dictum eſt. ſtulte hac nocte repetent
a te. luce. xii. Iſidorus. illi de quibus. eiuſdem
xvii. edebant et bibebant. uxores du
cebant. et dabantur ad nuptias uſque
in diem qua intrauit noe in archam
et uenit diluuium et perdidit omnes. In
eodem. Similiter factum eſt in diebus loth. edebant
et cetera et pluit ignem et ſulphur de celo
et omnes perdidit. Tales et ſecuritas ſi...
nimis nimis. quibus dominus ait. luce. xix.
et quidem in hac die que ad pacem
tibi nunc autem abſcondita ſunt ab ocu
lis tuis et cetera. et i. theſſ. v. cum dixerint
pax et ſecuritas, tunc repentinus ſuper
ueniet interitus.

De patientia

Sequitur de patientia. de qua hoc or
dine. Primo ponentur deſcriptio
nes eius. Secundo ea que pertinent ad eius
commendationem. tercio agetur de hiis que
iuuant patientiam. ¶ Circa primum ſciendum
quod patientia ſic poteſt deſcribi. patientia eſt [ſe]
nimis malorum illatorum tollerantia. et
poteſt ſumi hec deſcriptio a verbis Greg.
ſuper illud luce. xxi. In patientia veſtra poſſide
bitis animas veſtras. glo. Vera patientia eſt alie
na mala equanimiter perpeti. et contra eum
qui irrogat mala. nullo animi dolo
re moueri. et ſuper illud. iob. Vbi fortitu
do tua patientia tua. et perfectio uiarum tuarum
glo. in fortitudine perficitur. qui mala
aliena in mente tollerat. Deſcribitur
et ſic. patientia eſt uirtus contumeliarum
et omnis aduerſitatis impetus ſuſtinens

tiens; vel sic. patientia est omnium pas-
sionum molestarum aliunde illatarum volun-
taria perpessio. Item sic describitur a tullio
in rethorica. Patientia est honestatis
aut utilitatis causa rerum arduarum et
difficilium voluntaria ac diuturna
perpessio. Ut cum quis pro fide christi potius
eligit mori. quam negando eam salvare
vitam suam. Utilitatis vero causa. ut cum
quis pro salute gregis mori eligit. Volun-
taria vero ideo dicitur. Ostenditur quod qui in-
vitus patitur non habet laudem vel meritum.
Ambrosius i. pe. iiii. Nemo vestrum patiatur. ut
homicida. aut fur. aut maledicus. aut
alienorum appetitor. Si autem ut christianus non
erubescat. diuturna dicitur quod ad veram pa-
tientiam pertinet. ut patiendo perseveret.
Si quis obiciat quod passio exterius
illata non videtur voluntaria esse. et
sic non meritoria. Dicendum quod quedam sunt pas-
siones intrinsecus nate. tamen per expre-
ssionem extrinseci boni vel mali
nate: ut gaudium. spes. timor.
dolor. et hee passiones possunt esse a vo-
luntate eius qui patitur. tanquam a causa
movente, vel non resistente. que in-
ordinate possunt. aug. xiiii. li. de
ci. dei. Cupiditas. leticia. metus.
tristicia. voluntates sunt. recta volun-
tas bonus amor. et perversa. malus est.
amor fugiens quod ei adversatur.
timor est idque si acciderit sentiens.
tristicia est animi dolor. qui tristicia no-
minatur. dissensio est. Quedam vero passio-
nes sunt extrinsecus illate. ut molestie
corporis. vel contumelia verbi. et hee
passiones non sunt voluntarie. a vo-
luntate eius qui patitur. tanquam a causa ef-
ficiente. tamen possunt quodammodo dici vo-
luntarie. a voluntate consentiente.

vel non contradicente. voluntas vero su-
stinendi eas vel recipiendi eas. secundum
quosdam meritoria est et auree et aure-
ole. Si tamen sit coniuncta passioni. alio-
quin non est meritoria aureole. Secundum alios
passio que quodammodo est voluntaria
est meritoria. prout meritorium dicitur. quo
debito fit magis debitum. Dicitur enim
mereri secundum eos multipliciter. Uno modo
impetrare aliquid de congruo. sic
homines merentur aliis gratiam. Alio modo de in-
debito facere debitum. et mereri hoc
non pertinet ad gratiam mediante actu li-
beri arbitrii. Tercio modo mereri est de
debito facere magis debitum. sic meretur
quis actu exteriori. vel passione. Unde
secundum eos martyr ipsa passione me-
retur aureolam. in quantum ex cari-
tate eam suscepit. et non ipsa volunta-
te suscipiendi. Plus enim dicit suscep-
tio voluntaria, quam voluntas sus-
cipiendi. ponit enim actualem passio-
nem et voluntatem circa ipsam suscep-
tionem. tamen forsitan non exigitur quod tunc
sit actu voluntas. sed sufficit quod vo-
luntas illa fuerit. ex qua hec suscep-
tio est voluntaria. dum modo patiens ma-
neat in caritate. distinctio nominis
Et nota quod patientia quandoque large patientie
sumitur. quandoque stricte. Patientia large
est circa omne difficile. et circa omnem
temptationem. Stricte vero est circa pas-
siones extrinsecus illatas. Actus vero
patientie est recipere passionem. ita quod
animus nec succumbat neque vin-
dictam inferentis appetat. Commen-
Sequitur datio patientie.
De commendatione patientie. Nota quod
ad commendationem eius primo facit
frequens ammonitio. quam facit sacra

scriptura. ad pacientiam. eph. iiii. Obsecro
vos in domino ut digne ambuletis. voca
tione qua vocati estis. cum omni hu
militate et pacientia. i thes. v. Patientes
estote ad omnes. i thim. vi. homo dei
sectare pacientiam. heb. xii. per pacientiam cur
ramus ad propositum nobis certamen.
Jac. v. Patientes estote fratres usque ad ad
ventum domini. Secundo quod pacientia valde glo
riose triumphat. ad gloriam triumphi est
facit quod ipsa sine ictu vel repercussione
vincit. non levaret unam festucam ad
hostes feriendos. Sed tela eorum retundit.
et in corda hostium intrat. ps. gladius
eorum intret in corda ipsorum. Persecutoris
gladius in cor eius intrat. quia animam eius
occidit. pacientia vincit homo persecutorem
et demones et seipsum. De persecutori
bus patet in beato vincentio. qui
vincit dacianum. Unde dixit ei. videbis
me plus posse dum torqueor quam
possis ipse qui torques. De demoni
bus non idem patere potest. quos pacientia
martyrum eicit. de dnio huius mun
di. legitur de quodam sene mona
cho heremita. quod cum quidam homo
malo spiritu arreptus eum fortiter in
maxilla percussisset. et senex mox al
teram prebuisset. diabolus statim
recessit. Simile legitur de filia cui
dam primarii demonium habente. quod
cum quidam discipulus senum ve
nisset ad domum in qua erat ipsa
puella a demonio vexata. dedit ei ala
pam et. ille autem prebuit mox et alteram.
demon autem coactus clamavit. quod
violenta mandata dei expelleret
eum inde. et statim curata est puel
la. Pacientia vincit homo seipsum. quod
genus vincendi est rarissimum. est et

nobilissimum. Sen. in li. de naturalibus
questionibus. Innumerabiles sunt qui populos
qui urbes habuerunt in potestate. pau
cissimi qui se. ad gloriam huius triumphi.
Primo facit quod hostes familiarissi
mus eo vincitur. Nulla enim pestis effi
cacior est ad nocendum quam familiaris
inimicus. Secundo quod paciens hostem super
qui tam securus est in arce. difficilius
est non resistere cum tam intra menia
structum. vel arcem. quam si sit extra. Unde
super illud prov. xvi. Melior est vir paciens
viro forti etc. glo. Minor est victoria
urbes expugnare. quod extra sunt que
vincuntur. Tercio. quod qui fortiori
fortior. fortior est in animo forti. Nam
aliquis multas urbes expugnavit
si postea seipsum superavit nobiliorem
triumphus ultimus precedentibus. quia
victor urbium seipsum devincit. Ad
gloriam huius triumphi est facit quod cum
aliis triumphis pugnet homo contra
extra hostem. hic non pugnat nisi contra domesticum.
Pacientia sed imperium regna. pacientia hominem
reddit invincibilem. Unde super illud
iob. vi. Nec est fortitudo mea etc. qui
se vincit. contra omnia fortis est. Unde homo
vere paciens a toto mundo vinci pos
set. Sen. Facilius est gentem unam
quam unum hominem vincere. Idem lo
quens de quodam qui vicit ignem
et duos reges pacientia sua. ego non dubito
quin magis laudem. truncatam illam
manum nimium. quam cuilibet fortissimam
salvam. Stetit hostium flammarumque con
temptor. et manum suam in hostili fo
culo distillantem spectavit donec nu
dum est in invito ignis eripet. Hanc
to maioris puttem. quanto tardius
hostem amissa manu vicisse quam

armata. fecit bellum inermis & mancus
illa manu truncata duos reges uicit. po
maxima uirtutum pacta pugnat
inermis. armatos secundum solet uincere sepe
nos. legitur quod socrates positus in car
cere cum essent qui promitterent eum fu
gere, noluit exire. sed remansit. ut da
retur grauissimarum hostibus metum
ferret. mortis scilicet & carceris. Sed
…mine uidentur gloriari in hijs que sunt
de beato martino legitur quod multociens
dyabolus ei apparuerit in forma humana.
Similiter de beato antonio. cui apparuit
in forma pueri nigri. et in forma et
animalium diuersorum generum. Similiter legitur
de multis aliis sanctis. aug. in sermone.
Premonitos vos esse volo neminem super
terram absque temptatione venturum.
mirum. ut cum forte tollitur aliqua
aliam securius expectet. **Vtilitas temptationis.**

Circa secundum nota quod temptatio vtilis est
ad multa. Primo erudit. eccl. xxxiiii.
Qui non est temptatus quid scit. Item eccl.
qui non est temptatus qualia scit. et tim.
qui non est temptatus pauca recognoscit.
Iudic. iii. Hec sunt gentes quas reliquit
dominus ut in hiis erudiret israel. Secundo
humiliat. greg. Dum vicia nos temptant
florentes in nobis virtutes humi-
liant. Idem. Iob. Sed cum vicium tolerat. ut
humana mens de se humilia sentiat.
dum minima non superat. Tercio negli-
gentiam repellit. glo. super ps. Proba
me domine et tempta me. Idem in moral.
Quod dicit tempta. quod non temptaret neg-
ligentes essemus. Quarto virtutum addi-
scit. multum addicit sibi virtus lacessita.
In vitis patrum dicit abbas quidam

crudia te gula sumitur in flumen. sta-
tim dissoluitur. cocta non. Ita est homo
huius carnalem sapientiam. qui non est
temptationum igne decoctus. Quinto
seruat. greg. Nisi psalmista per tribula-
tiones se melius seruari nosset. non
diceret. proba me domine et tempta me. Idem
in moral. cum per temptationem humi-
litas perficitur. prospera est ipsa aduersitas
que mentem ab elatione custodit. Idem.
cum temptationum vicibus diuina dispen-
satione nobiscum agitur. ne in virtutibus
quibus proficimus extollamur. ii. cor. xii.
Ne magnitudo reuelationum extollat
me etc. greg. in mor. tunc tucius bona
custodimus. cum per dispensationem
dei tolerabiliter temptationes excitantur.
aliquando vicys. aliquando plures. nec tem-
ptatio exterior culpam perficit. quia in-
terior intentio sursum trahit. nec
rursum interior intentio in superbia
eleuat. quia temptatio exterior humi-
liat. sic magno ordine cognoscimus
in interiore profectu quid accepimus. in ex-
teriore defectu quod sumus. Sexto vir-
tutem hominis notificat. deut. xiii. tem-
ptat nos deus noster. ut palam fiat v-
trum diligatis eum an non. Septimo
deum glorificat. ps. eruam te et honori-
ficabis me. Octauo proximum edificat.
thob. ii. Hanc temptationem ideo per-
misit euenire illi. ut posteris daretur
exemplum paciencie illius. Nono ei qui
temptatur in presenti honorem acquirit.
Vnde legitur de beato anthonio quod cum
quadam nocte a demonibus esset lacera-
tus. subito radius quidam lucis et
demones et tenebras effugauit. sta-
timque sanatus. christum presentem intelli-
gens dixit. Vbi eras ihesu bone vbi

e 69

eras. quia a principio non affuisti. ut cura-
res vulnera mea. Et vox ad eum ait.
Anthoni hic eram. sed expectabam vi-
dere certamen tuum. nunc autem quia viri-
liter dimicasti in toto orbe te faciam
nominari. Decimo in futuro coronat.
ii. ad thi. ii. Non coronabitur nisi qui legi-
time certaverit. Et iac. i. Beatus vir qui suffe-
rit temptationem. quia cum probatus
fuerit accipiet coronam vite. Thob. iii.
Hoc habet pro certo. omnis qui colit te. quia
vita eius si in probatione fuerit coro-
nabitur. De modo impugnandi.

Sequitur de modo impugnandi quem
habet temptator. Notandum ergo quod
modi impugnandi quos habet quasi
infiniti sunt. Unde paulinus episcopus au-
gustino. Hostis noster cui mille nocendi
artes tam variis expugnandus est
telis quam impugnat insidiis. Nos
tamen causa brevitatis de paucis dicemus.
Unde quatuor species impugnationis ecclesia
distinguit. loquens de illo verbo psalmi.
Scuto circumdabit te veritas eius non
timebis a timore nocturno. etc. Hiis
verbis sunt quatuor temptationes
quibus undique circumdati necesse habe-
mus scuto domini circumdari. ante et retro.
a dextris. et a sinistris. Timor affli-
ctionis nocturnus est. et plane tene-
brosus. quia abscondit ab oculis. quia
non sunt condigne passiones huius temporis
ad futuram gloriam que revelabitur
in nobis. Sed facile hunc radius ve-
ritatis excludat. ingerit enim oculis
cordis peccata que fecimus. ut etiam
supplicia. nunc etiam premia. nunc ea
que pro nobis pertulit christus. Ergo ad lucem
tam multiplicis veritatis nox reces-
sit. Sed nunc sagittam que in die levius

volat. sed non leve vulnus infligit. Hec
Sagitta vana est gloria quam operantes caute
ferventiores. nec deserant scutum
veritatis. quid enim tam certum vani-
tati. deinde subditur. Primo a sinistris
pulsat dyabolus pusillanimitate. deinde
a dextris humanis laudibus. Si sic non pro-
ficit. dicit. viribus devincere non quo. sed forte
decipere possum aliquo ingenio. prodam.
negotium perambulans in tenebris
est ambitio. subtile malum secretum
virus pestis occulta. doli artifex. ma-
ter ypocrisis. livoris parens. vitiorum
origo. criminum fomes. virtutum eru-
go. tinea sanctitatis. contemptus. ex-
vanam gloriam. quam vana est. forte
sublimius aliquid affectaret. forte ho-
nores. forte divitias. quid si vero
investigat hunc proditorem et nego-
arguit tenebrare. non restat callido
inimico esse eos quos videt omnino
diligere iustitiam et odisse iniqui-
tatem. nisi ut iniquitatem palliet vir-
tutum imagine. quos enim per sanctos bo-
norum amatores. malum eis sub
specie boni vel mediocris. sed perfici sub-
conatur. ut facile quis erret tran-
rat. ii. cor. xi. Ipse sathanas transfigu-
rat se in angelum lucis. Sola au-
veritas est que palliatam detegit
falsitatem. Iuxta verbum beati Ieronimi.
Quatuor inquit has temptationes
in generali statu esse habent. difficile di-
ligens considerator inveniet. Sic
timor nocturnus novellam adhuc
cebat ecclesiam. quando omnis qui occide-
rit servos dei arbitrabatur obsequium
se prestare deo. deinde persecutione cessan-
te. et die reddita. turbavit eam gravi-
ter afflixit sagitta volans quam

aliquit de ecclesia in statu spiritu carens
sic inanis et uolatilis glorie cupidi. et
uolentes sibi facere nomen. linguas su
as magnificando. diuisa et peruersa dogma
ta predicauerunt. At quidem nunc pax
a paganis. pax ab hereticis. sed non pax
a filiis falsis. omnes christiani fere que
sua sunt querunt. non que ihesu christi. ipsa
ecclesiastice dignitatis officia in tur
pem questum et tenebrarum negocia transi
ere. nec in hiis animarum salus sed lu
xus queritur diuiciarum. superest ut iam
reueletur homo peccati filius perditionis.
demonium non tantum diurnum. sed
meridianum. quod non solum transfigurat
se in angelum lucis. sed extollitur super
omne quod dicitur deus. aut quod colitur. nimi
rum insidiatur acrius calcaneo matris
ecclesie. a qua caput suum dolet esse con
tritum. sed ab hoc quoque in cursu. ecclesiam
electorum ueritas liberabit. propter eos breui
ans dies. et demonium meridianum
destruens. illustratione aduentus sui.
Sed uideo quod secundum gregorium in moralibus. iiii. modis
peccatum perpetratur in corde. iiiior. consum
matur in opere. In corde namque sugge
stione. delectatione. consensu. et defensi
onis audacia. perpetratur. Fit enim suggestio
per aduersarium. delectatio per carnem. con
sensus per spiritum. defensionis audacia
per elationem. Unde et illam primi ho
minis rectitudinem antiquus hostis
hiis .iiiior. ictibus fregit. Nam serpens
suasit. eua delectata est. adam consen
sit. qui et requisitus confiteri culpam
per audaciam noluit. Quatuor etiam mo
dis peccatum consummatur in opere. Prius
namque latens culpa agitur. post mo
dum uero ante oculos hominum sine confu
sione reatus aperitur. dehinc in con
suetudinem ducitur. ad extremum quoque
uel falsae spei seductionibus. uel obsti
natione misere desperationis enutritur.
Sed quod diabolus tamquam presumptuosis
libentius suadet id quod temeritatis est
et presumptionis. Unde mulierem temptaue
rat ad hoc ut iudicaret de dictis superio
ris. et de intentione precipientis. dicens.
Cur precepit uobis deus etc. genesis iii.
quorum utrumque temerarium est. Ipse
impugnatoribus suis multum audacia
utitur. Unde mulieri post eius responsio
nem mentitus est dicens. Nequaquam
moriemini. et matthaei iiii. Hec omnia tibi dabo.
si cadens adoraueris me. Jo. viii. Ipse
mendax est et pater eius. cum ipse uult
aliquem decipere in peccatum. ipse promit
tit ei quod cito resurget. ysaias li. dixe
runt anime tue. Incuruare ut tran
seamus. Unde. Noli acquiescere dicenti.
Incuruare ut transeamus. Non est enim
transitus sed te grauiter opprimunt.
hiis non qui sunt in peccato longam uitam
repromittit. que repromissio nequissima
multos perdidit. ecclesiastici xxx. Et nota
quod diabolus quinque modis decipit hominem
qui est in statu penitentie. Suadendo ei ut
honus illud abiciat. Primo inmitten
do exhortationem quod non est exhonera
re. sed leuis honus ingratissimum
comminatio. ut festuce in trabem uel
montem. Unde qui temptatur debet dicere
sic temptanti. si hoc honus depo
suero aliquid sine honere ero. cum
questioni si plene respondere noluit
temptator. dicet. immo ponetur super
te mons. scilicet infernales pena. que
pena grauior est monte. apocalipsis vi.
dicent montibus cadite super nos et
c. bonum est ergo leue honus penitentie

ferre. ut tamen homines possit vitari. apoc.
ii. Non mittam super vos illud pondus
tamen id quod habetis tenete. ¶ Secundo decipit
ea que divisim portanda sunt. simul
ostendendo dicens. quomodo posses hoc por
tare tot annis. cui dicendum est. hodie
cum adiutorio dei portabo hoc. et cras
tandem cum adiutorio dei leviter porta
bo. propter assuetudinem. Sic vero fallit com
positio solvit divisio. Math. sufficit
diei malicia sua. ¶ Tercio decipit iu
ventutem hominis a dei virtute dividendo di
cens. tu debilis es nullo modo posses hoc
portare. cui dicendum est. Si intelli
gis mea virtute sola. verum dicis. quia
dicitur Jo. xv. Sine me nichil potestis facere.
Si non intelligis quod non possum dei vir
tute ad virtutes mentiris. phil. i. Con
fidimus in domino ihesu christo qui incepit
in vobis opus bonum perficiet. eiusdem
iiii. Omnia possum in eo qui me con
fortat. ¶ Quarto decipit spoliati
onem inmittendo exhonerationem. sic
latro qui simplicem scolarem exho
neravit a capa sua. aurum vel lapides
preciosos reputare debes penitentiam. quam
tibi vult dyabolus auferre. Unde debes eum
cavere tamquam spoliatorem rei precio
sissime. apoc. iii. suadeo tibi emere au
rum etc. aurum emere est fructum
penitentie comparare. ¶ Quinto querendo
ponderis diminuere. ad quod gaudium
celeste vero tradendum est. ii. cor. iiii.
Id quod in presenti est momentaneum et
leve tribulationis nostre. supra modum
in sublimitate eternum glorie pondus
operatur in nobis. ¶ Item dyabolus supra pec
tus suum graditur sicut serpens.
qui erectus incedere non super pectus
graditur. adeo enim ausus est dyabolus. quia

ad deum conversi debuit. et in eis pre
qui adeo [illegible]. quia scilicet oculos suos
statuerit declinare in terram. Dani.
dicitur de iniquis iudicibus quod declinave
runt oculos suos ut non viderent celum
neque recordarentur iudiciorum iustorum
dyabolus terram comedit ut dicitur de serpen
te. gen. iii. Amatores enim terrenorum de
vorat. ysa. lxv. Serpenti pulvis pa
nis eius. Job. xviii. Abscondita est in
terra pedica eius. ysa. xxiiii. Laqueus
super te qui habitator es terre. [illegible]
pro. i. quod frustra iacitur rethe ante o
pennatorum. ¶ Item calcaneo insidiatur
gen. iii. calcaneum est pes extremi
pes et infima in corpore. est et a posteri
unde raro ab oculis videtur. et quia
est. et quia ab oculis longe est. dyabolus cal
caneo. id est extreme parti etatis maxime
insidiabitur. In fine enim mundi
tempore antichristi maxima erit tribulatio
ipsius. unde tunc implebitur illud
xl. stringet caudam suam quasi ce
quod dicitur de vehemoth. cum cauda
gitur elevatur. cauda vero vehemoth
stringetur. cum in fine mundi tem
pore elevabitur. Calcaneo et dyabolus insi
diatur. quia in fine uniuscuiusque maxime
nititur hominem vincere. sciens quod si
hominem vicerit. numquam postea eum
vincet. gregorius. sciendum quod plerumque
eis quos cepit. tunc graviores
pas ingerit. cum presentes vitam
minime illos propinquare cognoscit
in et actionis insidiatur dyabolus. gregorius
aliquem nec intentione viciat. nec
itinere supplantat. hoc opus bonum
in fine actionis illaqueat. ¶ Item dyabolus
caneo id est infime parti insidiatur. job
xl. fortitudo eius in lumbis

uirtus eius in umbilico uentris eius.
in eodem. fenum qu[asi] bos comedet. fenu[m]
uocat hoies carnales. omnis. n[am] caro fe
num. ysa. xl. abacuc. i. Jncrassata e[st] es[ca]
eius. dya[bolus]. portis seculorum insidiatur.
Jud[icum]. ix. appropinquans abymelech hostio eg[re]
dien[s] supponere nitebatur. Jt[em] dya[bolus] ex il
la p[ar]te ex qua homo sibi minus cauet
inpugnat, et sic calcaneo insidiatur. ipse cir
cuit si forte inueniat que[m] deuorare pos
sit. Job. i. circuiui terram et perambulaui
eam. i. pe[tri] v. dya[bolus] tanq[ua]m leo rugiens cir
cuit et c[etera]. dya[bolus] oculos et secu[ri]os petit.
ez[echielis] xxxviii. Ascendam ad terram sine muro.
ueniam ad quiescentes h[ab]itantes[que] secu[re].
Job. xl. de[scribitur] de behemoth. circumdabunt
eum salices torrentis. salices torren
tis sunt hoies infructuosi. in aquis
d[eliciar]um plantati qui circa dya[bolum] sunt.
dya[bolus] q[ui] spaciatur cum eis. Judic[um]. xviii.
Nullus erit labor inuolentibus ad securos.
Jt[em] dya[bolus] semina bonorum rapit. sciens il
lud. i. modica fermentes detractio. non
modicum e[st] messis detrimentum. m[athei]. xiii.
Quedam ceciderunt secus uiam et uene
runt uolucres celi et comederunt illa.
Jt[em] ipse in negligentibus seminat zizania.
m[athei]. xiii. cum dormirent homines ue
nit inimicus et superseminauit zizania
in medio tritici. Jn uitis prim[i]
habebat quidam seruus. qui tres sunt an
cille sathane que perdunt uniuersa
Prima est obliuionis. secunda negli
gentie. tercia concupiscentie. Prima gustat
secunda totam. et sic corruit homo.
Jt[em] dya[bolus] unanimes dispergit et sic uinc[it]
qui non colligit mecum dispergit.
Fraudulose incedit. et ideo ualde dif
ficile est precognoscere quo tendit.
P[ro]u[er]b[iorum]. Tria sunt in difficilia et q[uartum]

tum penit[us] ignoro. et uiam illorum
est uia colubri super petram. glo[sa]. dyabolum
colubri uocat. uenenati hostis astucia
que insidiari non desinit quos in per
fidia tutos esse conspicit. Jt[em] dya[bolus] quod
delectabile est proponit. quod molestum
supponit. primo quasi lingit ut postea
pungat. eccles. ix. sicut pisces capiun
tur hamo. et sicut aues capiuntur laq[ue]
o. sic homines capiuntur tempore malo. s[cilicet]
in temptationibus. pisces capiuntur esca
hamo supposita. Jt[em] circa inpugna
tionem diaboli attendenda est impug
nationum uarietas. impugnandi conti
nuitas. impugnatores multitudo. dya[bolus]
uariis impugnationibus impugnat
ut quem non superat una superet altera.
Ut patet. m[athei]. iiii. Jn temptationibus d[omi]ni
continue est impugnat. ut qui tedio
uictus homo succumbat. Gr[egorius]. dya[bolus] as
sidua temptatione nos temptat. ut
saltem tedio uincat. dan[ielis]. iii. non ces
sabant ministri reges succendere
fornacem. Uniuersalis est et eius impug
natio. impugnat. n[am] et diuites et pau
peres et iuuenes et senes. unde dicitur rete
sagena. que est rethe totam aquam oc
cupans. abac. i. totum in hamo sub
leuauit. traxit illud in sagena sua.
Jt[em] in eod[em]. expandit sagenam suam
et semper interficere gentes non cessat. et
licet omnes impugnet. magis tamen eos
qui ad deum conuertuntur. aug[ustinus]. in ser
monibus cotidianis dicimus expi[rime]n
tes eos qui conuersionem deliberant. rep
tari acrius a concupiscencia carnis et
urgeri grauius in operibus luti et lateris.
qui egiptum egredi et pharaonem
effugere moliuntur. Jdeo accedenti
ad seruitutem dei dicitur. eccl[esiastici]. ii. Prepara

animam tuam ad temptationem. Job. xix.
Obsederunt in gyrum tabernaculum
meum. In ps. circumdederunt me sicut
apes. eccl. x. extraxit minutores per gy-
rum. Greg. de diabolo. Illos pulsare
negligit. quos iure quieto possidere
se sentit. Jo. Appropinquante salute ap-
propinquat et temptatio. Greg. In ... mo-
ralibus. lucem vicissitudinis umbra
sequitur temptationis. Idem in eodem.
post lucem estus sequitur. quia post illu-
minationem divini muneris. tempta-
toris certamen augetur. In ps. Domine quid
multiplicati sunt qui trib. me. Sicut a-
liquis dum est captus in carcere unicum
habet custodem vel duos. si vero evaserit
omnes eum insequuntur. Sic dum quis
captus est a diabolo. non tamen eum demo-
nes persequuntur. quantum cum evaserit.
Unde quidam heremita. vidit unum
solum demonem sedentem in porta civi-
tatis et abbatiam. in qua vivebant
quamplures monachi assistebant demones. cum vero
quereret ab angelo ductore quid hoc
esset. respondit. quia in civitate illa omnes
faciunt voluntatem diaboli. sufficit
ibi unus demon. Sed cum in hac abbati-
a omnes sint boni. necesse est ut multi-
tudo unus assistat. ¶ Item magis
impugnat demon eos eos qui praesunt
quam ceteros. i. Reg. xxxi. totum pondus
prelii versum est in Saul. Impugnat
et hominem per complexionem. vel mores,
vel statum ipsius. Unde in ps. Iuxta
iter scandalum posuerunt mihi. demon eos
qui sunt in deserto paupertatis inci-
tat ad iram. vel impatientiam. Unde
temptatio eis talibus est ventus urens.
Deut. viii. dicitur de solitudine in qua
fuerunt filii Israel. quia in ea erat ser-

pens flatu adurens et scorpio et dypsa
et nulle omnino aque. Ier. iv. ventus urens
in viis que sunt in deserto. Exo. x. Ven-
tus urens levavit locustas. et subdit.
et nichil omnino virens relictum est omnino
in terra. Locuste sunt motus superbie
qui postquam in homine religioso invalu-
erunt. nichil viride in eo remanere sinunt.
Ez. xvii. Nonne cum tetigerit eam ven-
tus urens siccabitur. Jone. iiii. Precepit deus
vento calido et urenti. et percussit sol
super caput Jone. et estuabat. Hiis vero
qui sunt in prosperitate suadet dia-
bolus pigritiam. et talibus est temptatio dya-
boli. ut ventus aquilo. eccli. xliii. Fri-
gidus ventus aquilo flavit et gelavit
cristallus ab aqua. Quibusdam vero dyabolus de
prosperitate hoc ad probationem et persecutionem
amicorum suorum suscitat quasi ventum ve-
hementem. ut videatur omnia destruere.
Job. i. ventus vehemens irruit a regi-
one deserti. et concussit iiii. angulos
domus. et Jone. i. misit dominus ventum
magnum in mare. et facta est tempestas
magna. et Math. xviii. motus magnus
factus est in mari. ita ut navicula ope-
riretur fluctibus. ¶ Item demon quosdam impug-
nat aggerem comportando. ut cum
pauperum bonorum procurat ditationem
ut sic mali efficiantur. abac. i. Ipse
super omnem munitionem comportabit
aggerem et capiet eam. ipse de poten-
tibus triumphat adversus potentias
eorum contra ipsos. dum ea abutuntur contra
suas ea utentes. abac. i. Ipse de re-
gibus triumphabit. et tyranni ridiculi
eius erunt. tyranni sunt quemadmodum dia-
boli. dum in subditos sibi deserviunt
sicut et demones servientes sibi torquent.
Item demon invisibiliter impugnat. ut

patet in iob cui abstulit sua et suos. et
afflixit ipsum in propria persona. et si in aliquo
uidetur proficere: in eo intendit impug-
nare. ut patet in uxore iob quam ei reli-
quit. pro quam postea eum impugnauit.
Unde dixit illi uxor sua. cum ipse amisisset
sua et suos. et percussus esset ulcere pessi-
mo. adhuc tu permanes in simplicitate
tua. benedic deo et morere. Iob. ii. Terci-
o est. i. si perseueratis in benedictione tua
nouerit. eccles. vii. Iustus perit in iustitia
sua. malach. iii. Uanus est qui seruit
deo. gg. Dia. duobus modis impugnat.
tribulatione: ut frangat. prosperitate. ut
tollat. Uictus quando de tribulatione re-
currit ad artem qua adam uicit. pro-
pter multos uulneratos deiecit. dicitur de
muliere. ¶ Et dia. illos quos uidet
feruentes ad bonum incitat ad hoc quod
ascendant. ut de alto possit eos precipi-
tare. quod ualde periculosum est et b. sic ait.
Non habet callidus hostis machinamentum
tam efficax ad tollendum de corde dile-
ctionem quam si efficere possit. ut incau-
te et non cum timore ambuletur. eph.
Uidete fratres quomodo caute ambuletis.
i pet. iiii. Nolite peregrinari in feruore
que ad temptationem uobis fit. De modo
Sequitur de modo repugnandi diabolo
repugnandi diabolo. Certus quod
modus conuenientissimus repugnandi
serpenti infernali est. contritio capi-
tis eius. quem modum docet dominus gen.
iii. loquens ad serpentem de muliere
que figuram tenet ecclesie. ipsa conteret
caput tuum. serpens caput pre ceteris
membris custodit. et non est caput nequius
super caput colubri. eccli. xxv. Ideo co-
nari debet homo ad eius contritionem.
Caput autem eius intelligi potest uel

superbia uel principium temptationis. uel
peccatum cordis antequam extra exierit. Con-
tritio capitis. s. superbie nichil ualet
ad triumphandum de diabolo. humilitas
enim ad modum luctatoris construit.
dum uidetur se deicere hostem facit
corruere. ipsa est que euadit laqueos
diaboli. Unde beatus anthonius retulit
se uidisse omnes laqueos inimici super
terram extentos. et cum suspirans dixis-
set. quis hos poterit transire audiuit
uocem dicentem. humilitas sola pertran-
sit. antonii. humilitas gloriam uictorie
totam deo attribuit. et propter hoc totum
pondus prelii eidem imponit. cuius
enim est uictorie gloria. eidem est pugna.
humiles deus iuuat. sicut econtrario super-
bis resistit. iac. iiii. et i. petri v. Ideo non
est mirum si ipsi triumphent. humilitatem
dum quidem in initio. gg. in mor.
Cotidie tela temptationum eius acci-
pimus. sed et nos contra illum iacula mit-
timus. si confossi tribulationibus humi-
lia respondeamus. prouerbia xv. Responsio
mollis frangit iram. Caput est ser-
pentis est contendendum. Poeta. Prin-
cipiis obsta. sero medicina paratur.
cum mala per longas conualuere mo-
ras. gg. in mor. Si temptationi in
corde nascenti festine non resistitur.
hac eadem qua nutritur mora robo-
ratur. in ps. beatus qui tenebit et
allidet paruulos suos ad petram. Di-
abolus quando paruulus est in principio
temptationis. Unde tunc facilius potest
occidi. in morte primogenitorum liberati
sunt filii israel de seruitute pharaonis
exo. xii. Primogenita pharaonis infer-
nalis. sunt principia temptatio-
num quibus si uiriliter resistatur

liberatur homo a diabolo cito. Item
caput serpentis conterendum est. quia
peccatum destruendum est. cum in corde est.
antequam extra per locutionem vel operati
onem processerit. Si cogitatio mala
occurrerit. tam cito pugnandum est
contra eam. et specialiter orando. Gregorius
in omeliis. quanto graviori tumultu co
gitationum carnalium premimur. tanto
orationi debemus insistere ardentius. Non
sumus eradicatores cogitationum
sed luctatores contra eas. ut dixit quidam
senex de antiquis patribus. ut legitur
in vitis patrum. In eodem. dixit quidam
abbas. si cogitationes non habes spem non
habes. quia si cogitationes habes opera habes.
In eodem. Interrogatus abbas pastor
de immundis cogitationibus respon
dit. Numquid gladiabitur securis si
ne eo qui incidit in ipsa. tu ergo non eis
porrigas manus et ociose erunt.
Item cuidam abbati. sicut capsa plena
vestibus. si dimissa fuerit tempore longo
putrescunt vestes in ea. ita sunt
et cogitationes in cordibus nostris. si non
fecerimus eas corporaliter. tempore longo ex
terminantur. et putrescunt. Item ad abba
tem ioseph. Sicut siquis claudat ser
pentem vel scorpionem in vase et
obturet illud. procedente tempore serpens
moritur. ita maligne cogitationes
que studio demonum pullulant.
patientia eius cum minuuntur paulatim
deficiunt. In eodem. quidam frater dixit
abbati silori. quia non recedunt a me temp
tationes. et dixit ei senex. quia vasa
earundem passionum intra te sunt.
hec vasa intelligi possunt tempore concu
piscentie. Redimi eas cogitationes in corde
oriuntur. Ubi enim amor ibi oculus.

Quidam frater interrogavit senem qui
dam. quid faciam quia multe cogitatio
nes sollicitant me. et nescio quomodo
repugnem eis. qui respondit. non repugnes
contra omnes. sed contra unam que caput
est aliarum. Contra immundas cogita
tiones valet confessio, que eas senioribus
patribus manifestat. Unde quidam senior
cuidam impugnato a spiritu fornica
tionis dixit. fili ne abscondas cogita
tiones tuas. ita enim confusus immun
dus spiritus discedit a te. nichil enim confun
dit et allidit virtutem demonum quo
modo si quis secreta immunditiarum cogi
tationum revelaverit sanctis ac beatissimis
patribus. Specialiter expedit ne cogitatio
nes iracundie ad verba procedant.
Unde quidam frater requisivit abbatem ysi
ac. Quare demones eum ita timent.
qui respondit. Ideo timent me de
mones. quia ex quo factus sum mona
chus statui apud me ne iracundia mea
extra guttur meum procederet. Item ideo
quia ad repugnandum diabolo mul
tum valet sapientia. cum ipse astucia
maxime impugnet. Unde dominus diabo
lum temptantem cum paucis verbis
sacre scripture confusum repulit.
Matth. et luc. iiii. Sap. vi. melior est sapien
tia quam vires. eiusdem vii. Sapientiam non
vincit malicia. Eccles. ix. melior est
sapientia quam arma bellica. ysa. xi. Non
occident et non nocebunt in universo
monte sancto meo. quia repleta est terra scientia
domini. Error principium est temptatio
num difficilium. Ideo multum necessaria
est sapientia. multum enim. ut ab errore
caveat. i. Jo. iiii. Nolite omni spiritui
credere. sed probate spiritus si ex deo sint.
ad repugnandum diabolo multum

valet fides. eph. ult. In omnibus sumen-
tes scutum fidei. .i. petr. v. Cui resisti-
te fortes in fide. Fides ostendit mili-
tibus xpi sanguinem eius. ut sic eos ad pre-
lium excitaret et animaret. i. mach. vi.
Elephantis ostenderunt sanguinem
uve et mori. ad acuendos eos in prelium.
apoc. xii. Ipsi vicerunt eum propter sangui-
nem agni. Fides et ostendit eis penam
paratam si victi fuerint. greg. in mor. Sol-
licite invigilandum est ut cum culpa
blandiri inchoat. ad quem interitum
trahatur agnoscat. Item osten-
dit eis coronam paratam si vicerint.
apoc. ii. Vincenti dabo edere de ligno vite.
In eod. Vincenti dabo manna ab-
sconditum. Item ad triumphandum de
diabolo multum valet fiducia in deo.
exo. xiiii. c. Dominus pugnabit pro vobis
et vos tacebitis. numeri xiiii. Dominus nobis-
cum est. nolite timere. ii. paral. xx. Non est vestra
pugna sed dei. In eod. tantum confidenter sta-
te et videbitis auxilium domini super vos. ysa.
xli. Ne timeas quia ego tecum sum. ier.
xx. Dominus mecum est quasi bellator for-
tis. idcirco qui persequuntur me cadent et
infirmi erunt. ro. viii. Si deus pro nobis quis
contra nos. Ad repugnandum et diabolo mul-
tum valet oratio. math. xxvi. Vigilate et orate
ut non intretis in temptationem. Ad idem est illud
ii. pe. ii. novit deus pios de temp-
tatione eripere. et super illud ps. iudica me a et
sanguinem meum. dicit glo. De nulla re ita
[illegible] diabolus sicut de misericordia. ecc. xxix.
... elemosina. super scutum et super lanceam poten-
tis pugnabit pro te adversus inimicum
... homines [illegible] patientes et indigentem
... precibus ... dominus conterere in
... Item ad superandum diabolum multum valet
... domini. ecc. xxxiii. In temptatione deus

timentem se servabit. et liberabit a malis.
In vitis patrum abbas amon dixit cuidam
fratri interroganti ab eo aliquem sermonem.
Vade et fac talem cogitationem tuam qualem
habent qui sunt in carcere. illi enim interrogant
homines ubi est iudex et quando veniet. et in ipsa
expectatione penarum suarum plorant. sic et
monachus debet animam suam obiurgare
dicens. Ve michi quomodo astare habeo ante tri-
bunal xpi. et actuum meorum reddere rationem.
Si sic semper meditatus fueris poteris salvus
esse. Timor domini negligentiam expellit. quia
multos facit currere. eccles. vii. Qui ti-
met deum nichil negligit. timor dei est sol-
licitum hominem reddit. et quasi paratum ad prelium.
i. mach. xii. Precepit ionathas suis vigi-
lare et esse in armis. paratos ad pugnam.
Item timor dei offensam cavet. quod mul-
tum valet ad hoc quod deus hominem iuvet. et sic
de hoste triumphet. deut. xxiii. Quando egres-
sus fueris ad versus hostes tuos ad pug-
nam. custodies te ab omni re mala.
i. cor. ix. Omnis qui in agone contendit
ab omnibus se abstinet. Item timor occasiones
peccandi cavet. ut est familiaritas eorum
qui mala suggerunt. qui sunt quasi alitus
diaboli. Job. xli. Alitus eius prunas
ardere facit. Item occasio mali est aspectus rei
delectabilis. gen. iii. Vidit mulier
lignum quod esset bonum ad vescendum et cetera.
Amor est mundi occasio est. ut quis a diabolo
superetur. Non est mirum si a diabolo capitur
qui voluntarie pedes suos in rethe eius
mittit. Rethia diaboli sunt temporalia ista.
Job. xviii. Immisit in rethe pedes su-
os et in maculis eius ambulat. Sap.
xiiii. Creature dei facte sunt in odium
et in temptationem anime hominum. et musci-
pulam pedibus insipientium. Item ad
superandum diabolum multum valet

constantia. eph. iiii. Nolite locum dare
diabolo. Jac. iiii. Resistite diabolo et fu
giet a vobis. Item ad hoc valet spiritualis
letitia. mach. i. Prelabantur prelium
israel cum letitia. antoni. Unica ratio
vincendi inimicum est letitia spiritualis.
i. Reg. iiii. Dicunt philistim figurantes
mentes demonum. ve nobis non enim fuit
tanta exultatio heri et nudius tertius.
Et nota quod quandoque dyabolus nos impugnat mole
stiis. quandoque deliciis. cum impugnat mo
lestiis non est fugiendum. boni enim fortes et
viriles et fugientes magis gravantur. Jos.
vii. mi domine deus quid dicam. videns is
raelem hostibus suis terga vertentem. Sen.
Quemadmodum est hostis fugientibus.
sic omne fortuitum incommodum magis in
stat cedenti et averso. Salustius. fugien
tes sepius videras capi aut occidi. for
tissimum quemque tutissimum. b. in epistola.
Sola ea qua perdere possis victoriam. fu
ga est. fugiendo poteris illam amittere.
moriendo non potes. Item. si pugnan
do moriaris. quod mortuus mox corona
beris. ve autem tibi. si declinando pugnam
perdes et victoriam simul et coronam.
Idem in epistola. O vere tuta pro christo
et cum christo pugna. in qua nec vulne
ratus nec prostratus nec conculcatus
nec milies si fieri posset occisus. frauda
beris a victoria tamen ne fugias. Idem
libentius te insequitur adversarius fugi
entem quam sustineat repugnantem. Im
pugnatio vero que fit deliciis vincitur
fugiendo. i. cor. vi. fugite fornicatio
nem. Impugnatio per molestias vin
citur patiendo. Illa que fit per delici
as. penitendo virga discipline.
pro. xxiii. si percusseris eum virga non
morietur. Sen. in epistola. Vir bonus

quicquid ei acciderit equo animo sustine
bit. sciet enim hoc accidisse lege divi
na. qua universa procedunt. Idem. Vo
luptates intrant res vilissimas. Proprie
concupiscentia que latronum more in hoc nos
amplectuntur ut strangulent. Et no
ta quod cum habeamus bellum contra astutiores
et fortiores nobis. necessarium est nobis ad
victoriam. Et enumerantur octo adiuvamenta.
Primum est celestis doctrina. in psalmo Be
nedictus dominus deus meus qui docet manus
meas ad prelium. pro. xxiiii. Vir doctus robu
stus et validus. sap. viii. Per sapientiam
in multitudine bonus videbor et in bel
lo fortis. Secundum est divina confor
tatio quod multum valet ad fortitudinem
et ad hoc quod aliquis vincat. sicut dicit
confortatio multum facit ad hoc quod
aliquis vincatur. deut. iii. Corrobora
Josue. atque conforta. dan. x. conforta
re et esto robustus. Tercium est refre
natio hostium. ne tantum nos impugnare
quantum vellent. ut patet in job quod
sathan non poterat ad voluntatem suam
impugnare. donec a deo fuit ei con
cessum. i. cor. x. fidelis est deus qui non
mittet nos temptari supra id quod pote
stis. Quartum est mira dei protectio que
promittitur. ysa. xliii. cum transieris per
aquas tecum ero et flumina non operient te.
sic protecti fuerunt tres pueri in fornace ba
bilonica. dan. iii. Quintum est invali
dum impugnatio. exo. xiiii. fugiamus
israelem. dominus enim pugnat pro eo contra nos.
Sextum est interne virtutis collatio ut
moysi. exo. xxxiiii. et helie. iii. Reg. xix.
data est virtus ieiunandi xl. diebus
sicut etiam virtutes corporales data fuit
sampsoni. Septimum est armorum
mirabilitas quam habent nichil nostra

sic. qualis armatura est pacientia que data
fuit beato laurencio et vincencio. Octa
uum est angelorum custodia quando vocatur sepes.
ysaie v. Auferam sepem eius et erit in
direptionem. angeli sancti demones compescunt.
thobie viii. raphael religavit demonium
in deserto. et iiii. Regum vi. dixit heliseus
ministrum suum. noli timere. plu
res enim nobiscum sunt quam cum illis.

Consequenter Divisiones pacientie.

Exponende sunt divisiones ad pacientiam.
sumitur divisio prima secundum ea a quibus pa
timur. quedam enim patimur ab exteris. que
dam non a notis et tamen inimicis. quedam vero
ab amicis que molestius sustinemus.
Si inimicus meus maledixisset michi et cetera. A
sumitur secundum ea que patimur. que sunt
contumelie verborum. molestie corporum. dampna
rerum. Contumelie verborum patienter tolera
de sunt. sunt enim velut aurum et argen
tum quibus ditamur. heb. xi. maiores di
vitias estimans thesauro egyptiorum
improperium christi. ad contumelias debet homo
esse ut surdus. in psalmo. Ego tanquam
surdus non audiebam. et sicut homo non
... ii. Regum xiiii. sicut angelus domini
sic dominus meus rex. ut nec benedictione
nec maledictione moveatur. Ille qui male
dicit reputandus est ut nuncius a deo missus
ut abstergat maculas eius qui maledi
citur. Ideo dominus linguas, et labia detra
hentium in eis locat. ut siquid in eis ela
tionis surrexerit. Lingua detractoris eta
... dominus malos. quando
lingua eorum facit ab stersorium sordium
... Qui stultus est serviet
sapienti. ii. Regum xvi. dixit david. cum semei
ei malediceret. dimittite eum ut maledi
cat iuxta preceptum domini. si forte respiciat
dominus afflictionem meam et reddet michi

bonum pro maledictione hac hodierna.
et dicit glo. ... qui verborum contumeliis
pulsus. virtutem pacientie servare non suf
ficit. sciens david ad memoriam revocet quod
cum semei cum iniuriis urgeret et ar
mati proceres ulcisci contenderent ait.
quid michi et vobis filii sarvie et cetera. di
mittite eum et cetera. quibus verbis videat.
quod pro peccato bersabee insurgente contra se
filium fugiens redegit ad animum
malum quod fecit. et contumeliosa verba
non tam contumelia quam adiutoria esse credi
dit. quibus se purgari. sibique misereri
posse videbat. tunc enim illata conui
cia bene tolerauit. cum in secreto mentis
ad mala perpetrata recurrerit. leve quippe
videbitur quod iniuria perpetimur
dum conspicimus quod peius meruimus.
Sicque sit ut contumeliis gratia magis
quam ira debeatur. quarum interventu deo
iudice pena gravior declinatur. dicentes
verba contumelie compati debemus, quia
insano verba extranea loquitur. Seneca. di
ces. male de te loquuntur. movet. sibi
videtur facerent. non morbo faciunt.
Ideo. Apud christianos non est miser qui
patitur contumeliam. sed qui facit. bea
tus se reputare cui male maledicitur.
math. v. beati estis cum maledixerint vobis
homines. i. petri iiii. Si exprobramini in no
mine christi beati eritis. exemplum huius
pacientie habemus in christo. ysaie liii. Sicut
ovis ad occisionem ducetur. et sicut ag
nus coram tondente se obmutescet
et non aperiet os suum. math. xxvii. cum accu
saretur a principibus sacerdotum. nichil
respondit. De pacientia ad molestiam cor
porum habetur. math. v. Si quis percusserit
te in dexteram maxillam tuam prebe
ei et alteram. De pacientia ad dampna

rerum habere ibidem. Qui vult tecum conten
dere tecum in iudicio et tunicam tuam
tollere. dimitte ei et pallium. De hac
pacientia commendat quosdam apostolus. heb.
x. rapinam bonorum vestrorum cum gaudio
suscepistis. cognoscentes vos habere
meliorem et manentem substantiam. Alia
divisio sumitur secundum causas propter quas pa
timur. quandoque enim quis patitur ex culpa
sua. in quo casu magis patienter susti
net. quandoque vero sine culpa sua. et tunc magis
moleste sustinet dicens. si meruissem
non sustinerem moleste. nunc vero non est mirum
si moleste sustineam cum hoc non meru
erim. cui dicendum est. quod ipse secundum hoc
potius vult esse similis latronibus quam sanctis.
Latrones enim propter culpam suam patiun
tur ea que sustinent. Sancti vero sine culpa
sua. i. pe. ii. hec est gratia. si propter dei con
scientiam sustinet quis tristicias paciens
iniuste. In eodem. que est gratia si peccan
tes et colaphizati suffertis. hec gratia
apud deum. eidem. iii. Si quid patimi
ni propter iusticiam beati. In eodem. melius
bene facientes. si velit voluntas dei pa
ti. quam malefacientes. eidem. iiii. Ne
mo vestrum patiatur quasi homicida. aut fur.
aut maledicus. aut alienorum appetitor.
Si autem ut christianus non erubescat. Alia
divisio pacientie est talis. est pacientia cul
pe. et est pacientia nature et consuetudi
nis longe et gratie. Prima triplex est.
quedam est remissionis ut cum aliquis
sustinet non sustinenda ut. s. se redi
gi in servitutem diaboli. ii. cor. xi.
sustinetis. si quis vos in servitu
tem redigit. prov. xii. manus quere
nulla est tributis serviet. hec pacientia
est quasi asinina. asinus non discernit
quid sibi imponatur utrum bonum

an malum. Alia est servilis timoris.
ut cum aliquis timore discipline vel
quia erubescit exire de claustro. sustinet
asperitatem religionis. et non amore dei.
et talis pacientia solet esse cum murmure
propter defectum motivorum gratie. sicut rota car
ri murmurat si uncta non fuerit. ecc. xxxiii.
Precordia fatui quasi rota carri. Tercia
est pacientia ypocritarum. figurata in pacientia
latronis mali. qui cum domino passus
est. pacientia vero nature est. quam habent aliqui
ex strenuitate naturali. ut sunt multi
milites qui licet non habeant caritatem
tamen prius sustinerent mortem quam fi
dem negarent. Pacientia naturali pa
tientem laboris. invenit alexander
exercitum suum. cum enim probaret du
cens illum sub torrida zona per desertum
sine potu usque ad fluvium quendam.
De pacientia consuetudinis longe dicit
quidam. quod male feris assuescere semel
velles. optima forma vivendi eligen
da est. quam iocundam reddet assuetudo.
Pacientia vero gratie triplex est. quedam est inci
piencium. quedam proficiencium. quedam per
fectorum. Incipiencium est sustinere mala
que eis inferuntur patienter. proficiencium
vero est sustinere ea non solum patienter
sed et libenter. perfectorum vero non solum libenter
sed et letanter. Hos tres gradus pacientie
possumus agnoscere in paulo. primum
habetur. ii. cor. iiii. Tribulationem pa
timur sed non angustiamur. s. per impendam
Secundus eidem. xii. ego libentissime im
pendam. et si impendar. ego ipse pro animabus
vestris. Tercium. gal. vlt. mihi absit gloriari
nisi in cruce domini nostri ihesu christi. Et nota
qui habent perfectam pacientiam cum mala
inferuntur. letantur. inferentibus compa
tiuntur et beneficium largiuntur. et deo regratiantur de

premio hēs. act. v. Ibant apl'i gaudētes
a conſpectu conſilij ⁊c. i. pe. iiij. cōican
tes xp̄i paſſionibꝫ gaudete. De ſcdo.
i pe. ij. In paciā pietatem. gg'. i omel'.
paciā vera eſt que ⁊ xp̄in amat. quē
portat. nam tolerare ⁊ odiſſe ſi ēunt
manſuetudinis. ſz velam̄ furoris. De
... lu. vi. Bndicite maledicentibꝫ ⁊
i. cor. iiij. maledicim̄ ⁊ bndicim̄. blaſ
phemam̄ ⁊ obſecramus. De quarto ex
emplum hēmus in tob. ij. ꝙ inmobil'
dei timore pmanſit. grās agēs dō
omib; diebꝫ vite ſue. ⁊ beat' laurenti'.
grās ago t' dn̄e ihu. ꝙ hoſtia tua ef
fici meruj qui ad ignem tribulationiſ
grās agunt. ſimiles ſt̄ altilibꝫ q̄
cum ad ignem aſſant'. pinguedīe ſua
ſe ſupfundunt. ⁊ ſicut pinguedo aſ
ſata gratior eſt ſaporis q̄m elixa.
ſic grāꝝ actio gratior eſt deo q̄m pſto
in hijs qui ſunt in tribulatiōe
q̄m ſi poneret in hijs qui ſunt in pro
ſpitate. Explicit tractat' de paciā.
...ſto de ſecuritate. De cōſtantia.
paciā dicend' eſt de conſtantia q̄
deſcribit'. Conſtantia ē ſtabilitas
firma. ⁊ in pposito pſeuans. Et
eſt conſtantia gnāl's. que ante
in pſeuantia pposita. que omnē
virtutē circuit. ⁊ eſt conſtantia ſpāl'
attendit' circa res terribiles. ⁊ ad
attendā difficiles. que ſubtinua
... ⁊ hec conſtantia ptinet ad for
titudinē. Sciēdū q̄ conſtantie ē ſer
medium int' mutabilitatem
... ⁊ ptinaciam. quoꝝ utrūqꝫ
reprehenſibile eſt. ij. cor. i. Numquid le
uitate uſus ſum ⁊c. Nu. xx. legit'
de filijs iſrl' ꝙ ad imperium dn̄i pficiſ
cebantur. ⁊ ad imperium ei' figebant

tabernaculū. ſic a pposito recedendū
eſt cum creditur deo diſplicere. ⁊ in
eo pſeuandum ē cum credit' ei placē.
Sciēdū q̄ ſex uident' ptinē ad con
ſtantiam. Primum ē ſtabilitas in
tellectus. que variat' ſcdm diuſal
ſpēs cogitationū. Scdam n. ſtabilitas
eſt in hijs q̄ ſunt fidei. ad q̄m mo
nemur. i. cor. xvi. Vigilate ⁊ ſtate
in fide. eph'. iiij. Non ſimus paruuli
fluctuantes ⁊ circūferamur omi
uento doctrine. tob. ij. Vitam illā
expectam' q̄m dō daturus eſt hijs qui
fidem ſuam nunq̄m mutant ab illo.
Scdm eſt grauitas ſeu eq̄nimi
tas in utraqꝫ forma. tull'. Precla
ra eſt equalitas in omi uita. ideqꝫ
ſemp uultus. eademqꝫ frons. ut
de ſocrate accepim'. econtrario cor ſtl'
torꝫ diſſimile erit. pu. xv. Terci
um ē ſtabilitas circa ea que deſide
rant'. Sen. in eplīs. ante omīa hoc
cura. ut conſtes t' quotiens expire
uoles. an ead' adhuc ſit obſerua. an
eadem uelis que heri. mutatio uo
luntates iudicat animū natare. atqꝫ
alibi apparere. prout tulit uentus.
n̄ uagatur ꝙ fixum atqꝫ funda
tum eſt. quidam adeo ſunt incō
ſtantes. ut conſtantia eoꝝ hec eē
dicat'. ſ. eē inſtabiles. Poeta. Quod
petijt ſpnit. repetit ꝙ nuꝑ omiſit.
Et. Diruit. edificat. mutat quadra
ta rotundis. Et poeta. quo teneam
nodo mutantem pthea uult'. Quar
tum ſtabilitas loci. q̄ multum
facit ad ſtabilitatē animi. b. ad
fres de monte dei. Impoſſibile eſt
hoīem fidelr' figere in uno animū
ſuum. qui n̄ prius alicui loco pſe

uerant afflixerit corpus suum. Nam
qui egritudine animi migrando de
loco ad locum effugere nititur: sic est
sicut qui fugit umbram corporis sui
seipsum fugit. seipsum circumfert. locum
mutat non animum. eundem ubique se
inuenit. non quia deteriorem facit ipsa mo
bilitas. sicut ledere solet egrum quem
circumferendo concutit. Seneca in epistolis.
Animum debes mutare non celum. quod
mutaris. nichil est peregrinationes per de
se cum te circumferas. premit te ea
dem causa que expulit. honus animi est
deponendum est. Non autem ullus est pla
cebit locus. uadis huc. illuc. ut ex
cutias insidens pondus. quod ipsa iac
tatione incommodius fit. sicut in naui
onera inmota minus urgent inequa
liter conuoluta. citius eam partem in
qua incubuerit demergunt. motu
ipso noces tibi. egrum enim concutis.
At cum illud exemeris malum.
tunc omnis mutatio loci iocunda est.
mages. quas ueneris. quam quo ueneris
est. Id. primum argumentum compo
site mentis existimo posse consistere
et secum morari. Lapis quadratus
stabilis est. sic homo bene ordinatus
est stabilis. Poeta. Rome tybur
amo. uentosus tybure romam. In
culpa est animus qui se non effugit um
quam. celum non animum mutant qui trans
mare currunt. Seneca. Non conualescit
planta que sepe transfertur. Ad loci sta
bilitatem multum monet scriptura.
eccles. x. Si spiritus potestatem habentis sup
te ascenderit. locum tuum ne dimise
ris. eccli. xi. confide in deo et mane in
loco tuo. Facile enim est in oculis dei
subito honestare pauperem. luc. x.

In quamcumque domum intraueritis. ibi
manete. et inde ne exeatis. eidem. x.
Nolite transire de domo in domum. i. cor.
xv. fratres estote stabiles et immobiles.
i. thes. iiii. Rogamus uos fratres si opera
dantes ut quieti sitis. ii. thes. iii. Sci
tis quemadmodum oporteat imitari nos
quoniam non quieti fuimus inter uos. Instabi
litatem reprehendit paulus in quibusdam
mulieribus. i. thi. v. Ociose inquiunt di
scunt circuire domos et cetera. Instabilitas
quorumdam ad locum deo displicet. hec
non dampnosa et periculosa. Ier. xiiii. Di
lexit mouere pedes suos et non quieuit.
et domino non placuit. prouerbiorum xxvii. Sicut auis
transmigrans de nido suo. sic uir qui
relinquit locum suum. Auis transmi
grans de loco suo nido dampnificatur
in pullis suis. et homo locum suum
relinquens in bonis suis. Dyna egres
sa ut uideret mulieres re gionis
illius corrupta fuit. gen. xxxiiii. et
semei egrediens de iherusalem fuit occisus
iii. reg. ii. Quintum est firmitas con
uenientis temptationum. de qua commen
datur iohannes. mathei xi. et luce vii. Quid exi
stis in desertum uidere arundinem uen
to agitatam? Non sic impii non sic sed
tamquam puluis et cetera. eccli. v. Non uentiles
te in omnem uentum. Sextum est
stabilitas in occupatione seu operatione.
Seneca. melius est ut proposita custodias
quam ut honesta proponas. Sed nota quod con
stantia siue stabilitas est ualde ad
mirabilis in statu presentis uite que
ita instabilis est. Iob. xiiii. Numquam
in eodem statu permanet. difficile
folium arboris stabile esse. dum fla
tu uenti pouetur. gregorius. in moralibus
na anima quot temptationes patitur

qui tot flatibus mouetur. Idem in eodem. qui arbor sunt in conditione. folium semel ipso fecit est in temptatione. Is post stipula apparebit in detectione. Instabilitas est quedam ymago eternitatis. ipsa ponit hominem quasi in statu angelico. ii. Reg. xiiii. Sic est dominus meus rex sicut angelus dei. ut nec benedictione nec maledictione moueatur. ¶ Et nota quod sex uidentur facere ad instabilitatem. Primum est stulticia. Eccl. xxvii. Stultus sicut luna mutatur. Sen. in epistolis. quid est sapientia. semper idem uelle atque nolle. non potest enim quisquam idem placere nisi honestum. nesciunt homines quid uelint. uariatur cotidie iudicium. ac plerisque agitur uita per lusum. Idem. quid stultius quam cum animo uiro. nec primum quod quisquam uelle. nichil libere uoluit nihil semper. Stulticia est cum nichil constat. nichil diu placet. ¶ Secundum est peccatum. gen. iiii. dixit est Chayn. postquam occidit eum. uagus et profugus eris super terram. In eodem. Ecce eicis me hodie a facie tua et ero uagus et profugus in terra. ysa. lvii. cor impii quasi mare feruens. quod quiescere non potest. Tren. i. peccatum peccauit ierusalem. propterea instabilis facta est. Job. xi. Si iniquitatem que est in manu tua abstuleris a te. tunc leuare poteris faciem tuam absque macula. et eris stabilis. In ps. Non dabit in eternum fluctuationem iusto. Tertium est impaciencia. boe. in. li. de consolatione. quis est ille tam felix qui cum dederit impatientie manus. statum suum mutare non optet. Quartum est defectus timoris. timor animum stabilem reddit. sicut lapides super positum asseribus eos custodiunt ne a uento moueantur. vel sicut anchora nauem stare facit. Eccl. xxv. Timor domini super omnia se superposuit. Greg. Anchora mentis. pondus timoris. ¶ Quintum est defectus dilectionis boni. amor boni animum stabilem reddit. sicut radix profunda arborem. Eccl. xxxiii. qui implantatus est humiditati nequicia. Sen. Non uagatur quod fixum atque fundatum est. ¶ Sextum est duplicitas animi. Jac. i. Vir duplex animo inconstans est in omnibus uiis suis. Vir duplex animo est. qui uult hic gaudere cum mundo et in futuro cum domino. Jo. Delicatus es karissime si et hic uis gaudere cum seculo. et postea regnare cum christo. ¶ Et nota quod homo instabilis quasi lunaticus est. Matt. xvii. domine miserere filio meo quia lunaticus est. et est similis homini erranti qui quandoque uadit huc. quandoque illuc. Canonica Iude. Sydera errantia quibus caligo tenebrarum reseruata est in eternum. secundum glo. Sydera errantia sunt apostate.

De perseuerantia.

Dicto de constantia. tangendum est aliquid de perseuerantia. breuiter tamen agetur de ea. quia aliqua de ea dicta sunt in tractatu de accidia. capitulo de uicio imperseuerantie. Perfecte post constantiam. est enim perseuerantia permanentia. sicut et constantia. Vnde conicitur cum constantia. tamen in hoc differt. quod constantia est permanentia in proposito. perseuerantia uero permanentia in bono. siue continuatio boni. constantia cauet leuem transitum a proposito uno in aliud. perseuerantia uero cauet discontinuationem uel imperfectionem seu defectum debiti finis. et describitur sic perseuerantia

magistraliter; perseuerantia est permane
tia in bono. diuturna uel finalis; tul
lius uero in prima rethorica sic eam descri
bit. Perseuerantia est in ratione bene con
siderata stabilis et perpetua permansio.
Et nota quod est perseuerantia generalis et
specialis. generalis attenditur in continu
atione boni. et circuit omnes uirtutes.
Specialis uero attenditur circa terribilia et
difficilia ad sustinendum. que ledunt
naturam. que pertinet ad fortitudinem
ad quam monemur. heb. xii. In disciplina
na inquit perseuerate. Item nota quod quedam
est perseuerantia finalis. quedam est
non finalis. Non finalis est quando aliquis
longo tempore perseuerat in bono tamen postea
cadit per mortale. finalis uero perseueran
tia dupliciter dicitur. uel finalis proposito. uel
finalis actu. in hiis qui permanent
in bono. De perseuerantia finali actu
dicit aug. quod multi eam habere possunt.
nullus amittere. Incipit enim esse fina
lis actu in termino uite. Et nota quod per
seuerantia regulariter datur homini
pro bona uita uita. Unde glo. super illud
ps. retribuet michi dominus secundum iusticiam
meam. pro fide et spe. et aliis bonis operi
bus. reddet deus perseuerantiam. Ideo au
dendum est regulariter quod uirtutes com
muniter primo dantur in aliqua quan
titate. Secundo pro bona opera merentur
augeri. tandem perfici. tamen alicui christo
date sunt uirtutes in statu perfectio
nis. que neque augentur neque minuen
tur. Ad commendationem perseuerantie
primo ualere potest frequens amo
nitio quam scriptura facit ad perseue
randum. Judic. viii. Nolite negligere
nolite cessare. i. cor. vii. Unusquisque
sicut uocauit deus ita ambulet. In

eodem. Unusquisque in qua uocatione uoca
tus est in ea permaneat. eidem. ix. sic
currite ut comprehendatis. gal. v. state
et nolite iterum iugo seruitutis contineri.
i. jo. ii. Unctionem quam accepistis ab eo
maneat in uobis. apoc. ii. Id quod habetis
tenete. donec ueniam. Secundo promissio
que fit perseuerantibus. apo. ii. esto fidelis
usque ad mortem. et dabo tibi coronam ui
te. ro. xi. uide in te bonitatem dei. si
perseueraueris in bonitate. math. x. et xxiiii.
Qui perseuerauerit usque in finem saluus
erit. B. in epistola. Sedas diabolus inuid
lus semper perseuerantie insidiari. quam so
lam uirtutum nouit coronari. Idem
eodem. studere perseuerantie. que sola
coronatur. Tercio comminatio que fit
non perseuerantibus. scilicet ablatio corone. apoc.
iii. tene quod habes ut nemo accipiat co
ronam tuam. Quarto exempla.
Primo exemplum dei. gen. ii. compleuit
uit deus die septimo opus suum quod fe
cerat. deut. xxxii. dei perfecta sunt opera.
Secundo exemplum christi hominis. jo.
xvii. opus consummaui quod dedisti michi
ut faciam. Tercio exempla sanctorum. job
xxvii. Justificationem meam quam cepi
tenere non deseram. ii. thi. iiii. bonum
certamen certaui cursum consummaui.
act. xx. Non facio animam meam preci
osiorem quam me. dum modo consummem cur
sum meum. Quinto commendabilis
est perseuerantia a suo effectu multiplici.
Primus est quod adeo impetrat quod peti
luc. xi. si perseuerauerit pulsans et cetera
dabit ei eo quod amicus eius sit. propter
improbitatem tamen eius surget. et dabit
ei quotquot habet necessarios. eidem xviii.
de iudice iniquo qui licet deum non ti
meret. nec homines reuereretur. tamen

fert quod uidua uoluit. Et episcopus eius impleta
tem. Mat. xv. misereor turbe quia iam triduo
sustinet mecum. Gg. quesiuit maria ma
gdalena prius et minime inuenit. perse
uerauit ut quereret. Vnde contigit ut in
ueniret. Id. quippe quod poposcerat obti
nere anima meruit. quia se post lacrimas
eodem suis rigore seruauit. Thob. iii.
sara in oratione persistens et cum lacrimis
deum deprecans exaudita est. et apostoli perseueran
tes in oratione spiritum sanctum acceperunt. Act. i.
hii omnes erant unanimiter in oratione
perseuerantes. etc. Secundus est quod perseuerantia
bona acquisita custodit. sicut inperseue
rantia destruit. prouerbiorum xix. Qui mollis est
et dissolutus se est sua opera dissipantis.
Vnde perseuerantia magnum donum dei est.
qua dona cetera conseruantur. Tercius est
quia difficilia et aspera. facilia et suauia fa
cit. exemplis. Subito procedunt de um
bra ad solem. de ocio ad laborem. grauare
tur omne quod incipit. sed postquam ab
hiis dissuescere et ad illa se paulisper
assuescere cepit. usus tollit difficul
tatem. inuenitque facile esse quod impossibi
le ante putauit. Quartus est quod
nil imperfectum relinquit. Seneca. si desperato
rato nichil est. quod si impugnet pri
ma opera et intenta. ac diligens cura. Sci
mus debiles mulieres senibus eramus.
sustinendo peregrinationes longas perficere.
uidemus naturam continue operando.
modica uite additione inperceptibili
magnam arborem efficere. et aquam que
mollis est. lapidem adeo durum
crebra percussione excauare. Quintus
perseuerantia uirtutem operantium muni
ens. Seneca. Perseuerandum est et assiduo
labore robur addendum. Sextus est
quia meretur apprehendere premium. i. cor. ix.

Omnes accipiunt brauium. sed perseuerans.
Bernardus. Perseuerantia est singularis filia sum
mi regis. uirtutum finis et consummatio.
cello. tolle perseuerantiam. nec obsequium
mercedem habet. nec beneficium gratias. nec
laudem fortitudo. denique non qui cepit.
sed qui perseuerauerit saluus erit. Idem.
Incepcio multorum est. finire paucorum. semper
in principio delectatio est. in fine proba
tio. Id. affluenerunt multi in initio
feruentes etc. in fine remitti et dissol
ui. Que utilitas est seminum primo flore
ntium et postea tabescentium? Gg. in
moralibus. Incassum bonum agitur
si ante terminum uite deseratur. quia
et frustra uelociter currit. qui priusquam
ad metas ueniat deficit. et super illud
Mat. x. Qui perseuerauerit etc. glo. Non
cepisse uel fecisse uirtutis est. sed perfi
cere. Vnde caudam hostie iubetur offerri.
leu. iii. Ornatus uirtutum tunc est
uestis usque ad talos. si perseuerantia af
fuerit. sine ea uestis est inhoneste
decurtata. Vltimi dies perseuerantes
plus uidentur ei ualere quam quecumque
precesserunt. si enim illa die defecisset
precedentia perdidisset. **De magnani-
mitate.**

Sequitur de mag-
nanimitate. Et nota quod magna
nimitas quandoque sumitur pro fortitudine
et attenditur non solum in aggredien
do terribilia. sed et in sustinendo et perti
net non solum ad ea aggressio arduorum
sed et processus et consummatio eorum.
Seneca in libro de iiii. uirtutibus. magna
nimitas que et fortitudo dicitur. si insita
animo tuo cum magna fiducia uiues.
Quandoque magnanimitas dicitur terribi
lium. spontanea et rationabilis ag
gressio. sic accipitur a macrobio.

Item uideo quod homo magnanimus terribilia seu difficilia aggreditur propter communem utilitatem. uel propter honestatem. non propter cupiditatem uel glorie uanitatem. non enim decet ut cupiditate uincatur qui metu non frangitur. tullius. nichil tam angusti animi est. tamque parui. quam amare diuitias. macrobius. Virtutis fructum sapiens in consciencia ponit. minus perfectus in gloria. Tertio ad magnanimitatem pertinet cauere. non solum timiditatem. sed et temeritatem. Non enim decet homo absque causa offerre se periculo. in adeundis periculis. imitari debemus medicorum consuetudinem. illi enim leuiter egrotantes. leniter curant. grauioribus autem morbis ancipites curationes adhibere coguntur. In tranquillo tempestatem optare dementis est. tempestati autem cum euenerit subuenire. sapientis. poeta. Vis consilii expers mole ruit sua. Seneca in libro de iiii. uirtutibus. Eris magnanimus. si pericula nec appetas ut temerarius. nec formides ut timidus. tullius. turpis fuga mortis. omni morte est peior. Ad magnanimitatem pertinet ardua opera appetere. et magnitudinem boni uel mali transitorii superare. Primum innuit tullius. te uirum animo excelsum natura creauit. ardua queque de magnanimitate est. stam insedit. odio .i. iniurie sedit. uel placuit. magnitudo boni transitorii superatur. contempnendo magnitudo uero mali transitorii non timendo. Seneca in epistolis. Animus nunquam maior est quam ubi aliena sepe se posuit. et fecit sibi pacem nichil timendo. fecit sibi diuitias nichil concupiscendo. Idem in epistolis. magnanimi animi est magna contempnere. ac mediocria malle quam nimia. illa enim utilia uitaliaque sunt. hec eo quod superfluunt nocent. sic segetem nimia sternit ubertas. sic rami onere franguntur. sic ad maturitatem non peruenit nimia fecunditas. Idem. animus est qui nocet quos immoderata felicitas corrumpit. que non tantum in aliorum iniuriam sed et in suam uertitur. Idem in eodem. magnus ille est qui sic fictilibus utitur. quemadmodum argento. nec quidem minor est qui sic argento utitur. quemadmodum fictilibus. Idem in eodem. scitote tam bene homines culmo quam auro tegi. contempnite omnia que superuacuus labor uelud ornamentum ac decus ponit. memento preter animum nichil esse mirabile. cui magno nichil est magnum. Idem in libro de naturalibus questionibus. magna ista quod parui sumus credimus. multis rebus non ex sua natura sed ex humilitate nostra magnitudo est. Idem in libro de clemencia. magni animi est iniurias in summa pacientia pati. ad magnanimitatem pertinet iniurias acceptas uilipendere. et inimico cum sit in potestate hominis parcere. et fraudes et dolos uitare. Seneca de iiii. uirtutibus. Si magnanimus fueris. nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri. de inimico dices. non nocuit michi. sed animum nocendi habuit. et cum illum in potestate tua esse uideris. uindictam putabis uindicare potuisse. Scito enim magnum et honestum uindicte esse genus ignoscere. palam aggredere. non geres conflictum nisi indixeris. nam fraudes et doli imbecilles decent. Magnanimitas uero potest distingui in tres partes. scilicet in celsitudine. latitudine. et longitudine.

Cor altum est quod in adversis non deicitur,
nec elevatur. cuius exemplum habetur in gal-
lis. quorum criste elevantur cum ira eos ad
pugnam accendit. Sen. in eplis. Si oīm
mentem in tranquillitate non concutit alti-
tudine. ibi extollit aliquem ubi omnes
deprimuntur, ibi stare ubi omnes iacent.
Vel cor altum est. cor honores transitorios
despiciens. cor vero latum est cor despici-
ens magnitudinem divitiarum. Sen. in
eplis. Ille ingens est animi qui divi-
tias circumfusas sibi. multum demque
miratur quod ad se venerint. ridet fata. Sed
magis audit esse quam sentit. Cordis lati-
tudo est per quam vincitur tedium longe
expectationis. vel longitudo molestie
laboris. quidam sunt breves animo
statim volentes fieri quod desiderant. Et
statim volentes transire quod mole-
stum fuerit. sicut agricole qui iacto
semine statim metere vellent. De
Sequitur de fiducia et magnificentia.
Fiducia et magnificentia. Fiducia
est certa spes animi perducendi ad finem
rem inchoatam. De fiducia bona et ma-
la requiritur in tractatu de spe. Magnifi-
centia vero quandoque dicitur negociorum difficilium
et clarorum consummatio. et sic sumitur
magnificentia. quod ad eam pertinet non so-
lum consummatio preclarorum negociorum.
sed et inchoatio eorundem. et sic sumitur a
tullio in prima rethorica. Unde sic describit
eam. magnificentia est rerum mag-
narum et excelsarum cum animi ampla quadam
et splendidissima propositione cogi-
tatio atque administratio. nec loquitur
de magnanimitate. sed sub magni-
ficentia comprehendit eam. De officiis
Distinguuntur vero officia magnificentie
magnificentie. tam in pace quam

in bello. In pace secundum platonem tria
ad eam pertinent quantum ad prelatos.
Primum est ut sic utilitatem civium
tueantur, ut quecumque agunt. ad eam re-
ferant. commodorum suorum obliti. Secundum
est. ut totum corpus civitatis curent
ne dum partem aliquam tuentur. reliquam de-
serant. ut enim tutela. sic procuratio rei
publice ad utilitatem eorum qui commissi
sunt. non eorum quibus commissa est gerenda
est. Hec duo documenta platonis reci-
tat tullius in libro de officiis. qui par-
tem civibus consulunt partem deserunt. per-
niciosissimam seditionem in civitatem
inducunt. Tertium est. ut contentio-
nem caveant. dicit enim plato simi-
liter eos qui inter se contendunt.
utrum potius civitatem administra-
rent. ut si naute certarent inter se
tempestatis. quis eorum potissimum
gubernaret. Officia vero magnifi-
centie in bello .iii. assignantur. Primum
est ea intentione suscipere bella ut sine
iniuria in pace vivatur. aug. in li.
de civitate dei. constat pacem belli
esse optabilem finem. Idem ad bonefacium.
pacem debet habere voluntas. bellum ne-
cessitas. Item ad eundem. bellum geritur
ut pax acquiratur. esto ergo in bello paci-
ficus. ut eos quos expugnas ad pa-
cis utilitatem vincendo perducas. Se-
cundum est. ante aggressionem belli dili-
gentem adhibere preparationem in cli-
entulis et mancipiis. sumptibus et ar-
mis. Sen. longa belli preparatio cele-
rem affert victoriam. omnia autem
prius experiri quam armis certare sa-
pientem decet. ubicumque iuxta verbum
phi. tullius in li. de officiis. cum sint
duo genera decertandi. unum per discep-

rationem. aīm p uim. illud pprium ho
minis. hoc beluaꝝ confugiendum ē
ad posterius. si supiore uti nō licet.
Tercium ē ne temere despes. ꝓpter
ignauiam aut ꝓ cupiditatē. nimis
confidens in periculum eum ducit. im
moderatus amor laudis. Quartum est
plus turpitudinē quam mortem horre
re. plus ad honestatem quam ad salutē
corporalem & alia comoda spectare. Quin
tum est copias suas crebris laborib;
exercere. poeta. Uariam semp dant
ocia mentem. Sextum ē postremū ad
bellandum ueniendum ē hortando. bo
nam indolem erigere. in laudib;
animos afficere. in ammonicioni
b; desidiam discutere. ii. mach.
vii. exhortati inde sermonib; bo
nis ualde. de quib; extolli possz im
petus. & animi iuuenum confortari.
statuerunt dimicare & confligere for
titer. Septimum est in concursu.
ad primos impetus accurrere. incli
natis opem ferre. labentes fulcire.
Octauum ē. īn̄ra uictoria. seruare
eos qui n̄ crudeles fuerunt. Nonum
est federa & pmissa hostib; seruare. ex
emplo reguli qui captus pacto iura
mento qd rediret missus est romam p
captiuis comutandis. quo ut uenit
uidens captiuos nō eē reddendos cū
retineretur ab amicis. ad supplicium
redire maluit. quam fidem hosti datā
fallere. ut narrat tullius in libro
de officiis. Incipit tractatus de iu[sticia].
Dicto de prudentia & tempantia
& fortitudine. dicendum est de
iusticia. de qua hoc m̄ dicetur. Pri
mo ponentur diuerse acceptiones
huius nōis iusticie. Scdo diuerse
eius descriptiōes. Tercio eius condici
ones. Quarto ipius diuisiones.
Circa primū nom̄ iusticie distingu
nō qd iusticia quāq; ualde large sumit
s. p bonitate. scdm hoc dicit aug. diuersas
ptes ee iusticie. s. declinare a malo &
facere bonum. & sup illud heb. i. dile
xisti iusticiam glo. omē bonū hic sumi
tur. mat. vi. querite primum regnum dei & iu
sticiam eius. Justicia regni est. omnia
que xpc dilexit obseruare. eidem in
fulgebunt iusti sicut sol in regno pris
eorꝫ. sic & sumit cum dicimus aliquē
iustificari. Quinq; & sumitur nomen
iusticie minus large. s. p uirtute red
dente unicuiq; qd suum est. & sic iu
sticia pietas uidetur contrari. qñq;
aut sumitur strictius. put attendit
in inflictiōe penaꝝ. sic uidetur eē iu
sticia opposita pietati. uel sic
sumit hoc nomen iusticia. Ua. b. dicens
nullum nom̄ dei est. qd n̄ sonet aut
iusticiam aut pietatem. Et nō qd
iusticia & put est uirtus cardinalis
quodam m̄ generalis est. sicut & prude
tia. prudentia gnalis est quo ad di
rectionem. dirigit enim opa ceteraꝝ
uirtutum. Justicia ū gnalis est quo ad
imperium. potest. n. impare opa ceteraꝝ
uirtutum. nō sufficit tm̄ ad exequen
dum ea uel ad eliciendum sine cete
ris uirtutib;. Justicia describitur.
Circa scdm nō qd tullius in prima
rethorica sic describit iusticiam.
Justicia est habitus animi communi
utilitate conseruata. suam cuiq; tri
buens dignitatē. Justicia multum
attendit comunem utilitatē. Unde
quāq; punit hominē plusqm mere
tur. ꝓ publicam utilitatē. tull

primu est fundamentum iusticie et necu
nocear. deinde ut sibi utilitati servat
tullio. in li. de paradis. Iusticia magis
aliis quam sibi prodest. et utilitates suas
negligit. communia emolumenta preponens.
Iusticia est cuique suam dignitatem tri
buere. quod cuique tribuit. quod dignum est
tributum. sive quod ei debetur. istud aut
humanum. cuique est secundum naturalem cuique
ordinem officii. vel plationis. ut obediam
debeatur platis. cuique vero bene merenti
tum pena vel premium reddatur
his qui meruerunt. macrobius dicit.
iusticie est unicuique servare quod suum
est. aug. in li. de li. ar. dicit. Iusticia
iudicandam esse virtutem qua sua
cuique tribuuntur. et super illud Mt. v. beati qui
esuriunt et sitiunt iusticiam. dicit. glo.
Iusticia est sua cuique tribuere. sibi. proximo
et deo. Seneca vero in li. de iiij. virtutibus.
ait. quid est iusticia nisi nature tacita
conventio in adiutorium multorum inventa.
Item in eodem. Iusticia divina lex est et
vinculum societatis humane. ysidorus sic
describit eam. Iusticia est ordo et equitas.
qua homo cum unaquaque re bene ordinatur.
ordo dicitur conveniens rei collocatio.
Anselmus sic describit. Iusticia est
rectitudo voluntatis propter se servata. vo
luntatis dicitur. quod lapis cum descendit. rec
titudinem faciendo quod debet. tamen non dicitur iustus.
quia hoc non facit voluntarie. rectitu
do que est iusticia non est extra usque
animus l. sed apparet rationabilis. qui
tamen discrecione. Si enim aliquis
iudicat ab ingressu domus alicuius
quem tamen intrare. ut innocentem
occidat. ignorans tamen quid ille
facturus sit non reputatur ipse in
iustus. Non dicitur et aliquis iustus

propter rectitudinem intellectus vel operis. si
desit rectitudo voluntatis. Item si
aliquis coactus reddat pecuniam quam abstu
lit. vel eam manes glorie. non est propter hoc iu
stus. sed si amore iusticie hoc faciat. Ideo
quoque benedictum est quod iusticia est rectitu
do voluntatis propter se servata. Et no
quod cum rectum sit in quo medium non
exit ab extremis. ubi est rectitudo iusti
cie ibi est ut medium et aliqua ut ex
trema. In iudicio vero hoc manifestum
est. quia iudex medius est inter partes. qui
non debet declinare ad dexteram vel ad sini
stram. Generaliter vero tria considerari
possunt ubi est iusticia. s. quod redditur.
cui redditur. et per quod redditur. Per quod
redditur est ut medium. alia duo sint
ut extrema. Describitur et iusticia sic.
Iusticia est virtus conservativa huma
ne societatis et vite communitatis.
societatem i. cohabitationem hominum.
sic servat iusticia dum homines cohibeat
obtinere unus vel agros vel posses
siones quibus eget alius. Ideo conserva
retur invidia et seditio nisi iusticia
adesset. que cuique ius suum redderet
vite autem communitatem sic custodit dum
eundem modum vivendi plures
sectantur. ut unitatem vel multitud
questus unius minuit lucrum alterius.
que res livorem moveret. nisi iusticia
adesset. Item iusticia sic describitur
ab aug. in li. de moribus. Iusticia est
amor soli amato serviens. et propter ea
recte dominans. Idem. xix. li. de civit. dei.
qui fundum aufert ei a quo emptus
est. et tradit ei qui nichil in eo habet iu
ris. iniustus est. et qui se ipsum aufert
dominanti deo a quo factus est. et servit
malignis spiritibus iniustus est. h.

in libro de diligendo deo. Infidelem eciam
urget. et iusticia naturalis totum se
tradere illi, a quo totum se habet. Ex hoc
quod secundum aug. iiii. li. de doctrina christi
ana. sicut eadem rotunditatis eadem est
in magno disco et in nummulo exigu
o. ubi a puncto medio omnes linee pa
res in extrema ducantur: ita ubi
aliquis parva iuste gerit. non minuitur
iusticie magnitudo.

De commendatione iusticie.

Sequitur de commendatione iusticie. Notandum ergo quod iustici
am commendat natura. commendat et
scriptura. Natura tripliciter. Primo quia
rectitudine quam dedit corpori huma
no monet ad rectitudinem iusticie.
eccles. vii. Hoc inveni quod fecerit
deus hominem rectum. b. super cant.
Rectus dominus deus noster et non est iniqui
tas in eo. rectus magis dominus. hominem
rectum fecit. Idem. staturam dedit
deus homini rectam. forsitan ut ista
corporea rectitudo exterioris vilioris
que figmentis. hominem illum interiorem
qui ad ymaginem dei factus est. spiritua
les sue servande rectitudinis ammo
neret. et decor limi deformitatem ar
gueret animi. Quid enim indecentius
quam curvum recto corpore gerere ani
mum? Secundo quia ea que iusticie
sunt. pro magna parte naturaliter in cor
de hominis scripta sunt. aug. in li.
confes. Furtum certe punit lex tua
domine. et lex scripta in cordibus hominum.
quam ne ipsa quidem delet iniquitas.
quis enim fur equo animo furem
patitur? tullius. prima rethorica. Iu
sticie initium est a natura profec
tum. deinde quedam in consuetu
dinem ex utilitatis ratione venerunt.

postea res et a natura profectas et a con
suetudine probatas. legum metus et re
ligio sanxit. nature ius est quod non
opinio genuit. sed quedam innata vis
inseruit. ut religionem. pietatem.
gratiam. vindicationem. observantiam.
veritatem. Sen. in epistolis. hec societas
diligenter et sancte nobis observanda
est. que nos omnes omnibus miscet et
iudicat aliquod esse commune ius generis
humani. Tercio quia natura docet
bruta animalia. multa eorum que ad
iusticiam pertinent. ut innocentiam.
concordiam. pietatem. ad animalia
sui generis. Scriptura et multis mo
dis iusticiam nobis commendat. Pri
mo multum ad eam monendo. in ps.
Sacrificate sacrificium iusticie. Sap.
.i. Diligite iusticiam qui iudicatis
terram. eccli. iiii. Usque ad mortem cer
ta pro iusticia. eidem. xiii. ante obitum
operare iusticiam. Idem. xviii. Ante
iudicium para iusticiam. eze. xlv.
rapinas intermittite. et iudicium et
iusticiam facite. i. thi. vi. homo dei
sectare iusticiam. Secundo ostendendo
eos esse beatos. qui iusticiam esuriunt.
math. v. beati qui esuriunt et sitiunt iu
sticiam. Tercio. beatos ostendendo
qui aliquid pro iusticia patiuntur. propter
iusticiam. beati qui persecutionem pa. i. pe.
iii. Siquid patimini propter iusticiam be.
Item. ad commendationem iusticie
facit. quod hec virtus multum est deo
grata. et homini multum necessaria. pri
mum in multis locis ostendit scrip
tura. in ps. Iustus dominus et iusticias
dilexit. Item. Acceptabis sacrificium
iusticie. pro. xv. qui sequitur iusticiam
diligetur a domino. eidem. xvi. Inicium

ere bone facere iusticiam. accepta e[st] enim
apud dominum magis quam immolare hostias.
act. x. In omni gente qui timet deum et o
peratur iusticiam accept[us] est illi. econtrario
iniusticia multum displicet ei. unde
deut. xxv. post illud. Non habebis in sacco
diversa pondera et c. subditur. abhominabitur
deus eum qui facit hec et abhominatur om
nem iniusticiam. Iusticia expresse nota
tur inter illa iiii. quibus utilius nichil
est in vita hominibus. sap. viii. Ipsa a deo
necessaria est. ut nec et latrones omnino ea ca
rere possint. Tullius in libro de officiis.
Tanta est vis iusticie ut ne illi quidem
qui maleficio et scelere pascuntur. sine
illa iusticie particula vivere possint.
Iusticia adeo utilis est ut nichil utile
reputetur quo ipsa amittitur. unde super il
lud. ps. rapinas nolite concupiscere:
dicit glo. O lucra dampnosa. invenis
pecuniam. perdis iusticiam. Iusticia a
deo utilis est. ut cum ea utilia sint
que maxime noxia videntur. ut mors.
num. xxiii. moriatur anima mea mor
te iustorum. Iusticia non solum necessaria est
homini in vita. sed et in morte. nec so
lum in presenti. sed et in futuro. Iusticia
presentem vitam a malo pene custodit. da
niel. vi. conclusit ora leonum et non nocu
erunt mihi. quia coram eo iusticia inventa
est in me. temporalia bona tribuit. prov.
xiiii. Iusticia elevat egentem. eccl. xx.
Qui operatur iusticiam ipse exaltabitur.
econtrario dicitur in ps. de quibusdam. propter in
iusticias enim suas humiliati sunt.
eccl. x. regnum a gente in gentem
transfertur. propter iniusticias et c. Item
a malo culpe defendit propter quod lorica di
citur. sap. v. Accipe inquit induti loricam
iusticie. Item appetitum boni [illegible]

restringit. ideo vocatur zona. eccl. xlv.
Circumcinxit aaron zona iusticie. et
ysa. xi. et erit iusticia cingulum lum
borum eius. Item iusticia hominum pacem
dat. et sic deo in homine locum preparat.
In pace. n. factus est locus eius. in ps.
Iusticia et pax osculate sunt. ysa. xxxii.
erit opus iusticie pax. In ps. Iusticia
ante eum ambulabit. Item iusticia et
iudicium preparatio sedis tue. Iusticia
necessaria est in morte. quia virum iniustum
mala capient in interitu. ut dicitur in ps.
econtrario non separat iustus a morte. sua. prov. x
iiii. Iusticia in futuro necessaria est et ma
xime in illo districto iudicio in quo iusti
cia dei iudicabit. que iusticiam con
dempnare non poterit. gen. xxx. Respon
debit mihi cras iusticia mea. prov. x. Nil
proderunt thesauri iniquitatis. iusti
cia vero liberabit a morte. difficile erit
homini habenti iniusticiam. immo intol
lerabile apparere et c. coram dei iusticia.
ps. ego in iusticia mea apparebo conspec
tui tuo. Idem. Non permanebunt iniusti
ante oculos tuos. Item iniusti punientur.
Item iniusti simul disperibunt. Ad commendati
onem etiam iusticie valere potest permanentia
quam ipsa habet respectu aliarum cardinalium
virtutum. In ipsa ut ait tullius. maximus
est splendor honestatis. et plato dicit de
ipsa. quod si ipsa conspiceretur miros specta
tibus sapientie excitaret amores. Iusticia
eciam videtur esse aliarum cardinalium
virtutum. unde prerogativa videtur esse merce
de. salutis et corone. que specialiter ei in
scriptura attribuuntur. in ps. retri
buet mihi secundum iusticiam meam. Item
in benedictiones iusto. prov. x. benedictio de
super caput iusti. eidem. xi. seminanti
vero iusticiam merces fidelis. Item. xii.

In semita iusticie uita. sap. i. Iusticia perpe-
tua est et inmortalis. iniusticia autem
mortis acquisitio. etc. xxx. Habis am-
me in semitate iusticie. ii. thi. iiii. repo-
sita est in corona iusticie. Diuisio est

Consequenter ponende iusticie.

Cssunt diuisiones pertinentes ad iusti-
ciam. Sciendum igitur quod secundum quosdam iusticia
diuiditur in seueritatem et liberalitatem.
Seueritas est uirtus debito supplicio co-
hercens iniuriam. Liberalitas uero est uirtus
beneficiorum erogatrix. quam per affectum benig-
nitatem per effectum beneficentiam uocant.
et consistit hec uirtus tota in tribuen-
do et retribuendo. benignitatem uero diui-
dunt in vii. partes. scilicet religionem. pieta-
tem. innocentiam. amicitiam. reueren-
tiam. concordiam. misericordiam. secundum macro-
bium. ad iusticiam pertinent innocen-
tia. amicicia. concordia. pietas. reli-
gio affectus. humanitas. Secundum tulli-
um uero in prima rethorica. ad iustici-
am pertinent religio. pietas. gratia. uin-
dicatio. obseruantia. ueritas. Qui-
dam uero iusticiam diuidunt in v. par-
tes. scilicet in obedientiam que est respectu su-
periorum. et disciplinam que est respectu
inferiorum. et equitatem que est respec-
tu parium. et ueritatem et fidem que
pertinent ad omnes. glo. uero super illud luc.
vi. Si diligitis eos qui uos diligunt
etc. Aliam innuit diuisionem iusticie
dicens. philosophi in tres partes diuidunt
iusticiam. unam in deum que pietas
dicitur. aliam in parentes uel reliquum
genus humanum. Tertiam in mortuos
ut hiis exequiarum iura soluantur.
Sed dominus leges oraculorum et philosophie casti-
garum. supergressus in eos quoque qui
leserunt. pietatis porrexit officium. Sed
senecam uero in li. de iiii. uirtutibus duo per-
tinent ad iusticiam. scilicet uelle omnibus prodesse
et nulli nocere. amabis inquit deum
sed in hoc illum imitaberis. ut uelis
omnibus prodesse nulli nocere. et tunc te ui-
rum iustum appellabunt omnes. et
hec duo uidentur concordare duobus
preceptis iuris naturalis quorum alterum
habes. tho. iiii. quod ab alio oderis tibi fieri ui-
de ne tu aliquando alteri facias. Reliquum
math. vii. Omnia quecumque uultis ut faciant
uobis homines et uos facite illis. Sed quia nul-
la predictarum diuisionum perfecte tangere ui-
detur ea que ad iusticiam pertinent.
generaliter uidetur ponenda esse diuisio iusticie.
et quod uirtute iusticie reddimus unicuique
quod debemus. diuidetur iusticia secundum ea que
debemus et quibus debemus. Sciendum igitur quod quedam
debemus omnibus. ut dilectionem ueritatem
et fidem. quedam uero non omnibus. et inter ea
aliquid debemus superiori. aliquid in-
feriori. aliquid pari. Item aliquid spe-
ciale debemus nobis specialiter coniunctis.
ut parentibus et patrie beniuolis quod debitum
soluit pietas. prout macrobius et tullius
de ea loquuntur. Item debemus aliquid hiis
qui beneficia contulerunt. scilicet gratiam de qua
loquitur tullius. et aliquid hiis qui ma-
la intulerunt. scilicet uindicationem. de qua idem
loquitur. et aliud hiis qui mala fecerunt uel
sustinent. scilicet misericordiam. Quinta pars de latria

Inter ea uero que superiori debentur aliquid est
quod soli deo debetur. et aliquid quod non soli deo.
Soli deo debetur latria. unde glo. super illud
math. iiii. Dominum deum tuum adorabis et
illi soli seruies. grece latria latine ser-
uitus. seruitus communis deo et hominum
et cetera. grece dicitur dulia. illa uero que
soli deo debetur latria dicitur. unde
ydolatria quod soli deo debet. ydolis

dari. Petimo inter ptes iusticie de latria p
sequentes. qd autem latria grece dr. uidetur
a tullio uocari religio est que supioris
cuiusdam nature quam diuinam uocant cu
ram. cerimoniamque affert. In hoc qd dicit
curam innuit cultum interiorem. in hoc
qd dicit cerimoniam exteriorem cultum q
quum ē interioris. ysidor. viii. li. ethimolo
giar. dicit. qd religio appellata est qr p ea
uni deo religamus animas nras ad cul
tum diuinum uinculo seruiendi. hec re
ligatio fit in principio uniuscuiusque religio
nis. ut in bapo. ubi inchoatur xpiana re
ligio. vel in spalibz religionibz. cum qs
obligat se ad ea que religionis st. sedm
aug. ii. x. li. de ciuit. dei. religio dicta p
hibetur a reeligendo dm. quem amisera
mus negligentes. Et sedm hoc religio resp
picere uidetur statum pcci z n statum
innocentie. deut. xxvi. Dnm elegisti ho
die ut sit tibi ds. Latria u sic describitur.
latria est cultus deo debitus z exhibitus.
vel sic. Latria est uoluntas impendendi
deo cultum debitum. Adorationem latrie
commendat nobis multiplex exhortatio. qr
scriptura sacra facit de ea in ps. Venite
adoremus z pcidamus ante dnm. It adorate dnm
in atrio sco eius. It adorate eum omnes
angeli eius. Ch. iiii. Dnm dm tuum adorab.
Apoc. ult. dm adora. Ad idem ualent exe
pla scorum. ut exemplum xpi. de quo luc.
xxii. positis genibz orabat dicens. Pr. z c.
Et mat. ult. dr de xi. discipulis qd uidentes ihm
adorauert. z apoc. iiii. legitur de. xxiiii. se
nioribz qd pcidebant ante sedentem in thro
no z adorabant uiuentem in scla sclorum.
Et eidem. xv. xxiiii. seniores ceciderunt
in facies suas z adorauert z c. z eidem.
vii. oms angeli stabant in circuitu
throni z c. z adorauert dm dicentes

amen. benedictio z claritas. de adoratione
z. xxiiii. seniorum hr eidem. xi. It legitur
de beato bartholomeo qd centies flexis
genibz orabat dnm p diem. z centies p
noctem. z de beato iacobo minore. quod
tm iacebat sup genua sua orans qd ge
nua hebat ut calcaneum. silem duri
tiem hns in eis duritiei camelorum. gla
adorationis est quam sibi deus spaliter re
tinere uoluit. de hac dr ysa. xlii. glam
meam alteri n dabo. eccli. xxv. bono a
nimo glam redde deo. z n minues p
mitias manuum tuarum. gla ista signa
ta est p thimiama. talem compositio
nem n facietis in usus uros. qr scm
dno est. homo quicumque fecerit sile
ut odore illius pfruatur. peribit de po
pulis suis. ob sequium istud multum
placet deo. eccli. xxxv. Qui adorat dm
in oblectatione suscipietur. z depcatio
illius usque ad nubes appropinquabit. Scien
dum qd licet adoratio latrie soli deo sit
exhibenda. tn dr exhiberi illi homini
qui est filius dei. s. qr p accidens non n.
exhibetur ei in qntum est homo. s
in qntum est filius dei. sicut dicitur
de homine illo qd creauit stellas
quas tn non creauit in qntum hō. s
in qntum ds. Sciendum qd triplex ē cultus
deo debitus. Primus est cordis. scds
oris. tercius opis. cultum cordis spa
liter uocat cultum. glo. sup illud.
exo. xx. Non adorabis ea neque coles. a
liud est inquit colere aliud est adora
re. potest quis inuitus adorare. uel adu
lando regibz ydolatris. uel tormentis
uictus cum sciat qd ydolum nichil
est. colere u est toto hius affectu z stu
dio mancipari. De cultu interiori
dicit ysidor. viii. li. ethimologiarum.

Tria sunt que in religionis cultu ad colen
dum dm̄ in hominibz requiruntur. fides.
spes. caritas. ⁊ aug. in encheridion. fi
de. spe. ⁊ caritate colimus dm̄. It aug.
loquens de theosebia siue pietate que
est cultus dei. dicit q͞ consistit in cogni
tione dei ⁊ dilectione cum debita subiec
tione. ⁊ sup illud. i. cor. xii. Alii p spm̄
datur sermo sapie alii sermo scie. dicit
glo. loquens de illo uerbo iob. scdm̄ ntā
litteram. xxviii. ecce pietas est sapia. ul
littera nrā ht. timor dni ipe est sapia.
Pietatē inquit hoc loco posuit dei cul
tum. que grece dr̄ theosebia. ⁊ qs cul
tus ē nisi amor ⁊ cognitio eius. cultus
interior deo debitus in duobz uidetur
consistere. sc͞ in cognitiōe ⁊ affectione.
cognitio u͛ ad cultum dei ptinens ē
ut credulitas. qua creditur deo. sicut
deo credendum est. s. pp se. ⁊ sup oīa.
sicut .n. prime ueritati credendum est.
It credulitas qua credimus de dō dig
na deo. ut summā potentiā. bonitatē.
⁊ consequentia ad hec. sapiam summā.
ut q͞ ipe est omnium bonoꝝ creator
⁊ conseruator. mundi gubernator. ho
minis recreator. seruientium sibi libera
lissimus retributor. eoꝝ u͛ qui ptinaciter
rebelles ei sunt. zelantissimus ultor.
Inter affectiōes u͛ ptinentes ad cultū
dei. prima uidetur ē timor. ⁊ n̄ qualiscunq3
timor. h3 talis timor qualis timendus
est ille cuius potentie nullus potest
resistere cum sit summa. cui sapie nich
potest abscondi cum sit summa. ⁊ cuius
bonitas cū summa sit summe odit ma
liciam ⁊ sine fine puniet eam. in eis
quos puniates in ea inuenit. tm dul
que est sup omia. Scda est spes nō q
lisaunq3 h3 tales quales ponenda est
est in eo. cuius potentie facillimū est libare
ab omni miseria. cui sapie notissima ē
miseria nrā. abyssus .n. miserie u͛ inuo
cat abyssum mīe u͛ agnoscatur. ⁊ cuius bo
nitati ppriū ē misereri semp ⁊ parce
que ē ppter liberalitatē suam fecit quic
q͞ fecit. q͞ omia fecit ad dandū. in quo
q͞ sup omia sperandum ē. Tercia amor
⁊ n̄ qualiscunq3 amor. h3 talis qualis
mandus ē qui optimus est in se. ⁊ in
amore dignissimus. qui ē fons omiū
bonoꝝ a quo suscepimus omiā bona que
hemus. uel huimus. ⁊ a quo suscepturos
nos spamus. quicqd boni suscepturi su
mus. De timore ⁊ amore dicit seneca
li. de. iiii. uirtutibz. Quislis iustiā
sectari desideras. time dm̄ prius ⁊ ama
ut ameris a deo. De spe dr̄ in ps. spe
rent in te oms qui nouerunt no .i.
Nomen dm̄ agnoscunt qui serui eius
ē uolunt. a quibz spes spāliter requir.
cultus oris ē uocalis pfessio maiesta
tis diuine. quam fideles faciunt frequen
ter dm̄ orando. laudando. bndicendo.
grās ei agendo. cultus opis est ut q͞
aliquis ope recognoscit singulare dnīū
dei. q͞ etiā ore recognoscit. xpō dicens.
tu solus dns. dm̄ enim illud q͞tum ad
psonas nrās recognoscimus deo. genu
flexione ⁊ pstratione. ysa. xlv. mi cur
uabitur omē genu. mich. vi. curuabo
genu deo excelso. q͞tum ad nrās re
oblationes aliquas ptes bonoꝝ que
ab illo accepimus. deut. xxvi. Profiteor
hodie coram dn̄o meo ⁊ c. tradidit no
bis terram lacte ⁊ melle manentem
⁊ ideirco offero nc̄ ē primicias frug
terre. quam dns dedit m. Ad cultum
opis ptinebant sacrificia ueteris leg
que fiebant de aialibz quoꝝ imolati

sacrificantes ostendebat plenissime deo se
se subiectos, et ad occidendum. morte enim
animalium ostendebant deum eos occidere
posse et eos mortem meruisse. et significabat
mortem dei mortem propriam quam meruerant
in mortem animalium commutare. Et non
nisi sacrificium soli deo debetur. Unde aug.
xi de civit. dei. Sacrificium certe
nullus hominum est qui audeat dicere deberi
nisi deo. multa denique de cultu divino
usurpata sunt. que honoribus deferentur
humanis. sive humilitate nimia. sive
adulatione pestifera. ita tamen ut quibus ea
deferentur. homines haberentur. qui dicuntur
colendi et venerandi. Sic autem eis multum
additur adorandi. quis vero sacrificandum
censuit nisi ei quem deum aut scivit aut
putavit aut finxit. et subdit sacrifi-
cium visibile. sacrificii invisibilis
sacrum signum est. Et tangit sex species sa-
crificii spiritales. ¶ Primum est sacrifi-
cium cordis contriti. in ps. Si voluis-
ses sacrificium dedissem utique holo. non delec-
taberis. sacrificium deo spiritus contribulatus. aug. Invenimus quem-
admodum ubi deus dixit nolle sacrificium
ibi deus ostendit velle sacrificium. non
vult ergo sacrificium trucidati pecoris et
vult sacrificium contriti cordis. ¶ Secundum
sacrificium cordis igne divini amoris
inflammati. de quo aug. deo suavissi-
mum incensum adolemus. cum in eius
conspectu pio sanctoque amore flagramus.
Tertium est sacrificium corporis propter deum mor-
tificati. ro. xii. obsecro vos per misericordiam dei
ut exhibeatis corpora vestra hostiam viven-
tem etc. ¶ Quartum est sacrificium cor-
poris pro deo proprio sanguine cruentati.
aug. deo cruentas victimas cedimus
si usque ad sanguinem pro eius veritate
certamus. ¶ Quintum est sacrificium
laudis. de quo in ps. Numquid manduca-
bo carnes taurorum. aut sanguinem hircorum. Immola
deo sacrificium laudis. ¶ Sextum est sacrifi-
cium misericordie. quo miserie proximi volumus
subvenire. heb. ult. beneficentie et com-
munionis nolite oblivisci. talibus enim
hostiis promeretur deus. ¶ Item aug. eodem
libro dicit quod sacrificium res divina
est. et videtur velle quod verum sacrifi-
cium opus sit et misericordie. Verum sacrifi-
cium est opus quod fit propter deum ut homo a
miseria liberetur. et deo adherendo beatus
efficiatur. Unde dicit. Verum sacrificium
est omne opus quo agitur ut sancta soci-
etate inhereamus deo, relatum ad illum
finem quo veraciter beati esse possimus.
et subdit. vera sacrificia opera sunt misericordie.
sive in nos ipsos sive in proximos. que re-
feruntur ad deum. opera vero misericordie non ob aliud
fiunt nisi ut a miseria liberemur. ac per hoc
ut beati simus. quod non fit nisi bono illo
de quo dictum est. mihi adherere deo bonum
est. Idem in eodem. Ipsa misericordia qua homini
subvenitur. si non propter deum fit non est sacri-
ficium. Ad cultum operis et pertinet thu-
rificatio que ostendit affectum nostrum
integre dirigendum esse in deum qui in
omne bonum. sicut totus fumus thu-
ris tendit sursum. exo. xxxiii. ego o-
stendam omne bonum tibi. ¶ Et nota quod
religionis cum nullus potest precise in-
venire que idem videtur esse quod latria.
secundum quosdam quadruplex est officium.
Primum est perpetrata scelera penitere:
hoc videtur esse primum sacrificium deo ac-
ceptum post mortale peccatum. In ps. sa-
crificium deo spiritus contribulatus. Secundum est
temporalium mutabilitatem parvipendere.
postquam enim anima deo eterno se religa-
vit religione fidei spei et delectationis.

de eternorum despicit transitoria. Seneca. Nemo dignus deo qui opes non contempserit. Quintum est vitam suam deo committere: quia agnoscit per fidem se habere vitam suam a deo. vult illam ei offerre: et oratione et obsequiis impetrare eam a deo dirigi. Thob. iiii. omni tempore benedic dominum et pete ab eo ut vias tuas dirigat: et omnia consilia tua in ipso permaneant. Quartum est veritatem dicere de hys que ad religionem pertinent. Fideles primo debent habere penitentiam de hys que agnoscunt fecisse se. scilicet se esse deum et esse se. Secundo despicere ea que agnoscunt esse infra se. tercio deo committere se. quarto hys qui sunt iuxta se veritatem dicere quam acceperunt de religione sua.

De dulia

Dicto de cultu latrie qui soli deo debetur: dicendum est de hys que alijs superioribus debentur. et inter ea aliquid est quod soli debetur creature ut est reverentia seu honor dulie. aliquid non quod debetur et creatori et creature. ut est obedientia. et primo dicetur de honore seu reverentia dulie. de qua hoc ordine agetur. Primo ostendetur quid sit reverentia vel honor dulie. Secundo tangetur de diversis speciebus dulie. Tercio de errore illorum qui etiam dicunt ydolatrare adorando divinos sanctos et ymagines sanctorum. Circa primum notandum quod hoc nomen dulia quandoque communiter sumitur pro servitute que exhibetur. vel deo vel creature. Unde dulia grece. servitus latine dicitur. et dulos grece dicitur servus. glo. super illud. Math. iiii. Dominum deum tuum adorabis, et illi soli servies. Servitus communis deo et hominum et cuiuscumque grece dulia dicitur quandoque autem nomen dulie restringitur ad honorem creature debitum. et secundum hoc sic describitur. dulia est cultus vel honor creature debitus et exhibitus. dulia vero est idem vel in toto vel in parte cum reverentia. prout sumitur in prima divisione iustitie prius posita, que sic describitur. Reverentia est virtus per quam personis gravibus vel aliqua prelatione sublimatis. debite honorificationis cultum exhibens. Et non quod reverentia tripliciter accipitur. Uno modo dicit motum qui est fugiendo seu resiliendo ab aliquo dicitur alicuius vel in propriam pravitatem. et vocatur iste motus timor reverentie. et huic motui virtuti respondet quandoque elongatio vel fuga qua humiles per se longe elongant se ab hys qui sunt in dignitate positi. non audentes eis appropinquare. quandoque vero reverentia dicitur honorem quem aliquis exhibet alicui gratia dignitatis ad ostendendum quod ei subiectus sit: et paratus voluntatem eius sequi. ut est assurgere venienti. assistere sedenti. inclinare transeunti. incedentem sequi. et genu flexio. quandoque autem comprehendit motum timoris. et reverentie honorem. et sic sumitur. super illud Heb. xii. patres carnis nostre habuimus eruditores et reverebamur eos. reverentia est cum timore honorem impendere. Tullius in secunda divisione posita. in parte honorem dulie comprehendit sub illa parte iustitie que dicitur observantia quam sic describit. observantia est per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu et honore dignantur. Est notandum quod hoc nomen honor multipliciter sumitur. quandoque pro dignitate. Heb. v. Nec quisquam sumit sibi honorem sed qui vocatur a deo tanquam Aaron.

Quinque u honor dicitur quod exhibetur alicui gratia
superioritatis ad ostensionem subiectionis.
uel propter prioritatem. uel nature dignitatem.
uel excellentiam in aliqua gratia. propter su
perioritatem ut ro. xiii. cui honorem honorem.
i. pe. ii. regem honorificate. propter prioritatem
tem temporis ut leuit. xix. Coram cano ca
pite consurge et honora personam senis.
propter dignitatem nature ut exo. xx. ho
nora patrem et matrem tuam. et malach. i.
si ego pater ubi honor meus. propter excellentiam
in aliqua gratia honor exhibendus est omnibus.
debemus n. credere quod omnes nos excedant
in aliqua gratia. i. pe. ii. omnes honorate. ro.
xii. honore inuicem preuenientes. glo. alter
est fraternus amor ubi mutuis se preue
niunt obsequiis. eph. v. Subiecti inui
cem in timore christi. phil. ii. In humilitate
superiores sibi inuicem arbitrantes.
glo. aug. Non hoc ita debemus arbitrari
ut nos estimare fingamus sed uere esti
memus posse esse aliquid occultum in
alio quo nobis superior sit. et si bonum no
strum quo illo uidemur superiores esse non
sit occultum. De speciebus dulie.
Sequitur de speciebus dulie. Notandum quod dignissi
ma species dulie est honor qui debetur hu
mane nature quam filius dei assumpsit.
Specialiter u honoranda est humana na
tura in christo propter inhonorationem quam in
carne sustinuit. secundum illud phil. ii. hu
miliauit semet ipsum factus obediens usque
ad mortem. mortem autem crucis. propter quod et deus exalta
uit illum etc. propter hoc ex institutione ecclesie
adoratio crucis. in qua id cui exhi
betur honor ille est christus passus. Ignomi
nia u crucis est causa illius honoratio
nis. De honoratione humane nature
a filio dei assumpte dicit glo. aug.
super illud ps. Adorate scabellum pedum

eius quoniam sanctum est. Sciendum quod in christo
terra est. i. caro que sine impietate
adoratur. hec species dulie yperdulia uo
catur. que soli humanitati christi exhibetur.
Unde glo. super illud ps. Adorate scabellum
etc. Dulia adoratio est que et creature
exhibetur. que duas species habet. Unam
que indifferenter omnibus. alteram que
soli humanitati christi exhibetur propter na
turam humanam a filio dei assump
tam. exhibendus est honor beate uirgini.
in qua et ex qua filius dei carnem as
sumpsit. Damascenus. dei genitricis
ymagines non materiam sed figuram ado
ramus. figuram hic intellige figu
ratum. siue signatum per ymaginem.
et subdit damascenus. honor n. qui est
ad ipsam. ad eum qui ex ipsa incarna
tus est reducitur. hoc dicit ideo quia pro
filium mater honoratur. Tertio exhiben
dus est honor beatis angelis et sanctis qui
sunt in statu glorie ab hiis qui sunt in
statu miserie. status n. miserie inferi
or est statu glorie. math. xi. Inter natos mulie
rum non surrexit maior iohanne baptista.
qui autem minor est in regno celorum maior
est illo. Quarto exhibendus est ho
nor hiis qui presunt in ecclesia militante
qui l. sunt in gradu superiori. ab hiis
qui sunt in gradu inferiori. qui enim
presunt sunt in loco dei. et ideo honor uel
cultus eis est exhibendus. Unde et dii uo
cantur. exo. xxii. diis non detrahes. et
principi populi tui non maledices. precipue
u honor exhibendus est hiis qui pre
sunt communiter ad spiritualia. i. thim. v.
qui bene presunt presbiteri. duplici honore
digni habeantur. maxime hiis qui la
borant in uerbo et doctrina. Quinto
exhibendus est honor amicis dei et in

statu mee qui sunt note sanctitatis. Unde qui
se reputant peccatores. cum genu flexione
suffragia solent petere a talibus. status
enim eorum secundum suam reputationem
inferior est statu aliorum. sicut status
servi a statu filii. vel domini. filius domini.
servus dominus vocari solet. Mt. xv. Non est
bonum sumere panem filiorum et mittere
canibus. canes vocat peccatores. filios iu
deos. et subditur. Et domine. nam et catelli
edunt de micis que cadunt de mensa
dominorum suorum. Intellige illos dominos qui
prius vocati sunt filii. de hoc honore
dicitur ysa. xlix. ad eorum vultu in terra
demisso adorabunt te. ¶ Et nota quod
honor quicumque exhibetur creature ab
solute. quicumque deo absolute. quicumque non ho
nor respicit relationem seu compara
tionem creature ad deum. et de illo hono
re sciendum est quod potest exhiberi deo
in creatura. ut in ymagine eius vel
in ministro eius. vel in templo ma
teriali. vel spirituali. vel in altari. vel
in aliis rebus que ad cultum dei per
tinent. et est honor latrie. et deus est id
cui proprie exhibetur honor ille. crea
tura non est medium. vel occasio aliquid
cogitandi de deo. et afficiendi in eum.
et indicandi signo exteriori affectum
illum. Si vero honor honor ille exhibe
atur creature comparatione dei. honor
dulie est. et deus est. ut cui illi honor est.
creatura enim sive consideretur ab so
lute. sive in quantum ymago dei. vel
ministrans ei. vel associata ei in una
persona. non sunt sic ab eterno. sed ince
perunt esse. Unde non videtur ei exhibenda
reverentia latrie. ¶ Et nota quod reveren
tia que debetur rebus deo dedicatis
ut loco sacro. scilicet templo vel cimiterio
vel hiis que pertinent ad ornatum tem
pli. vel sacro tempori. Videtur esse quidam
timor quo timemus intrare templum
illoti. vel non sanctificati. vel appropinquare
altari. vel aliis rebus sacris. vel con
trectare res sacras. vel inquinare
in loco. vel tempore sacro. vel violentiam in
ferre sacro loco. vel communia opera ibi
exercere. De hoc timore legitur gen.
xxviii. quam terribilis est locus iste non est
hic aliud nisi domus dei et porta celi. mala
chie. ii. leui a facie nominis mei pave
bat. cum dominus sanctus sit. in sanctitate vult
appropinquari ad eius ministerium. exo. xxviii.
aaron sanctificatus ministret michi. Quia
deum non ostendit solum ad ministerium ei
in sanctitate appropinquando. ipse ostendit et
se tamen per immunditia sua. peccatum est
recipiendo. leuit. x. arreptis nadab
et abiu filii aaron thuribulis. impo
suerunt ignem et incensum desuper
offerentes coram domino ignem alienum
quod eis preceptum non erat. egressusque ig
nis a domino devoravit eos. dixitque moy
ses. hoc est quod locutus est dominus. sanctificabor
in hiis qui appropinquant mihi. Non legitur
Christus in evangelio. in vita ista tantum nisi
per zelum ostendisse. quantum ostendit cum
vidit quod templo non exhibebatur debita
reverentia. Jo. ii. et Mt. xxi. tunc imple
tum est illud. Zelus domus tue come
dit me. Mr. xi. legitur quod non sinebat
ut quisquam transferret vas per templum.
i. cor. iii. Si quis templum dei vio
laverit disperdet illum deus. traditur
pompeio. quod postquam illi qui cum eo e
rant prophanaverant templum et stabu
laverunt equos in porticu templi
quam post pugnavit quin vinceret
qui hactenus fuerat fortunatissimus

eheliodor' volens templum spoliare di
uinitus flagellatus est. ii. machab. iii.
Sequit' de errore illorum qui dicunt ec
clesiam ydolatrare. quia ponit in ecclesiis
ymagines. et adorat diuersos sanctos. qui
error occasionem potuit habere ex illo uer
bo. exo. xx. Non facies tibi sculptile. neque
omnem similitudinem et cetera. non adorabis ea
neque coles. Item in ps. confundantur omnes
qui adorant sculptilia. Et hest. iii. legitur
de mardocheo quod solus non flectebat genua.
nec adorabat aman. cum omnes serui
regis qui in foribus palatii versabantur
hoc facerent. sic ei rex preceperat imperium.
Dan. iii. tres pueri noluerunt adorare
statuam nabugodonosor. Item apoc. ult.
prohibuit angelus iohi cum cecidisset ad pe
des eius ut eum adoraret. uide ne fe
ceris. conseruus tuus sum et fratrum tuorum.
Contrarium manifeste ostenditur ex hiis
quod dominus ymagines cherubin precepit
fieri. exo. xxv. ysaias etiam uidit dominum se
dentem super solium eius. ysa. vi. Se
raphin stabant super illud. et ezechiel
uidit ymagines .iiii. animalium. eze.
i. et iohes. apoc. iiii. quas figuras sicut
in minutis litteris scripserunt quan
tum ad illos qui legere sciunt. sic pic
turis uel sculpturis quasi grossis littere
is scribi potuit quantum ad laicos
qui legere non sciunt. Sicut enim scrip
ture littere sunt clericorum. ita pictu
re uel sculpture littere laicorum. licet
ecclesie habere ymagines. nec est hec reuo
catio ydolatrie. sed potius reuocatio ab
ydolatria. et sicut dominus uoluit sibi sac
rificia fieri ut filios israel reuocaret a
sacrificiis que ydolis fiebant ita quia
ymagines solebant fieri diis qui co
lebantur. volens ecclesia homines ab hoc
reuocare uoluit ymagines fieri in
ecclesia ad rememorandum facta memoria
digna. Damascenus. quia non omnes nosciunt
litteras nec lectioni uacant. patres ex
cogitauerunt uelut quosdam trium
phos. ymaginibus scribere. prohibuit
autem moyses fieri sculptile uel similitudi
nem falsorum deorum. ad orandum uel
colendum. unde subdidit. Non adorabis
ea neque coles. nec fuit intentio sua
prohibere omnino ut nulla similitudo fi
eret. uel nullum sculptile. cum ipse in tem
plo uerum fecerit ut in cherubim. exo.
xxv. Adoratio uero quam moyses prohibuit
fieri creature. adoratio latrie fuit non
adoratio dulie. ad id uero quod dixit an
gelus iohi. vide ne feceris. dicendum
est quod hoc dixit ut daret exemplum
humilitatis. exemplum scilicet refugien
di honorem sibi cum alicui exhibetur.
uel ad ostendendum sublimitatem hu
mane nature in xpisto sublimate. gregorius.
timet angelus adorari ab humana na
tura quam uidet in deo sublimatam. uel
quia periculosa est talis adoratio propter fa
cilem declinationem in ydolatriam.
Unde aug. loquens de angelis uenien
tibus ad abraham. duplici inquit de
causa aliquis est attendus a bono. uel
propter maius bonum aggrediendum. ut
dominus reuocauit uolentem sepelire pa
trem suum. ch. viii. uel propter facilem
declinationem in malum. Et nota quod
spirituales substantie licet corporee non sint
tamen signari possunt corporeis yma
ginibus illarum rerum. in quibus quandoque
leguntur apparuisse. ut angeli qui
apparuerunt loth et abraham sump
tis corporibus humanis. in figura hu
mana depinguntur. Item nota quod propter hoc

quia angelus sathane transfigurat se in an-
gelum lucis. vel in specie christi. si appareat
aliquis alicui in specie angeli vel christi.
et ei constet ei cui apparet. an sit an-
gelus vel christus. adorare potest christum
simpliciter ubicumque ipse sit. recognoscen-
do eum filium dei eternum. omnipoten-
tem. non tamen debet adorare eum in eo qui
ei apparet. nisi sub conditione. scilicet si ipse
est christus. mathei xxiiij. Si quis vobis dixerit
ecce hic est christus. aut illic. nolite cre-
dere. Item exhibere potest debitam re-
verentiam omnibus beatis angelis dei
ubicumque sint. illi vero qui apparet non
simpliciter sed sub conditione. scilicet si est de
beatis angelis dei. De oratione.

Post latriam et duliam tractabitur
de oratione. ab eo enim cui cultus
latrie vel dulie impenditur. oratione
beneficium impetramus. et honor latrie
vel dulie efficaciam reddit orationem.
secundum illud eccli. xxxv. qui adorat deum
in oblectatione suscipietur. et deprecatio
illius usque ad nubes appropinquabit.
Preterea oratione quodammodo dei maiesta-
tem profitemur. dum pro defectibus nostris
supplendis. ad eum quasi ad fontem boni-
tatis orando recurrimus. Item cum ab
eo postulamus ea que soli potentie di-
vine possibilia sunt. et soli liberalita-
ti divine congruunt. ut est collatio
regni celestis. De oratione vero hoc mo-
do tractabitur. Primo ponentur diver-
se acceptiones huius nominis oratio.
secundo descriptiones eius. tercio com-
mendationes. quarto agetur de
hiis preparatione orationis. quinto de
impedimentis eius. sexto ostendetur
cui orandum. septimo ubi orandum.
octavo quando orandum. nono quomodo oran-
dum. decimo agetur de speciebus orationis.

Circa nomen orationis distinguitur.

Circa primum notandum quod oratio quandoque dicitur omne
bonum. Unde super illud. i. thess. ult. sine
intermissione orate. dicit glo. Semper o-
rat qui semper bene agit. Quandoque vero ora-
tio dicitur iusticia seu bonitas hominis
que apparens deo in filiis eius. quasi que-
dam ymago dei. hec est vultus orationis
apud deum. sicut et apparitio filii dei
coram patre suo. est enim oratio pro nobis. hebr.
ix. Ihesus introivit in celum ut appare-
at nunc vultui dei pro nobis. sic sumi-
tur orare in glo. super illud. i. thess.
ult. Sine intermissione etc. Iustus num-
quam desinit orare nisi desinat iustus esse.
et b. ad fratres de monte dei. Specialiter dicitur
de caritate. a qua maxime est boni-
tas in anima. quod ipsa est oratio numquam
deficiens. caritas inquit que numquam
deficit ipsa est sine intermissione oratio.
et subdit. est enim quedam vigor bonitatis
mentis. et bene compositi animi [illegible]
preciens deum. in filiis dei bonitatis quasi
similitudo. Quandoque oratio dicitur petitio boni
ut dirigatur ad deum. sive ad angelos.
sive ad sanctos. sic letania oratio est vel oratio-
nes. Quandoque vero strictius sumitur. ut di-
catur oratio petitio boni. que ad deum di-
rigitur. et sic maxime a magistris de-
scribitur. ut inferius patebit. quandoque
vero amplius restringitur. scilicet ad petitio-
nem que est pro adipiscendis bonis.
Unde glo. super illud ps. Exaudivit dominus
deprecationem meam. do. o. m. sus. etc. depre-
catio est pro removendis malis. oratio pro
adipiscendis bonis. Describitur oratio.

Circa secundum notandum quod oratio sic describitur
a iohanne damasceno. oratio est ascensus
intellectus ad deum. Intellectum vero hic ac-

capias. parit comprehendit duas uires que sunt partes anime rationales. quarum una est apprehensiua. altera motiua. apprehensiua dicitur intellectus speculatiuus. motiua intellectus practicus. Intellectus speculatiuus ad deum ascendit. cum a consideratione humanorum defectuum ad considerationem boni sufficientissimi et potentissimi supplere defectus illos transit. et innuitur in hoc modus quo debet procedere qui uult orare. Primo enim debet defectus suos considerare. deinde ascendere ad eius liberalitatem que hoc potest supplere. Unde iii. Reg. viii. dixit salomon templo edificato. Siquis cognouerit plagam cordis sui et extenderit manus suas in domo hac. tu exaudies in celo etc. Intellectus practicus ad deum ascendit desiderio et spe. a liberalitate eius sperando impleri desiderium suum.

¶ Item oratio sic describitur a iohanne damasceno. oratio est petitio decentium a deo. non decet dei filios omnia indifferenter petere. non sunt petenda a deo non honesta. Seneca in epistolis. Turpissima inquit dementia est hominum turpissima uota deo insusurrant. ut si quis aurem admouerit conticescant. et quod scire hominem nolunt deo narrant. sic uiue cum hominibus tamquam deus uideat. sic loquere cum deo tamquam homines uideant. Non decet filios dei petere uilia et sensibilia ista que sunt transitoria et corruptibilia. Seneca in epistolis. maior sum et ad maiora natus quam ut mancipium sim sensuum meorum. Non decet uiros uirtutis petere puerilia. i. cor. xiii. cum factus sum uir euacuaui que erant paruuli.

¶ Item oratio sic describitur. oratio est pius mentis affectus in deum directus. ille affectus desiderium est. Unde super illud i. thess. v. Sine intermissione orate dicit glo. ipsum desiderium bonum oratio est. et si continuum est desiderium. continua est oratio. pietas a qua pius est affectus qui est oratio. est theosebia siue cultus deo debitus. qui comprehendit fidem. spem et caritatem. Unde aug. de orando deo ad probam. ipsa fide et spe et caritate continuo desiderio semper oramus. Idem in eodem. ora in spe. ora fideliter et amanter. affectus qui est oratio in deum. dicitur dirigi ad modum nuntii. est enim uelud nuntius ab homine ad deum missus. Unde super illud ps. Intret oratio mea in conspectu tuo. dicit glo. Uirtus magna pure orationis hic notatur. que quasi persona quedam ad deum intrat et mandatum peragit quo caro peruenire nequit. In libro de spiritu et anima sic describitur. oratio est mentis conuersio in deum. per pium et humilem affectum. Gregorius in sexta parte moralium dicit. quod ueraciter orare est. amaros compunctionis gemitus et non composita uerba resonare.

¶ Item oratio magistraliter sic describitur. oratio est ostensio uoluntatis nostre ei a quo impetrare speramus id quod desideramus.

Commendatio orationis.

Sequitur de commendatione orationis. Notandum quod ad commendationem orationis primo ualere potest frequens admonitio quam scriptura sacra facit ad orandum. eccli. xviii. Non impediaris orare semper. Je. xxxiii. clama ad me et exaudiam te. i. mach. v. et nunc clamemus in celum. luc. xi. petite et dabitur uobis. querite et inuenietis. pulsate et aperietur uobis. aug. Non tantum hortaretur ut peteremus. nisi dare uellet. erubescat humana pigritia. plus uult ille dare quam nos accipere. plus uult ille misereri quam

nos a miseria liberari. ¶ It. luc. xxii.
et m. xxvi. Vigilate et orate ne intre-
tis in temptationem. ro. xii. orationi in-
stantes. Idem. col. iiii. i. thess. ultimo.
Sine intermissione orate. Jac. i. Si
quis indiget sapientia postulet a deo et c.
eidem. v. tristatur aliquis vestrum o-
ret. i. pe. iiii. Vigilate in orationibus.
¶ Secundo exempla. et inter ea est effica-
cissimum exemplum xpisti qui licet oratio-
ne non indigeret cum per se omnia posset.
tamen ut daret nobis exemplum orandi.
totiens orabat. de eius oratione habetur m.
xiiii. dimissa turba ascendit in mon-
tem solus orare. It. eidem xxvi. sede-
te hic donec vadam illuc et orem. et
progressus pusillum procidit in faciem
suam orans et dicens. pater mi et c. et
paulo post. Iterum secundo abiit et oravit
dicens. pater mi et c. et subditur. et oravit
tertio eundem sermonem. It. m. i. dilu-
culo valde surgens. egressus abiit
in desertum locum. ibique orabat. It.
luc. iii. Ihesu baptizato et orante ap-
tum est celum. et eidem vi. factum est in
diebus illis. exiit in montem orare. et
erat pernoctans in oratione dei. It. eidem
ix. facta est dum oraret species eius altera.
It. xi. factum est cum esset in loco quodam
orans. ut cessavit. dixit unus ex
discipulis eius ad eum. domine doce
nos orare. It. eidem. xxii. et factus in
agonia prolixius orabat. eidem. xxiii.
pater dimitte illis quia nesciunt
quid faciunt. et Io. xii. pater salvifi-
ca me ex hac hora. It. eidem. xvii.
habes multum de oratione eius. Ad com-
mendationem et orationis valere possent
exempla alia. et causa brevitatis pau-
ca de illis tangamus. legitur luc. ii.
de anna quod non discedebat de templo. ie-
iuniis et obsecrationibus serviens die ac
nocte. et act. i. Erant omnes perseverantes
in oratione unanimiter cum mulieribus
et maria matre ihesu et fratribus eius. et eidem
x. ascendit petrus in superiora domus
ut oraret. et de beato martino legitur
quod et moriens invictum ab oratione spiritum
relaxabat. et de paulo primo heremita
legitur. quod mortuus quasi orabat. videba-
tur signum orantis. ore et manibus
in celum erectis. cum inventum fuit
scilicet cadaver eius a predicatu arbore
a beato antonio qui de eo ait. petere
assidue. quicumque oraret dominum videt
qui non desinit orare mortuus. et de
aliis alphei ex iugo in fletus sepissime
ex assiduitate orandi contraxerunt
in genibus suis duritiem camelorum.
et bartholomeus centies in die. centi-
es in nocte ante dominum genua flecte-
bat. ¶ Tertio quod filius dei adeo dili-
genter nos voluit instruere ad o-
randum. vix. n. est aliquod opus ad quod
nos diligenter instruxerit. ipse enim
docuit quid orandum. et ubi. et quando.
et quomodo orandum. et quo fine. et qua
necessitate. ut in sequentibus patere pote-
rit. Nolumus nos negligenter addiscere
quod adeo diligenter voluit docere. Ver-
cundum est discipulis xpisti ignorare
quod magister eorum diligentissime docuit.
It. verecundum est eis raro facere
magister eorum tam frequentavit. ¶ Quarto
dignitas angelorum orationes nostras deo
offerentium. thob. xii. dixit angelus
thobie. quando orabas cum lacrimis et
sepeliebas mortuos tuos. ego obtu-
li orationem tuam domino. Non dz homini
esse honorosum exercitium illud domini

rere quod angelus non dedignatur exercere. immo plus est ipse christus, qui in quantum homo est summus sacerdos. illud offert deo patri. quod figuratur in hoc quod diaconus thuribulum tradit sacerdoti, et sacerdos thurificans deo. sic christus orationes nostras deo patri presentat. que presentatio multum facit ad valere. quando enim a deo contempnitur quod a tanto mediatore et presentatur.

Quinto preeminentia quam habet respectu aliorum operum. oratio preminet respectu lectionis. ysidorus. orationibus mundamur. lectionibus instruimur. utrumque bonum est, si liceat. si non liceat, melius est orare quam legere. Item preeminentiam habet respectu ieiunii et elemosine. primo in hoc quod oratio est respectu eius quod supra nos est, scilicet respectu dei. elemosina vero et ieiunium respectu eius quod est iuxta nos vel infra nos. Unde cum oratio ad digniorem ordinetur, in hoc videtur esse dignior. Preterea ieiunium et elemosina videntur servire orationi. sunt enim velut due ale de quibus dicit ysidorus. qui vult orationem suam volare ad deum, faciat illi duas alas ieiunium et elemosinam. tho. xii. bona est oratio cum ieiunio et elemosina. oratio columba est. avis scilicet spiritus sancti, que ramum olive apportat dum pacem hominibus impetrat. ideo dicimus eam esse spiritus sancti, quia devota oratio a spiritu sancto est. ro. viii. ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. bernardus. tepida est omnis oratio nisi eam precedat inspiratio.

Sexto facilitas huius operis. si dicatur alicui ut det elemosinam. potest excusare se. cum non semper habet homo argentum in bursa. si dicatur ei quod ieiunet. potest excusare se cum multi propter debilitatem capitis ieiunare non possint. sed ab oratione nullus potest se excusare. quilibet enim potest habere orationem. saltem mentalem et secretam. unde ps. apud me oratio, et cetera. super illud. iustus autem miseretur et tribuet. dicit glo. semper est aliquid in cisto quod det. saltem orationem ex corde. solam orationem quasi spirituale tributum. anima offert deo de suis visceribus.

Septimo quod hoc opus honorabile est. multa sunt officia que aliquibus cederent ad dedecus. sicut arare vel fodere. sed orare deum nulli quantumcumque nobili cedit ad dedecus. quia cum oramus ipsi cum deo loquimur. quod sine dubio magnus honor est. ysidorus. qui vult cum deo esse frequenter oret et legat. nam cum oramus ipsi cum deo loquimur. cum vero legimus deus nobiscum loquitur.

Octavo quia officium istud valde lucrosum est, quod per hoc potest ostendi ex hoc quod nichil est ad quod oratio valere non possit. unde ii. paral. xx. Cum ignoramus quid agere debeamus hoc solum habemus residui, ut oculos nostros ad te dirigamus. hoc est officium quod potest homo lucrari omni tempore in hyeme et in estate, in sereno et in pluviali tempore, de nocte et de die, festivis diebus et ferialibus, in infirmitate et sanitate, in iuventute et senectute, stando et eundo, in domo et extra domum. quandoque una hora plus lucratur homo orando quam valeat civitas una. quia modica oratione devota acquirit homo regnum celorum.

Nono oratio de necessitate quam in presenti habemus. tria solent esse occasio clamandi hominibus. ignis. aqua. hostes. hec tria quasi singulis diebus invitare debent nos, ut ad deum in oratione clamemus. ysa. v. est dictum in quo domus consistit nostra non succendatur igne infernali. scilicet igne concupiscentie prave. unde necesse habemus clamare ad aquam divine gratie et ad aquam

lacrimarum recurrere. Ignis iſte aliquando ex
parte una extinguitur. ex alia parte ac
cenditur. ex ipſa enim aqua lacrimarum
unde debuit extingui. eciam uires ſu
mit. ut cum aliquis [illegible] uane glo
riatur. de hoc quod peccata ſua deplorat. Item
uix eſt dies in quo homo non ſentiat
fluctus malarum cogitationum ſuper
caput cordis ſui. ut neceſſe habeamus
frequenter clamare illud. Math. viii. domine
ſalua nos perimus. Item uix eſt dies. in
quo hoſtes ſuos non uideat ad portas
caſtri ſui. ut cum uerba mala in ore
habet. ut cum fatuam mulierem aſpicit.
oratio multum competit loco in quo ſumus.
ſumus enim in ualle miſerie. Ideo neceſſe ha
bemus ad dei miſericordiam frequenter orando
clamare. pugnam habemus cum eo de
quo ſcriptum. Job. xli. Non eſt poteſtas
in terra que ei ualeat comparari. ideo
neceſſe habemus frequenter dei auxilium
inuocare. In futuro ceſſabit hec pugna.
ideo non erit ibi oratio neceſſaria. Aug. de oran
do deo. In uita eterna non erit ulla tempta
tio. itaque nec oratio. non enim erit boni pro
miſſi expectatio. ſed reddita contemplatio.

Decimo commendabilis eſt oratio a
multiplici ſuo effectu. Nota quod oratio inf
irmitatem corporis ſanat. eccli. xxxviii. fili
in tua infirmitate ne deſpicias teip
ſum. ſed ora dominum et ipſe curabit te. Jac.
ult. Oratio fidei ſanabit infirmum. Item
uitam prolongat. yſa. xxxviii. audiui
orationem tuam et uidi lacrimas tuas. ec
ce ego adiciam ſuper dies tuos xv. an
nos. Item a principe iniquo. baruc ab
obprobrio liberat. ut ſaram filiam ra
guelis. Tho. iii. liberat et a mortis
periculo ut ſuſannam. Dan. xiii. Item a prin
cipe iniquo. baruc. iiii. clamate ad
dominum et eripiet uos de manu principum
inimicorum. et act. xii. liberatus petrus de
carcere. oratio ſine intermiſſione ora
te pro eo. Item ionas orans de uentre ceti
liberatus eſt. Jone. ii. Item oratio ſanat
morbos ſpirituales. Jac. ult. Infirmatur
quis ex uobis inducat preſbiteros eccle
ſie et cetera. et ſi in peccatis ſit dimittentur ei.
Jero. Jeiunio ſanantur peſtes corporis ora
tione peſtes mentis. Item oratio et in bello ma
teriali triumphat. exo. xvii. cum leuaret
manus moyſes uincebat iſrael. Judith iiii.
memores eſtote moyſi ſerui dei. qui
amalech non ferro pugnando. ſed precibus
ſanctis deiecit. glo. ſuper num. plus ualet
unus ſanctus orando quam innumeri peccatores pre
liando. oratio ſancti celum penetrat. quomodo inte
rius hoſtes non uincat. plus [illegible]
[illegible] acquirit de celo una hora orando quam
mille milites armati acquirant de ter
ra longo tempore preliando. Item de hoſtibus
ſpiritualibus triumphat. yſidorus. hoc eſt reme
dium eius qui uiciorum temptamentis e
ſtuat ut quotiens quolibet tangitur
uicio. totiens ſe ad orationem ſubdat. quia
frequens oratio uiciorum impugnationem extin
guit. dicebat magiſter cantor pariſienſis
qui moleſtatur luxuria uel ſimili. certum
numerum genuflexionum cum lacrimis
ſibi conſtituat. Item oratio demones fugat.
Math. xvii. et mar. ix. hoc genus demoniorum
non eicitur niſi per orationem et ieiunium. Item
demones cruciat. unde clamabat quidam
demonio plenus. bartholomee apoſtole dei
incendunt me orationes tue. Item oratio
hominem illuminat. unde ſuper illud. act. x. e
rat petrus in cenaculo orans. dicit aug.
oratione melius ſoluuntur dubia quam inqui
ſitione alia. Item ad amorem dei inflam
mat. unde. iiii. reg. i. deſcendit ignis de

celo ad orationem helye. Item mundat, ysidorus.
orationibus mundamur. Item consonat. luc. xxii.
positis genibus orabat dicens. pater et c. et
subditur. apparuit ei illic angelus de
celo confortans eum. Bernardus. ad fines de mo
re dei. ad amorem dei oratio illustrat et con
firmat maxime consolationes ab angelis
in oratione recipiuntur. eccli. xxxv. qui
adorat deum in oblectatione suscipietur. luc.
ix. ascendit ihesus in montem ut oraret. et
factum est dum oraret species vultus eius altera.
et vestitus eius albus refulgens. Item oratio
ad tranquillitatem valet. i. thi. ii. obsecro primo
omnium fieri. obsecrationes. orationes et c.
ut quietam et tranquillam vitam agamus.
tob. viii. Sed diluculo consurgentes ad
dominum et omnipotentem suis deprecatur. sta
tim evigilabit ad te. et pacatum reddet
habitaculum tuum. nec solum oratio operatur
in terra. sed et in celo. gregorius. magna virtus
orationis. que effusa in terra in celo operatur.
ipsa celum apertum aperit. luc. iii. ihesu bap
tizato et orante. apertum est celum. ipsa et
claudit. ut patet in oratione helye. e. iii. Reg.
xvii. iacobi v. multum valet deprecatio
iusti assidua. helyas homo erat similis nobis
passibilis. et oratione oravit et c. oratio et deum
mitigat. unde super illud tho. iii. ubi dicitur
quod sarra tribus diebus et tribus noctibus neque
manducavit neque bibit. sed in oratione per
sistens. deprecabatur deum cum lacrimis.
dicit glo. oratio deum lenit. lacrima cogit.
hec ungit. illa pungit. oratio velut quod
dam scutum ab ira dei protegit. unde sap.
xviii. properans homo sine querela deprecari
pro populis. proferens servitutis sue scu
tum orationem. et per incensum deprecatio
nem allegans restitit ire. oratio quodam
modo tenet deum. et hoc in exodo xxxii.
dimitte ut irascatur furor meus contra eos.

gregorius. quid est dicere sermo dimitte me. nisi
deprecandi ausum prebere. quasi diceret. pensa
quantum apud me valeas et cognosce quod
obtinere potes quicquid pro populo oras. ps.
xliii. Non est qui invocet nomen tuum. qui
consurgat et teneat te. iere. vii. Noli o
rare pro populo hoc. et ne assumas pro eis
laudem. et orationem. et non obsistas mihi. Item
oratio celestem curiam quasi quadam redo
lentia delectat. apo. v. habebant phia
las aureas plenas odoramentorum que
sunt orationes sanctorum. oratione sancti impetratur
apud deum quod voluntur secundum promissiones a
christo factas. math. xviii. Si duo ex vobis con
senserint super terram de omni re quamcumque
petierint. fiet illis a patre meo. et idem
xxi. omnia quecumque petieritis in oratione
credentes accipietis. et luc. xi. petite
et dabitur vobis et c. Item io. xvi. petite et
accipietis. De preparatione orationis.

Sequitur de preparatione orationis. ad quam
monemur. eccli. xviii. ante orationem
prepara animam tuam. et noli esse quasi homo
qui temptat deum. orans tunc deum
temptare videtur. cum id pro quo orat
nec impetrare desiderat. nec se accep
turum sperat. preparatio multum valet
ad hoc ut oratio exaudiatur. ps. preparationem
cordis eorum audivit auris tua. huius
preparationis figura est. preparatio quam fa
cit sacerdos celebraturus induendo se
sacris vestibus. Item hanc preparationem
nobis commendat templi edificatio et
ornatus ipsius. prius edificavit salomon
templum. deinde ad deum oravit. iii. Reg.
viii. Et nota quod duplex est preparatio ad
orandum. quedam propinqua quedam
remota. Ad remotam preparationem
primo pertinet quod homo bene vivat. gregorius.
super iob. Sunt nonnulli intra eccle

qui plures ad deum preces habet. Sed tamen
desperantium non habent. Idem in dialogo. Quid
mirum si postulantes tarde a domino ex-
audimur. qui preceptorem dominum tarde
aut nullo modo audimus. Idem in moralibus.
clamorem angustie tempore non audit. qui a
tranquillitatis tempore in preceptis suis ipse
clamantem dominum non exaudivit. ysidorus.
Non potest habere precum certam fiduci-
am. qui adhuc in preceptis dei pigritat.
et quem peccandi recordatio delectat. qui
a preceptis dei avertitur. quod in oratione
postulat non meretur. nec impetrat ab
illo bonum quod poscit. cuius legi non obedit.
Idem. si id quod deus precepit facimus. id quod
petimus sine dubio optinemus. i. Jo. iii.
Si cor nostrum non reprehenderit nos. fidu-
ciam habemus ad deum quicquid petieri-
mus accipiemus ab eo. quoniam mandata eius
custodimus. Augustinus in libro de opere monachorum.
citius exauditur una obedientis
oratio quam decem milia contemptoris. psalmus. Oculi
domini super iustos et aures eius in preces eorum.
secundum ysidorum. necnon oratione opera-
tio. et opere fulcitur oratio. moyses oratione
pugnans contra amalech manus habebat
ad dominum levatas. exo. xvii. treno. iii. Leve-
mus corda nostra cum manibus ad dominum.
ysidorus. cor cum manibus levat. qui oratio-
nem cum opere sublevat. In psalmo. eleva-
tio manuum mearum sacrificium vespertinum.
quod sacrificium erat dignius. i. thi. ii. vo-
lo viros orare in omni loco. levantes
puras manus. Item ad preparationem
remotam specialiter videtur pertinere ieiu-
nium et elemosina. que specialiter iuvant oratio-
nem. Unde cum thure in quo significatur
orationis devotio. offerunt magi au-
rum in quo significatur elemosina. et myrram
in qua significatur maceratio carnis.

que est per ieiunium. actus x. hec sunt du-
ale orationis de quibus loquitur ysidorus
tho. xii. bona est oratio cum ieiunio. ysidorus.
qui ieiunio corpus suum macerat et
misericordiam assumit dei misericordiam provo-
cat et sic orationem iuvat. dan. ix. posui fa-
ciem meam ad dominum deum meum roga-
re et deprecari in ieiunio. sacco et cinere.
qui non elemosinam dat dum misericordiam pro-
exigit dominum sibi misericordem inveniet.
math. v. beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur.
ysa. lviii. frange esurienti panem tu-
um etc. tunc invocabis et dominus exaudi-
et. clamabis et dicet ecce assum quia
misericors sum dominus deus tuus. qui vult
aliquid ab aliquo impetrare. premittit
munera ut facilius impetret. eccli. xxix.
conclude elemosinam in sinu pauperis et hec
exorabit pro te. Item ad preparationem
remotam videtur pertinere confessio pec-
catorum. Ja. ult. Confitemini alterutrum
peccata vestra et orate etc. et sacerdos celebra-
turus missam facit generalem confes-
sionem. Ad propinquam vero preparatio-
nem primo videtur pertinere revocatio
cordis ab exterioribus ad interiora. cum in-
tentione eius. math. vi. tu autem cum oraveris
intra in cubiculum tuum. et clauso
hostio ora patrem tuum etc. Ingressus
in cubiculum est cordis revocatio. clau-
sio hostii est cordis retentio. Facturus
est deum invocare ut ad se veniat et
gratie etiam conservat. si homo cum non expe-
rat. Bernardus. omnes nobis causamur deesse
gratiam. sed iustius gratia ipsa conqueritur
non nullos sibi deesse. Idem. sic pauper
cum multis clamoribus invocat suum
distributorem elemosinarum. diurnicula capiat.
ysidorus. purgandus est primum animus
atque a temporalium rerum cogitationibus

segregandus, ut pura acies cordis ad de
um vere et simpliciter dirigatur. Ideo pura
est oratio quam in suo tempore sciens non intue
tur. longe enim a deo est animus
qui in orationibus cogitationibus secularibus fuerit
occupatus. Secundo pertinet ad preparationem
preparationem consideratio sui ipsius.
ad similitudinem de monte dei. debemus nosmet
ipsos coram deo constituere quasi facie ad
faciem. et in lumine eius perspicere tri
bulationem de nobis ipsis nobis venien
tem. Ysidorus. cum deo assistimus. gemere
et flere debemus. reminiscentes quia
gravia sunt que commisimus. quanto
inferni supplicia que timemus.
Videbat quidam quod latrones et trutan
ni docuerant eum orare. latro atten
dens quid fecerit. et quod tormentum sibi
preparatum sit. Inter hec duo cum multis
lacrimis misericordiam petit. trutanni
ea que sunt miserabiliora in eis
improbissime ostendunt. et que sana
sunt abscondunt. ut magnitudo mi
serie ad misericordiam excitet. iii. Regum viii. Si
quis cognoverit plagam cordis sui et
extenderit manus suas in domo hac.
exaudies eum in celo. ex consideratione
peccatorum provenit luctus qui multum va
let in oratione. ut inferius ostendetur.
Ysidorus. Peccatorum recordatio merore gig
nit luctus qui mentem puriorem reddit
et valet ad hoc. ut oratio exaudiatur.
Augustinus. munda tu cubiculum cordis mei
qui exaudiet. et super illud psalmus. Iniqui
tatem si aspexi in corde meo. dicit glossa.
puritas orationis exauditur. libanus hebrea
lingua candor interpretatur. lingua vero greca
thus. candor enim puritatis et devo
tio orationis que in thure designatur
congrue sibi iunguntur. Item ex consi

deratione peccatorum humilitas provenit que
multum iuvat orationem. Ecclesiastici xxxv.
oratio humiliantis se nubes penetrabit.
Item consideratio status periculosi mul
tum valet ad augmentum desiderii et
magnitudo vero desiderii multum iuvat
orationem ad hoc ut exaudiatur ut infe
rius patebit. Tertio pertinet ad prepa
rationem proximam ut attendatur ad eum
cui sacrificium orationis offertur. in
psalmo. Vacate et videte quoniam ego sum deus.
multum deberet nos reddere attentos
in oratione hoc quod cum domino maiestatis
loquimur. Genesis xviii. dicit abraham lo
quar ad dominum meum cum sim pulvis
et cinis. B. loquens de proficiente. admo
nendus est inquit quanta potest puri
tate cordis intendere in eum cui sa
crificium orationis offertur. scilicet primum
intendere qui offert. intelligere
quid offert. Christum enim videt vel
intelligit illum cui offert. tantum ei
in affectu est. sicut secundum ligna sil
ve exardescit ignis. Ecclesiastici xxviii. sic secundum
diversas meditationes de deo sequuntur
diverse affectiones. meditationem
iusticie divine sequitur affectio timo
ris. meditationem misericordie affectio spei.
meditationem sapientie. omnia nuda vide
tis. affectio erubescentie. meditatio
nem excellentie. affectio honoris. me
ditationem bonitatis vel beneficentie.
affectio gratitudinis vel amoris. me
ditationem suavitatis divine. affec
tio que potest dici sancta esuries. secundum vero
affectum mentis. sequitur affectus orationis.
Augustinus. de orando deo ad probam. dignior
inquit sequetur effectus. quem ferven
tior precedit affectus. Affectio spei specialiter
valet ad impetrandum. B. quatenus

in bonis domini pedem fiducie porrexeris
eatenus possidebis. Idem. nichilominus
potentiam inerbi clariorem reddit.
quoniam omnipotentes facit omnes qui
in se sperant. denique omnia possibilia sunt
credenti. Voluit xpistus orantes specialiter
attendere quod deus pater eorum est, ut fiduciam
ampliorem haberent impetrandi quod peterent.
naturale enim dinoscitur esse patris filiis
utilia providere. Unde cum dixissent
discipuli ei. domine doce nos orare. Respondit. cum oratis dicite pater noster. luc. xi.
et in eodem. Si vos cum sitis mali
nostis bona data dare filiis vestris.
quanto magis pater vester celestis dabit spiritum
bonum petentibus se. et Jo. xvi. Si quid
petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.

De impedimentis orationis

Sequitur de impedimentis orationis.
Dixit abbas euagrius. magnum est
quidem sine impedimento orare. maius
est psallere sine impedimento. Dicebat abbas agathon. nullum laborem
tantum esse in religione quantum orare dominum.
dyabolus enim nullum opus tantum conatur
interrumpere, quantum orationem devotam.
aliud enim opus quodlibet perficiatur habet aliquam
requiem. oratio autem nullam. et possunt
enumerari .xii. impedimenta orationis.

Primum est peccatum orantis. ysa. i. Cum
multiplicaveritis orationes vestras non exaudiam. manus enim vestre sanguine plene sunt. ps. Iniquitatem si aspexi in
corde meo non exaudiet dominus. ysa. lix.
peccata vestra absconderunt faciem eius a
vobis ne exaudiret. Jer. v. peccata vestra
prohibuerunt bonum a vobis. tren. iii.
Nos inique egimus et ad iracundiam
provocavimus. ideirco inexorabilis es.
In eodem. opposuisti nubem tibi ne transiret oratio. Jo. ix. Scimus quod peccatores deus
non audit etc.

Secundum est orantis dubietas. Ja. i. postulet in fide nichil hesitans. et subditur. qui hesitat non existimet homo ille quod accipiat aliquid
a domino. b. Indignus celesti beneficio esse
convincitur qui deum dubio querit affectu.

Tercium est quod non petitur quod petendum
est. quod scilicet utile est quod petitur. vel non expediens petenti. Jo. xvi. Usque modo non petistis
quicquam. glo. quod aliquid sit comparatione permanentis. Mat. xx. Nescitis quid
petatis. dictum est filiis zebedei petentibus
honorem. et paulo petenti amotionem
stimuli que sibi non expediebat. dictum est
sufficit tibi gratia mea. nam virtus in
infirmitate perficitur. ideo frequenter
ecclesia non exauditur, petendo amotionem
tribulationum. ysa. xxvi. misereamur
impio et non discet facere iustitiam. Ja.
iiii. Petitis et non accipitis eo quod male
petatis. ysidorus. multi orantes non exaudiuntur. providet enim deus illis meliora quam
petunt. sicut contingere solet pueris
qui ne in scolis vapulent deum exorant.
sed non datur illis postulationis effectus.
quia impedit tales exauditio ad profectum.

Quartum est indignitas eius pro quo
oratur. Jere. vii. et xi. Noli orare pro populo isto. neque assumas pro eis laudem et orationem. quia non exaudiam. eidem. xv. Si steterit moyses et samuel coram me non
est anima mea ad populum istum. In vitis patrum. Quidam frater patiebatur molestiam a spiritu fornicationis et abiit sepe ad
seniorem ut pro se oraret. cumque frequenter
oratio senioris eum non iuvaret. dominus
nocte seniori ostendit negligentiam
fratris esse in causa quare non exaudiretur. Videns
enim senior monachum sedentem

spiritum fornicationis in diversis formis mu
lierum ludentem apud ipsum. et ipsum eis
eis delectari. vidit et angelum domini astan
tem et indignantem graviter contra eundem
fratrem. quia non surgebat nec prosternebat
se in orationibus ante dominum. sed magis de
lectabatur in cogitationibus suis. cog
novit igitur senior culpam fratris esse quod ipse
exaudiebatur pro eo. et dixit fratri. impos
sibile est discedere a te fornicationis
spiritum. aliis pro te orantibus nisi tu ipse labo
rem assumas. ieiuniis. orationibus. vi
giliis. rogans dominum cum gemitu. au
diens frater verba senioris compunctus est
inde. et per afflictionem corporis meruit
gratiam dei. Quintum est cogitatio
num malarum multitudo. ecclesiastes. x. musce
morientes perdunt suavitatem unguen
ti. genesis xv. abigebat abram volucres
a sacrificio. i. machabeorum. ii. templum eius sicut
homo ignobilis. templum spirituale est
ut homo ignobilis. cum in mundis
cogitationibus occupatur. Sextum est con
temptus divine legis. proverbiorum. xxviii. qui
declinat aurem suam ne audiat le
gem eius oratio erit execrabilis. proverbiorum. i.
vocabunt me et non exaudiam et cetera.
usque ero sicut nunc hunc discipulum. Se
ptimum est duricies. que duplex est.
quedam in pauperes. de qua proverbiorum. xxi.
qui obturat aurem suam ad clamorem
pauperis. clamabit et ipse et non exaudie
tur. alia est ad eos qui offenderunt
eum aliquis non vult eis remittere. ecclesiastici.
xxviii. relinque proximo tuo nocenti
te. et tunc deprecanti tibi peccata solventur.
ibidem. homo homini servat iram. et
a deo querit medelam. marci. xi. cum sta
bitis ad orandum dimittite siquid habe
tis adversus aliquem. ut et pater tuus

qui in celis est. dimittat vobis pecca
ta. Octavum est peccati additio. ecclesiastici.
xxxiiii. unus edificans et unus male
dicens. cuius vocem exaudiet deus. opus
malum orationi additum est sicut que
dam maledictio vel mali imprecatio.
que orationi adiciatur. quia peccatum ad
dit quod elongat se a deo. et ideo difficile
a deo exauditur. psalmus. qui elongant se
a te peribunt. Nonum est prolongatio iniqui
tatem suam. ysaias. lv. invocate eum dum
prope est. iacobi. iiii. Appropinquate deo et
appropinquabit vobis. deo appropinquat
qui a malo opere cessat. De hoc impe
dimento et precedenti tangit ysidorus
dicens. duobus modis oratio impeditur
ne impetrare quisquam valeat po
stulata. hoc est. si aut quisque adhuc
mala committit. aut si delinquenti
sibi debita non dimittit. Idem. sicut nullum
proficit in vulnere medicamentum si
adhuc ferrum in eo sit. ita nichil
proficit oratio illius cuius adhuc dolor
in mente vel odium manet in pectore.
Nonum est diaboli suggestio. que
multos ab oratione retrahit. unde gregorius
in dialogo in quadam abbatia pom 5
periani abbatis. quidam monachus
non poterat stare in oratorio in oratio
ne. sed semper exivit. qui sepe corre p
tus noluit emendare. sed cum qua
dam die beatus benedictus venisset ad
eum corripiendum. vidit quendam
nigrum puerulum tenentem eum
per fimbriam vestimenti. cumque orasset
per biduum. videns. pompeianus et mau
rus. illi tres viderunt puerulum
illum. et beatus benedictus monachum ver
bere corripuit. et demon recessit.
ac si ipse esset verberatus. Decimum

est puritas desiderij. aug. seruat tibi deus
quod non uult cito dare. ut tu discas
magna. magne desiderare. greg. in mo
ralibus. etiam uitam si ore petimus.
nec tamen corde desideramus. claman
tes tacemus. ps. tacui dum clamarem
tota die. ¶ Undecimum est petentis
in pacientia. i. reg. xxviij. consuluit saul
dominum. qui non respondit ei. et sequitur. dix
itque saul. querite mulierem habentem
phitonem. Judith. ix. humilium et
mansuetorum semper tibi placuit depreca
tio. ¶ Duodecimum est defectus perse
uerantie in orando. luc. xi. Si perseue
rauerit pulsans etc. ps. benedictus
deus qui non amouit etc. aug. si non
est amota oratio securus est quia non
misericordia. quando sit orandum.

Consequenter ostendendum est quando
sit orandum. tempus orandi
dominus determinat. luc. xviij. dicens. oportet
semper orare et numquam deficere. et ei
dem. xxi. vigilate inquit omni tempore
etc. non debet miles christi scutum orationis
amouere dum bellum durat. bel
lum autem durat dum durat uita pre
sens. milicia enim est uita hominis super
terram. Job. vij. sap. xviij. homo sine
querela properans sue seruitutis scutum
orationem. uestiuit etc. i. thes. v. Sine
intermissione orate. pericula numquam
desinunt. ideo continue indigemus
dei adiutorio. numquam deest miseria.
ideo continue egemus dei misericordia. ideo
si fieri posset. semper esset orandum. sed quia
alia negocia hoc non permittunt. permit
tenda est oratio operibus nostris. et inter
miscenda. Jero. ad paulam. in princi
pio cuiuslibet operis premitte dominicam
orationem. et signum crucis in fronte.

Idem. sicut militem sine armis ad
bellum exire non conuenit. ita hominem chri
stiano procedere quolibet sine oratione. B. hu
riendus est sepe dilectoris serie al
tus. et formanda oratio. que lectionem
interrumpat. Jero. orationi lectio. lectioni
succedat oratio. breue uidebitur tempus
quod tantis operum uarietatibus occupatur.
oratio et gratiarum actio deberent magnam
partem uite nostre occupare. oratio opera nostra
deberet precedere. gratiarum actio sequi. Cum
uidemus mala uel in nobis uel in a
lijs. est orandum. cum uidemus bona
uel in nobis uel in alijs. gratiarum actioni
est instandum. i. thes. v. Sine intermis
sione orate. in omnibus gratias agite. B.
ad fratres de monte dei. caritas tor
pens in oratione uel gratiarum actione
se iugiter refundit. quod in suis
in necessitatibus uel consolationibus
proximi est uel compassionibus uel con
gratulationibus causales in hoc materiam
inuenit. pius affectus. orationi pre
cipue intendendum est. uel cum maior
est necessitas. uel maior temporis oportuni
tas. maior necessitas orandi est. ut
cum aliquam gratiam a deo recepimus. tunc
enim instandum est apud eum qui de
dit. ut eam nobis conseruet. quia
ait greg. Cito bonum amittitur quod
a largiente custoditur. Poeta. non mi
nor est uirtus quam querere parta tueri.
quanto aliquis plus habet quam possit ami
ttere. tanto diligentior et magis solli
citus debet esse de conseruatione. ideo dominus
sacramento baptismi suscepto. orauit se
dit. luc. iij. ¶ Item necessitas orandi est
cum aliqua ardua opera sunt facienda.
ideo dominus electurus apostolos orationi
insistit. luc. vi. ¶ Item necessitas orandi

est cum imminet tribulatio uel sibi uel
proximo. unde dominus imminente passione sua
ter orauit. mt. xxvi. et orationem suam mul
tum protendit. luc. xxii. factus est in ago
nia prolixius orabat. et io. xiiii. legitur quod
ascendit in montem orare. et innuitur
quod orationis illius cum subditur. statim
nauis in medio mari iactabatur fluctibus.
De temporis uero oportunitate notandum quod b. ostendit
tres horas diei multum optimas esse
orationi dicens bernardus de monte dei. extra
illas horas de quibus dicit propheta. Septies
in die laudem dixi tibi. exceptis matutinis. aut
uespertinis. aut medie noctis sacrifici
um. maxime obseruandum est. Ieron. in
propheta frustra. mane astabo tibi et uide
bo. scilicet quod tunc a curis exterioribus adhuc
sensus remoti. et dirigatur oratio mea sicut
incensum in conspectu tuo. eleuatio manuum mearum sacrificium
uespertinum. quod tunc ab hiis impedimentis
alimentorum digestis. que sunt in nocturnis
uigiliis uicis quibus media nocte surgi
mus ad confitendum tibi domine. confes
sionis eidem ordinem contexens. In
die inquit tribulationis mee deum exquisi
ui manibus meis nocte contra eum et alibi
ps. media nocte surgebam ad confi
tendum tibi. Ad orandum mane mone
mur exemplo christi. mr. i. diluculo ualde surgens
egressus abiit in desertum locum
ibique orabat. Ad orandum uespere. mt.
xiiii. ubi sic legitur. Dimissa turba
ascendit in montem solus orare. uespere
autem facto solus erat ibi. Ad orandum
nocturno tempore. lu. vi. ubi legitur quod
erat pernoctans in oratione dei. efficacia
matutine orationis ostenditur. iob. viii.
ubi dicitur. Si diluculo consurrexeris
ad deum et omnipotentem fueris deprecatus
statim euigilabit ad te. filii israel ma

ne colligebant manna. exo. xvi. dul
cedo. n. super sublimi tali hora impetranda.
sap. xvi. oportet preuenire solem ad bene
dictionem tuam. consueuerunt diuites elemo
sinam dare pauperi qui in mane eis
primo occurrit. Item tempus optimum
ad orandum est dies parasceues in qua dominus
adeo largus fuit. quod uitam suam dedit
iudeis. regnum latroni. corpus et animam in re
demptione humano generi. ideo ecclesia illo
die pro omnibus orat iudeis. paganis. scis
maticis. hereticis. Item tempus optimum
ad orandum est ante ascensionem domini.
quia aduocatus esse secundum repraesentationem
nostram uadit ad curiam celestem. tunc
enim formande sunt petitiones. Item
tempus optimum ad orandum est tempus medi
o inter ascensionem et pentecosten.
consueuerunt enim filii regum dare lar
ga munera suscepto regno. et ps. sci
tote quoniam mirificauit dominus sanctum su
um dominus exaudiet me cum clamauero ad eum. Item
tempus idoneum ad orandum est in mag
nis sollempnitatibus. consueuerunt
enim principes in festis magnis ma
gna munera dare. Vbi sit orandum.

Sequitur uidere ubi sit orandum. 5
Sciendum quod ubique orandum est cum ubique
sint pericula. et ubique dei auxilio ege
amus. i. thi. ii. Volo uiros orare
in omni loco leuantes puras manus.
sap. xiiii. creature dei in odium facte
sunt et in temptationem anime hominum.
et muscipulam pedibus insipientium.
Specialiter locus idoneus ad orandum
est locus secretus. ysidorus. de sum
mo bono. oratio priuatis locis opti
me funditur. mt. vi. tu autem cum
oraueris intra in cubiculum tuum
et clauso ostio ora patrem tuum. eidem

.xiiij. xpc dimissa turba aſcendit in mon
tem ſolus orare. & m. vi. dicit quod abiit in
deſertum locum ibique orabat. & lu.
xxij. auulſus eſt a diſcipulis ſuis
quantum iactus eſt lapidis. & poſitis
genibus orabat. Item locus ydoneus
ad orandum eſt templum materiale
dedicatum. m. xxi. Domus mea domus
orationis vocabitur. iij. Re. ix. exaudi
ui orationem tuam & cetera. ſanctificaui domum iſtam
& cetera. & erunt ibi oculi mei & cor meum
cunctis diebus. ij. par. vij. oculi mei
erunt aperti & aures mee erecte ad
orationem eius. qui orauerit in loco
illo. & ſublicet. elegi & ſanctificaui locum
iſtum ut ſit nomen meum ibi in ſem
piternum. & permaneant oculi mei &
cor meum ibi cunctis diebus. in eodem.
Cum compleſſet ſalomon fundens preces
ignis deſcendit de celo & deuorauit
holocauſta & uictimas. & maieſtas
domini repleuit domum. exo. vlt. poſtquam
cuncta perfecta ſunt operuit nubes ta
bernaculum teſtimonij & gloria domini
impleuit illud. xpc multum frequen
tabat templum materiale. lu. xx. E
rat cotidie docens in templo. inuen
tus eſt a matre ſua. lu. ij. & an. neſcieba
tis quia in his que patris mei ſunt op
tet me eſſe. eidem. xix. intrauit ihc
in templum. criſoſtomus. proprium erat bo
ni filij. ut ueniens primo ad domum
curreret patris. tu ergo imitator ſanctus
xpi intrans ciuitatem. primum ante
omnes actus ad eccleſiam curras. & ſuper
m. xxi. dicit glo. Ingreſſus urbem
primo templum adiit. dans formam
religionis. ut quocumque uenimus. domum
orationis. ſi ibi eſt primum adeamus.
& per orationes deo commendati. ad agen
da negocia ſecedamus. Item locus ydoneus
ad orandum eſt templum ſpirituale.
cor mundum & purum. cor carnale
uel malignum. ſtabulum uel ſpe
luncam latronum. potius eſſe uidetur quam
templum. i. cor. iij. templum dei ſanctum
eſt quod eſtis uos. ps. Domum tuam decet ſanctitu
do domine in longitudine dierum. iij. Re. vi. nichil erat
in templo quod non auro tegeretur. i. cor. vi. an
neſcitis quia templum dei eſtis & ſpiritus
habitat in uobis. Jo. iiij. ſpiritus eſt deus & eos
qui adorant eum in ſpiritu & ueritate opor
tet adorare. i. cor. xiiij. orabo ſpiritu ora
bo & mente. quomodo ſit orandum
Sequitur uidere quomodo ſit orandum. Sci
endum quod orandum eſt attente. vnde
illud. i. pe. vlt. vigilate in orationibus.
dicit glo. ſic animus ueſter cogitet aliud
preter id ſolum quod precatur. videlicet
orare uere qui deum precatur inten
tendat. ipſe uero nec ſibi nec deo inten
dit. ſed quod deterius eſt. immunda in corde uer
ſando. fetorem horribilem aſpectui
dei ingerit. reuocare debet cor ſuum
uult orare. ij. Re. vij. ait dauid. Inuenit
ſeruus tuus cor ſuum ut oraret te.
potius orandum eſt corde quam ore. i. Re. i.
anna loquebatur in corde ſuo. & uox illius
penitus non audiebatur. m. vi. orantes
autem nolite multum loqui. aug. de
orare cum uacat non eſt improbum neque
inutile. neque enim hoc eſt orare in multi
loquio ſi diutius oretur. aliud eſt ſer
mo multus. aliud diuturnus affec
tus. nam & de ipſo domino ſcriptum eſt quod pernoc
tauerit in oratione. lu. vi. abſit ab ora
tione multa locutio. ſed non deſit multa
precatio. ſi feruens perſeuerat intentio
nam multum loqui eſt in orando
neceſſariam ſuperfluis agere uerbis rem

tum autem precari est ad dominum. quam precatum
diuturna et pia cordis excitatione pulsare.
et plerumque plus gemitibus quam sermonibus
agitur. Item orandum est cum magnitudine
desiderii. deuteronomii. iiii. cum quesieris dominum
deum tuum. inuenies eum si cum toto corde quesi
eris. Ieremie. xxix. cum quesieritis me in toto
corde. v. inueniar a uobis. magnitudo de
siderii est clamor quem deus exaudit. de
quo clamore. exodi. xiiii. quid clamas ad
me ait dominus ad moysen. et danielis. xiii. ex
clamauit uoce magna susanna. dila
tatio desiderii est quasi preparatio cordis. ut sit
capax eius quod petitur. augustinus. cur petere
querere pulsare nos compellit. qui nouit
quid nobis sit necessarium. priusquam peta
mus. non quod exercere uoluit nostrum desiderium
in orationibus quo possimus capere. quod sta
tuit dare. Item augustinus. si aliquando dominus tarde
dat. commendat dona non negat. diu deside
rata dulcius obtinentur. cito autem data
uilescunt. serua tibi deus quod non uult cito
dare. ut et tu discas magna magne
desiderare. Item orandum est cum gemi
tu et lacrimis. exodi. ii. audiuit gemi
tum eorum. i. regum. i. cum. esset anna amaro
animo orauit dominum flens largiter. in psalmo.
auribus percipe lacrimas meas et cetera. quia
lacrime uiolente sunt in precibus. ecclesiastici.
xxxv. non despiciet preces pupilli. nec
uiduam si effundat loquelam gemitus.
non enim. ut dicitur de lacrimis uidue. a
maxilla usque ad celum ascendunt. ysaie.
xxxviii. audiui orationem tuam. et uidi lacrimam
osee. xii. dicitur de iacob luctante cum
angelo. fleuit et rogauit eum. et iudith.
viii. indulgentiam illius fusis lacri
mis postulemus. hebreorum. v. preces supplica
tionesque cum clamore ualido et lacri
mis offerens exauditus est pro sua

reuerentia. Item orandum est humiliter. psalmus.
respexit in orationem humilium et non spre
uit precem eorum. ecclesiastici. xxxv. oratio humiliantis se
nubes penetrabit. iudith. ix. humilium
et mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.
humilitate obtinuit chananea a christo.
quod uoluit. catello se comparans. cum christus
eam cani comparasset. matthei. xv. et marci. vii.
habetur. quod christus ei dixerit propter hunc sermo
nem. uade. exiuit demonium de filia
tua. matthei. viii. post illud uerbum humile
centurionis. domine non sum dignus ut
intres sub tectum meum. dictum est ei a christo. sicut
credidisti fiat tibi. et luce. xv. post hoc quod prodigus
filius dixit. non sum dignus uocari filius tuus.
pater accurrens cecidit super collum eius. Item
orandum est confidenter. sic orabat dauid.
miserere mei deus miserere mei quoniam in te confidit
anima mea. Item orandum est perseueranter.
ut ostendit dominus. luce. xi. exemplo ami
ci qui panes necessarios accommodauit tamen
propter improbitatem amici deprecantis de nocte. et
exemplo iudicis iniqui. qui deum non timebat et ho
minem non uerebatur. qui propter importunitatem ui
due uidue. uindictam fecit ei de aduer
sario eius. luce. xviii. apostoli perseuerando in
oratione spiritum sanctum accipere meruerunt. actuum. i.

Sequitur quid in oratione sit petendum.

Uidere quid in oratione sit petendum.
Nota quod in oratione petenda sunt gloria et
gratia siue regnum et iusticia regni. matthei. vi.
Primum querite regnum dei. et hec iusti
ciam eius et hec omnia adicientur uobis.
Non mouet deus ut temporalia querantur.
primo quod non dicunt peti bona enim
infima sunt et incuruant quod amentur
et querunt ea. que incuruatio demo
nibus placet. ysaie. li. incuruare ut
transeamus. bernardus. noli acquiescere dicenti
incuruare ut transeamus. non enim est

manslitur. sed te grauiter oppressurus. in ps.
miser factus sum et curuatus sum. col. iii.
Que sursum sunt querite non que super ter
ram. Secundo quia temporalia debentur hiis
qui habent iusticiam regni. iusticia enim
regni filios facit. filiis non debetur pulsio.
vnde super illud. et hec omnia adicientur uobis
dicit glo. quia omnia sunt filiorum. et ideo hec
omnia adiciuntur. et non querentibus. que
si subtrahuntur ad probationem est.
si dantur ad graciarum actionem. Tercio
quia nescit homo utrum sibi expediat tem
poralia habere. cum ut frequentius possesso
ribus suis noceant. prov. i. vsquequo stulti ea
que sibi sunt nociua cupient. et super i
ii. cor. xii. virtus in infirmitate per
ficitur. dicit glo. aug. cum ea que deus
laudat et permittit petitis ab illo. fecu
re petite. alia in proptio deo conceduntur.
quia autem petitis temporalia cum modo petite
et cum timore. illi committite ut si prosunt
det. si scit obesse non det. quid enim obsit
uel prosit medicus nouit. non egrotus.
Item notandum quod super illud. mt. xxvi. et orauit. ter
tio eundem sermonem. tangit glo. tria
a nobis petenda. tribus uicibus inquit
orauit. ut et nos a preteritis peccatis ueni
am. et a presentibus malis tutelam. et de
futuris cautelam. oremus. de primo. eccli.
xxxviii. fili in infirmitate tua ne de
spicias teipsum. sed ora dominum et ipse cura
bit te. de secundo. mt. xxvi. vigilate et
orate ne intretis in temptationem. De tercio. luc.
xxi. vigilate omni tempore orantes ut di
gni habeamini fugere que uentura sunt.
Item notandum quod in oratione petere possumus. ut
deus custodiat nos ab occasione peccandi.
exemplo salomonis dicentis. prov. xxx. mendicita
tem et diuitias ne dederis michi. tribue
tantum uictui meo necessaria. ne forte saciatus

illiciar ad negandum. et dicam quis est
dominus. et egestate compulsus. furer et peiu
rem nomen dei mei. Item possumus modo
petere id quod dat nobis occasionem salu
tis. ut eos qui nos recte instruant
tenendum ammonitione. mt. x. rogate
dominum messis ut mittat operarios in mes
sem suam. De speciebus orationis.

Sequitur de speciebus orationis. Notandum quod quedam
potest diuidi in orationem fructuo
sam et infructuosam. Fructuosa oratio
multas habet species. quedam enim fit uerecun
do et humili affectu. qualis fuit oratio pu
blicani. qui non audebat oculos suos
leuare in celum. luc. xviii. Item talis fu
it oratio filii prodigi. qui ait ad patrem su
um. pater peccaui in celum et coram te
ideo non sum dignus uocari filius tuus.
luc. xv. verecundia multum placet deo
in penitente. sicut impudentia dis
plicet ei in peccatore. vnde. quantum displi
cet deo impudentia peccatoris. tantum placet
ei erubescentia penitentis. Item humi
litas orantis multum placet ei. hec
placat deum. si humilitatem seruaueris tu
et altiora te ne quesieris. Quedam oratio fit
puro affectu. sic orauit susanna. dan.
xiii. dicens. domine deus tu scis quia hec homines
maliciose composuerunt aduersum me.
Alia species orationis fit lato affectu. sic ora
uit moyses. exo. xxxii. dicens. aut di
mitte eis hanc noxam. aut si non fa
cis dele me de libro tuo quem scripsisti.
Alia oratio fit grato affectu. sic monet a
postolus orare. col. iiii. orationi instantes
uigilantes in ea in graciarum actione. Oratio
infructuosa similiter multas habet species.
quedam enim est ypocritica que solis la
biis fit. mt. xv. de qua. populus hic labi
is me honorat. cor autem eorum longe

a me. ysa. xxix. sic ho. appropinquat populus iste ore suo. et labiis suis glorificat me. cor autem eius longe est a me. aug. sicut vox sine modulatione est vox pecoris. sic oratio sine devotione est mugitus boum. Item aug. quid prodest strepitus labiorum si mutum sit cor. qualis est differentia inter paleam et granum. et inter similam et furfurem. et inter pellem animalis et ipsum animal. talis est differentia inter sonum vocalis orationis et devotionem cordis. pravi pastores pro grege solam pellem reddunt. quibus similes sunt qui male orant exteriorem sonum vocalis orationis habentes. Ex hoc quod devotio describitur. devotio est teneritudo cordis qua quis de facili in lacrimas resolvitur. vel sic devotio est fervor bone voluntatis quem mens cohibere non valens. certis manifestat indiciis. devotio est medulla holocaustorum. sine qua holocausta sunt arida. holocausta medullata offeram tibi. Alie species inferius. Secunda species est oratio improba. qualis fuit oratio helye cum peteret anime sue ut moreretur. iii. Re. xix. Tertia species est salutaris. qualis fuit oratio pauli petentis a se stimulum amoveri. ii. cor. xii. Quarta species est oratio presumptuosa. qualis fuit oratio filiorum zebedei. qui volebant venire ad regnum non per calicis potum. quibus dictum est. nescitis quid petatis. Mat. xx. Quinta species est oratio ridiculosa. qualis est oratio ypocritarum qui elati de multitudine operum suorum deum que irri tant. dum manibus plenis etiam gratie ab eo petunt. talis fuit oratio superbi pharisei dicentis. ieiuno bis in sabbato. decimas do omnium que possideo. luc. xviii. vacuas oportet esse manus hominis per humilitatem. ad hoc ut etiam gratie ei a deo

detur. Item oratio ypocritarum ridiculosa est. qui manum tendunt ad terram cum celestia petunt ab eo qui est in celis. et terrena id est mercedem querunt in operibus suis. Item potest oratio dividi in postulationem et obsecrationem et orationem stricte sumptam. et similiter hec divisio ex illo verbo. i. thi. ii. obsecro primo omnium fieri obsecrationes. orationes. postulationes. gratiarum actiones. Qualiter ista notificat bernardus. in epistola ad fratres de monte dei. hiis verbis. postulatio inquit est circa obtinenda temporalia et necessaria vite huius. in qua deus postulantis quidem approbans bonam voluntatem. facit tamen quod ipse melius videat. et dat liberter sequi postulantem. Ad postulationem pertinet petere tranquillitatem pacis. sanitatem corporis. temperiem aeris. obsecratio est in exerciciis spiritualibus. anxia ad deum instantia. oratio est hominis deo adherentis affectio. et familiaris quedam et pia allocutio. gratiarum actio est in intellectu et cognitione gratie dei. bone voluntatis indefessa et inreflexa intentio. In postulationibus pie ac fideliter est orandum. sed non est illis pertinaciter inherendum. quia nos nescimus sed pater qui in celis est. quid in ipsa illis nostris sit necesse nobis. obsecrationibus insistendum est. sed in omni humilitate et patientia. quia non fuerunt fructus non in patientia. non numquam enim cum celerius gratia non subvenit. fit obsecranti celum eneum. et terra sua ferrea. et cum revelata sibi humani cordis duritia ad votum exaudiri non meretur. an importunitas desideramus negari sibi estimat quicquid differtur. cumque sic chananea illa prebere se aut despicit inge

miseret qui in immundicia carnis. preteri-
ta sibi peccata imputari uel imperari
sic imaginantur. quia nunquam uel sine labore
petens accipit. querens inuenit. et pul-
santi aperitur. et consolaciones ac suaui-
tates orationis inuenire tandem meretur.
labor obseruationis quia nunquam et pure ora-
uit affectus et bona illa affectionis suaui-
tas quia inuenitur. Sed qui inueniunt etiam non
petentes. et qui nescientem gratia preuenit.
et tanquam genus seruorum suscepit in nu-
mero filiorum cum rudes adhuc et incipiens
animus in eum orandi assumitur
affectum. qui per meritum sanctitatis reddi so-
let meritis sanctorum. quod cum sit agitur. ut
uel in iudicium suum negligenti non
liceat nescire quid negligat. uel ut
prouocatio caritatis amore in eo ubi
se preferentis accendat. in quo quorun-
dam dolor. multi falluntur. quod cum pascan-
tur pane filiorum. tamen se filios esse ar-
bitrantur. et desistentes unde proficere
debebant. ex instante gratia euanescunt
a conscientia sua. se aliquid esse arbitrantes
cum nichil sint. ¶ Item oratio sic potest diuidi.
Est oratio qua aliquis pro se ad dominum diri-
git. et est oratio qua aliquis pro aliquo in-
tercedit. qua suffragium humiliter
petendum est. et maxime a sanctis qui sa-
beati sunt. Job. v. ad aliquem sanctorum con-
uertere. populus et humiliter debet suffragium
petere a ministris ecclesie. leuitici. iiii. Ro-
gante pro eis sacerdote propitius erit
eis dominus. Idem habetur eidem. v. et Num. xvi.
deprecatus est aaron pro populo. et plaga ces-
sauit. ministri etiam ecclesie suffragium hu-
militer debent petere a populo. exemplo
pauli. Ro. xv. obsecro inquit uos fratres
per dominum nostrum ihesum christum. et per caritatem
sancti spiritus. ut adiuuetis me in orationibus
uestris pro me ad deum. Item petendum est suf-
fragium ab hiis qui creduntur esse specia-
les dei amici. Job. xlii. seruus meus orabit
pro uobis faciem eius suscipiam. illi
qui in christo decedunt. dicendum est illud
Gen. xl. memento mei cum bene tibi fuerit.
libenter orare debet unus pro alio Jacobi. v. orate
pro inuicem ut saluemini. et i. Joh. v. qui scit
fratrem suum peccare peccatum non ad mortem
petat. et dabitur ei. et cetera. multum est spe-
randum de suffragiis bonorum. phil. i. scio
quod hoc michi proueniet ad salutem per uestram
orationem. Idem ad philomenem. spero per ora-
tiones uestras donari me uobis. De com-
datione et expositione dominice orationis. require
in sermone illo epistolarum. omnes unanimes
in oratione estote. ysidorus in libro de summo
bono. sicut symbolum et dominica oratio
tota lege paruulis ecclesie ad celorum regna
sufficit capescenda. omnis namque latitudo
scripturarum in eadem oratione dominica et sym-
boli breuitate concluditur. De laude dei.

Post tractatum de oratione
tangendum est de laude dei. que
orationibus suis conferenter est
admiscere. et primo de laude dei ad quam
multum incitat nos sacra scriptura.
ps. Immola deo sacrificium laudis. ¶ Item
psallite deo nostro psallite et cetera. eccli. xxxix.
In omni corde et ore collaudate. et benedicite
nomen domini. heb. xiii. offeramus hostiam lau-
dis semper deo. apo. xix. laudem dicite deo
nostro omnes sancti eius. et qui timetis deum pu-
silli et magni. ad laudandum dominum maxime
incitat scriptura psalmorum. et precipue
tercia quinquagena. que in laude terminatur.
omnis spiritus laudet dominum. in qua sex uersus
sunt incipientes. uel a uerbo laudandi uel
benedicendi uel cantandi. ¶ Item ad laudandum
dominum incitat omnis creatura. Gregorius. in rerum

est q homo semp dm̄ n̄ laudat. q quelibet
natura ad eum laudand semp inuitat.
opa laudabilia artificem laudabilē ostē
dunt. ecc. xx. In manu artificū opa lauda
buntur. ps. ult. laudent eum in portis
opa eius. aug. iiij. li. confes. Si placent
opa dm̄ ex hijs lauda. & in artificē eorū
torque amorem. ne in hijs que t̄ pla
ent in displiceas, sed intellige de alijs
opibȝ dei. laudatio dei est ualde nobilis
opatio. cum angli & anime tam beate,
huic opationi intendunt. in ps. bi qui hi
tant in do. t. do. in scl̄a sec. lau te. aug.
in li. de ciuitate dei. uacabim̄ & uidebi
mus. uidebim̄ & amabim̄. amabim̄ &
laudabim̄. laudationē ponit ultimam
opationē. ideo pallio compat. ysa. lxi.
pallium laudis p spū meroris. palliū
supponit alijs uestibȝ. b. loquens de ce
lesti ciuitate dicit. cuius opatio est
sidua dei laudatio. multum gaudere
debet qui in terris admittitur ad hanc ce
lestem opationē exercendam. aug. in li. de
doctrina xpiana. ds. cum de illo nich dig
ne dici possit. admisit tn̄ humane uocis
obsequium. & uoluit uris in laude sua
gaudere uolunt. b. sup cant. in ista
re in terris repsentat quendam celestis
mansionis statum. sic alacritas laudum
cum dm̄. qui ibi sunt pfecte laudant de
um. & qui sunt in psenti uita impfecte
iubilant. uñ iob xxxviij. cum me lau
darent simul astra matutina & iubila
rent oms filij dei. gg. Iubilatio dr̄. cū
des leticia. cords efficatio n̄ impletur.
laudant angli qui iam tante claritatis
pulcritudinē in sublimibȝ uident. Iu
bilant & hoīes qui adhuc in inferiorbȝ
sui angustias sustinent. b. seminiꝯ
mus in ista uelitides semilaudare possim̄.

Vbi totus interio. ibi totus in laudem.
lingua hoī data est ad laudandum dm̄.
& qui dm̄ n̄ laudat q̄si mutus reputand̄
est. aug. in li. confes. ve tacentibȝ de
te. qm̄ loquaces muti sunt. felix est
qui semp posset laudi diuine insistē.
Ieron. felix lingua que n̄ nouit n̄ de diui
nis texere sermonē. in ps. Semp laus
eius in ore meo. ecc. ult. laudabo nom̄
tuum assidue. ysa. lxij. tota die & tota
nocte n̄ tacebunt. Opatio ista deo est
ualde gl̄osa. in ps. Sacrificiū laudis
honorificabit me. tob. xij. opa dei re
uelare & confiteri. honorificum ē. Item
opatio ista hoī est ualde utilis. ipsa
malignum spm̄ fugat. i. Rg. xvi. Ecce
spc̄ dm̄ malus exagitat te. iubeat dns
n̄r rex. & serui tui qui coram te sunt
q̄rant hoīem scientem psallere in ci
thara. ut cū arripuit te spc̄ dm̄ ma
lus. psallat manu sua & leui feras.
& subditur in eodem cap. dd tollebat ci
tharam & c̄. & leuius habebat saul. re
cedebat. n. ab eo spc̄ malus. in ps. lau
dans inuocabo dnm̄ & ab inimicis m. saluꝰ
ero. Item uiam spui sc̄o pparat. g. sup
eze. cum uox psalmodie p intentionē
cordis agitur. omnipotenti dn̄o iter ad
cor pparatur. iiij. Rg. iij. cum caneret
psaltes. fc̄a est sup eliseum manꝰ
dm̄. Item hoīem letificat. in ps. Exe
ultabunt labra m. cū cantauero t.
zach. v. tristatur quis in uob̄ oret
equo animo. & psallat. glo. crebra psal
modie dulcedine nociuam tristicie
pestem de corde expellat. Item ad dm̄
cor eleuat. b. cum a corde foris mul
ta fuit omīs immundicia. oculos cor
dis attollunt. meditatio admirabil
excie dei & caste intuitus inspectio.

oratio munda et valida. iubilus laudis et
desiderium ardens in deum. Et nota quod ho
mines magis deberent instare laudi divi
ne, ex quo ab eis sunt redempti. Unde in nato
salvatore facta est multitudo milicie cele
stis laudantium deum. Luc. ii. ad provocandum
homines ad dei laudem. Ps. confiteantur tibi
populi deus. confiteantur tibi populi omnes et sub
ditur causa. terra dedit fructum suum. terra
id est beata virgo. que dedit fructum suffici
entem et hominibus et angelis ad eternam
refectionem. Ysa. lii. gaudete et lauda
te simul deserta iherusalem. quia consolatus
est dominus populum suum. redemit ierusalem. Fe
cit Salomon duo cherubyn in lateribus ar
che habentes pedes obligatos. et alas ad iu
bilandum elevatos. ut in tripudiis
habent mulieres saltando iubilantes.
archa figurat dominicum corpus. duo
cherubin qui iubilantes iuxta archam
sunt clerici et religiosi filium dei as
sumendo humanam naturam. humiliatum
laudantes et glorificantes. ¶ Item legitur
Luc. ult. de discipulis quod post ascensio
nem domini reversi sunt in iherusalem. et e
rant semper in templo laudantes et
benedicentes deum. ¶ Item nota quod operatio ista
discrete exercenda est. in ps. quoniam rex
omnis terre deus psallite sapienter. Item
bene psallite ei in vociferatione. vocifera
tio est desiderii magnitudo. Unde super
illud Exo. xiiii. quid clamas ad me. dicit
glo. voces apud aures dei non faciunt
verba nostra sed desideria. ei qui vult lau
di dei insistere. primo providenda est mun
dicia. Ecci. xv. Non est speciosa laus in
ore peccatoris. in ps. confessio et pulchritu
do in con. ei. confessio mesti laudis.
Cant. ii. Sonet vox tua in auribus me
is. vox enim tua dulcis et facies tua

decora. Deinde sex sunt necessaria que tangit
B. super cant. xiiii. sermone. his ubi est im
molantes hostiam laudis. et reddentes vo
ta nostra de die in diem. curent omni vigi
lia iungere sensum et usum. affectum sensui
exultationem affectui. gravitatem exultati
oni. humilitatem gravitati. libertatem
humilitati. quod inde utendum liberis purgate
mentis passibus procedamus. et excedamus in
usitatas quasdam affectiones spirituales sen
sus in iubileis amenitatibus in lumine
dei in suavitate. in spiritu sancto sensus intelli
dens et usus. a psalmorum intelligentiam
attentione et plenitudinem vocis. Unde super
ps. psallite sapienter. dicit glo. Nemo sa
pienter facit quod non intellexit. B. cibum in ore
psallimus in corde. Non negligat anima
illum terere dentibus in tellure sua. ne
si forte integrum glutierit. frustretur pa
latum sapore dulciori super mel et fa
vum. ¶ Item iungendus est affectus sensui
B. numquam intelliges. Ps. donec ipsa expe
rientia ipsos psalmorum induerit affec
tus intellectu in illo. ps. Domine ne in furore
qui affectum timoris induit ut ad tim
orem illius furoris quem dominus excelsus
in die illa exercuerit. Iero. quotiens
illam diem cogito toto corpore contremisco.
Ps. intellectu in illo. ps. deus iudicium re
gi da. qui destructionem extremi iudicii
timet et ad Christum amorem habet. duplex
enim affectum intrabatur psalmista circa
illud preter. ¶ Item exultatio iungenda
affectui. Unde Iero. malo psalmum unum
cum hylaritate mentis decantare quam
totum psalterium cum torpore, fastidio
et accidia. Item quod levitas solet contrahere
exultationem. iungenda est gravitas
exultationi. Ps. in populo gravi laudabo te.
¶ Item exultate ei cum tremore. et quod hoc

5

graues solent contempne hoīes leues. uel fauorem uane glē de grauitate sua querere. ideo humilitas iungenda ē grauitati. b. magna uirtus humilitas. sine qua obtentum uirtus ū solum uirtus ū sit sed in superbiam erumpit. ¶ Et q humilitatem quandoqz sequitur pusillanimitas. iungenda ē humilitati libertas. que est cum cor dilatatum est habundantia grē. ut mente sana et uoluntate. q p deo facit. ij. cor. iij. Ubi sps dn̄i ibi libertas. tull. libertas est potestas uiuendi ut uelis. ¶ Et nō solum laudandus ē ds sermone sz et bene uiuendo. laus ū bone uite maior ē. aug. qui dn̄m lingua laudat nō semp laudare pot. qui dn̄m moribz laudat semp pot. i. cor. x. siue manducatis siue bibitis uel aliud qd facitis omnia in glām dei facite. aug. Si q manducas et bibis ad refectionē corporis sumis. reparamentq membrorū grās agens ei qui tibi huic mortali ac fragili ista supplementa solacia. cibz et potus tuus laudat deum. ¶ Et nō q gratior est deo laus que exhibetur in aduersitate qm que in prosperitate. gg. in moralibz. despecta uox confessionis est. qm fortunata iocunditas prosperitatis. et intelligas hoc de confessione laudis. id. sola confessio hz meritum magni ponderis. qm a ueritate cordis nūqm ū separat uis doloris. in ps. uerbo laudis collaudatio. glo. uerbo sunt qui loquuntur cor suum sedm uoluntatem que est dī. et sponunt uoluntatem suam siue uoluntati. i. uoluntatem tuam preponentes uoluntati infirmi. cui laudat dn̄m. qn sibi bene ē. blasphemat qn male. uerbus ū semp. i. in prosperis et in aduersis. ut dicit glosa ibidem. de grār actione et de illis octo q faciunt ad grār actionem

Sequitur de grār actione. Et nō qd octo sunt que possent hoīes incitare ad grār actionem. Primū est ammonitio sacrār scripturār. b. disce in recipiendo grām ū ee tardus aut segnis. disce ad singula dona grās agere. diligenter considera que ē appositum. ut nulla dei dona debita grār actiōe frustrentur. tob. iiij. omi tpe benedic dn̄m. col. iij. omē quodcuqz facitis in uerbo aut in ope omnia in nomine dn̄i nri ihu xpi facite. grās agentes deo et patri. eid. iiij. orōni instantes uigilantes in ea in grār actione. eph. v. grās agentes semp. i. thes. v. In omnibz grās agite. ¶ Sedm est ammonitio creaturār. que incessanter nos inuitant ad grār actionē. beneficium. n. datum alicui inuitat eum ut danti grās agat. g° cum omnia que uidemus hoī data fuerunt. sedm illud. gen. i. faciamus hoīem ad ymaginem et similitudinē nrām et presit piscibz maris et uolatilibz celi et bestijs terre. uniusqz creature. omnia que uidemus ad grār actionem nos inuitant. ¶ Tercium ē tps in q sumus. s. ipm tps grē. cui nulla operatio magis congruere uidetur qm grār actio. ideo ualde bonum ūr grār actiōi instare. ps. xv. Sermo optimus optimus ē. aug. ad sem aurelium. quid melius aīo geramus et ore pmamus et calamo exprimamus. qm deo grās. hoc nec dici breuius. nec audiri letius. nec intelligi grandius. nec agi fructuosius pot. Quartū est q grār actio operatio est que exercetur in paradiso. in ps. misericordias dn̄i in eternum cantabo. hoc canticum erit grār actio. de hoc q fuerimus miseri a piculis liberati. ysa. li.

gaudium et leticia invenietur in ea, gratiarum
actio et vox laudis. Unde bonum est consu-
escere hic opponi quod in futuro exerce-
bimus. Bonum est assuescere officium quod
tamdiu facere oportebit. Quintum
est utilitas multiplex que ex hoc opere
sequitur. Prima est quod ipsa hominem in
tribulatione custodit, dum ei adesse faci-
ens. quod figuratum est Dan. iii. in pueris
qui in fornace positi gratias agentes deo
ab igne lesi non fuerunt, et quartus appa-
ruit eis similis filio dei. Secunda est quod
divinam largitatem provocat ad dandum.
Prov. xi. Anima que benedicit impingua-
bitur. Et. ad locum unde exeunt flu-
mina gratiarum revertuntur ut iterum fluant.
Eccl. xliii. Benedicentes dominum exaltate
illum quantum potestis, exaltantes
autem replebimini virtute. Sextum
est quod hec operatio multum placet deo.
gratiarum actio adeps est spiritualis de quo
Levit. iii. omnis adeps domini erit iure perpe-
tuo. Item unguentum est quo caput christi
ungitur. quod figuratum est in magdalena.
caput christi unguente. Matth. xxvi. et Marc. xiiii.
Bernardus. Bonum est unguentum contritionis quod
de peccatorum recordatione conficitur. melius
devotionis quod fit de recordatione benefi-
ciorum dei. Septimum est hoc quod ingra-
titudo que gratiarum actioni contraria est.
rusticitas est magna. Si magna ru-
sticitas esset ei qui mutuat vasculum
vini gratias non agere. quanta rusticitas
ei gratias non agere qui incessanter nobis
tribuit bona sua. Gregorius. dignum semper
gratias agere quod deus nunquam cessat bene-
facere. Ultimum est multiplex ma-
lum quod provenit ex ingratitudine. pri-
mum est quod bona iam a deo accepta
auferri facit. Unde super illud Ro. i. qui

cum deum cognovissent non sicut deum glo-
rificaverunt, aut gratias egerunt. dicit glossa
quod deus dederat gratis, tulit ingratis.
Secundum est quod impedit ab hiis que daret
homini si fuisset ingratus. Gregorius. Non est dig-
nus dandis qui non agit gratias de datis.
Bernardus. Ingratitudo est ventus urens, sic-
cans sibi fontem pietatis, rorem misericordie,
fluenta gratie. Tercium est quod non solum pri-
vat hominem bonis, immo et penam addit.
Unde Ezechias punitus est de ingrati-
tudine. cum enim deus dedisset ei de hostibus trium-
phum incredibilem, et percussisset c
lxxxv. milia in castris Senacherib, licet
secundum Iosephum cum populo hostias deo
immolasset, non tamen digne gratias egit et can-
ticum non cantavit, sicut in huius prosperis
consueverant facere. et ideo egrotavit
ad mortem. Ysa. xxxviii. Item nota quod
gratias agere debemus deo et de beneficiis
generalibus et de specialibus, et de singularibus.
generalia tangit B. dicens. agamus gratias
gratias factori nostro. benefactori nostro. remu-
neratori nostro. primum quod nobis plurimum
est quod nos ipsi sumus. adverte et unde
subsisteres qui non eras. factam in quem
hominem et cetera. quid vero postea et precipu-
e et cetera. Iam totum opus tue redemp-
tionis attende. Idem. fecit te deus immo
fecit tam multa pro te. factus est pro te
cum caro una te quoque faceret secum spi-
ritum unum. Beneficia specialia sunt tria. pri-
mum est beneficium expectationis. quod deus
peccatores patienter expectat ad penitentiam.
Secundum est iustificationis. quando deus expecta-
tos convertit ad penitentiam infundendo gra-
ciam suam. Tercium est conservationis
quando conversos in statu bono conservat.
et nota quod circa unumquodque horum beneficiorum
que nobis attendenda sunt ut agamus

magnitudine eor.
Circa primu dz homo cogitare qm crudel
meruerit ut tpe pnie sibi auferretur.
quotiens .n. mortale peccauit hoc me
ruit. pccor .n. indignus e uita. qr ingra
tus est actori uite. Job. xxx. qui ipa uit
a putabant indigni. Scdo dz cogi
tare qm pximus fuerit eciqz pene. ta
o enim uita gracior est qnto pena pri
mior est a qua patitur. ut si aliquis
suspendendus iam laqum hret i col
lo. uel si mutilandus mbro. iam me
brum hret supra lignum ubi mutila
ri debet. mauis bnfcm reputaret si ite
beraret. Vn dz homo cogitare sepe
aut in periculo mortis sit statu e
at dampnatois. & quo iuisset si in
illo statu decessisset. & quid pmeruisset
quod dm ut nunc ei deus pepercit.
Tercio dz cogitare qm pciosam rem
ei contulerit. qn tpe pnie ei dedit.
frustras tpis ex duobz ppenditur. pmo
ex hoc qr in momto tpis potest homo
lucrari regnum eternum. Scdo ex hoc qr
illis qui sunt in inferno plus ualeret
momentum tpis in quo pniam ageret.
si tota massa auri qnta est tot mu
di. b. Michil pciosius tpe. & heu ho
die nichil uilius reputat. Valde in
gratus est pccor qui si uult conuerti.
in qualibet hora tpis qm dns dat
plus ualet qm centu marche auri.
Quarto dz cogitare qm male meru
it ut res tam pciosa ei conseruet.
et magnum tpe sibi prius datum i
contumeliam dei expenderet. Quito
dz cogitare quale seiebat ds eum ee
ingratum tanto bnficio. in hoc .n. est mirum
lus diuine mie. qr licet ds sciuit eum
ingratum tanto bnficio p magna pte in

contumeliam sui. tn no dimisit qn hoc
daret illi. Circa scdm bnficm dz ho
cogitare primo a quibz uinculis deus
liberauit eum. tot uinculis est pccor
ligatus quot pcca iueniuntur. Juxta illud
pv. v. Iniquitates sue capiunt ipm.
& funibz pccor suor quisqz costringit.
& sicut adeo fortia uincula ista. qr nec
e p mortem eciqz soluuntur. unde no
parum dz ee gratus deo quem dns
ab hiis uinculis liberauit. Scdo
dz cogitare qt & qnta ei dns dimisit.
p quolz enim mortali ei dimisso: re
us erat morti eterne. Si quis eet re
mortis tpalis que momtanea est.
p dimissione illius paruus eet illi
seruire tota uita sua. quid g facie
dum e p dimissione mortis eterne.
que e uni soli mortali debetur. aug.
cui dcm est. nauiga ne moriaris. et
distulit. cui dcm est. labora ne mori
aris. & piger fuit. Iam iubet ds ut
in eternum uiuamus. & obedire negli
gamus. Tercio dz cogitare ad qn
tam dignitate eum deus elegit. qn
eum iustificauit. elegit .n. eum ad
regnu eternum. Quarto dz cogita
re in quali statu deus eum elegerit.
hostis .n. dei erat. & indignus e pane
quo uescitur. Quinto dz cogitare
quot dns relinquit quibz tale bn
ficium n pstitit. immo in pccis suis
eos pire pmisit. Circa bnficm n
conseruatois primo attendenda est
difficultas standi que apparet spia
liter in tribz psonis. s. in lucifero. q
cum eet maxima arbor paradisi ad mo
dicum uentu sue elacionis supbie
cecidit. & in adam. qui cu eet absqz
corruptione naturalium: tamen ppter

cohitationem unius mulieris paradiſum
amiſit. Jero. memento ſemper quod paradiſi
colonum de poſſeſſione ſua mulier eiecerit.
ſi potuit mulier eicere eum qui iam
erat in paradiſo. non eſt mirum ſi eos impe
diat qui nondum in paradiſum peruenerunt.
Difficultas etiam ſtandi patet in iuda.
qui cum eſſet ſub paſtore tanto et inter
tales fratres. tamen occaſione modice admini
ſtrationis cecidit. et non adiecit ut reſur
geret. ¶ Secundo debet attendere pugne con
tinuitatem. in qua ſumus. diabolus non im
pugnare non ceſſat ut ſaltem tedio vin
cat. mirantur aliqui cum audiunt
aliquem bonum cecidiſſe. ſed non eſt mi
rum ſi quis cadat. qui continue eſt in
pugna. Immo potius mirum eſt
ſi aliquis non cadat. legitur in vitis patrum
quod quidam venit ad abbatem theodorum
dicens ei. ecce quidam frater reuerſus eſt ad
ſeculum. Reſpondit abbas theodorus. in hoc non
admireris. ſed ſi audieris quod preualuit
quis effugere de ore inimici hoc admi
rare. ¶ Tercio debet attendere propriam in
firmitatem. tante enim infirmitatis eſt ho
mo ut ad ſibilum unius ſibi deiciatur. ¶ Quar
to hoſtes impugnantes poteſtatem cum aſtu
cia et crudelitate. de poteſtate. Job. xli. Non
eſt poteſtas ſuper terram que ei comparetur. De
aſtucia. Gen. iii. Serpens erat callidior
cunctis animantibus terre. De crudelitate
Greg. Nichil ſe feciſſe eſtimat cum animas
non ſauciat. inceſſanter ſitit diabolus
ſanguinem noſtrum. Unde ſanguiſuga vo
catur. prov. xxx. Sanguiſuge due ſunt
filie dicentes affer affer. ¶ Quinto
debet attendere periculorum varietatem. tot
enim ſunt pericula. quod cum aliquis uult
cauere ab uno incidit in aliud. Unde
yſa. xxiv. et erit qui fugerit a facie

formidinis. cadet in foueam. et qui ſe
explicuerit de fouea tenebitur laqueo.
formido eſt peccatum auaricie quod homines
formidare facit. Unde de auaro legitur
Job. xv. ſonitus terroris ſemper in auri
bus eius et cum ſit pax. ille ſemper inſidi
as ſuſpicatur. fouea eſt peccatum luxurie.
fouea enim profunda meretrix. ut legitur prov.
xxiii. laqueus vero peccatum ſuperbie. quo in
lautitia huius mundi. ſ. nobiles capiuntur.
Singularia beneficia ſunt que unicuique
ſingulariter ſunt exhibita. pro quibus et deo gratie
agende ſunt. ſecundum illud b. prius poſſe
diſce ad ſingula dona gratias agere.

Dicto de **De obedientia.**
latria que ſoli creatori debetur
et de dulia que debetur ſoli creature. di
cendum eſt de obedientia que debetur et creatori et
creature. de qua hoc modo dicetur. primo
ponentur deſcriptiones ipſius. ſecundo com
mendationes. tercio tangetur de hiis
que poſſunt iuuare obedientiam. quarto
de gradibus obedientie. quinto de partibus.
ſexto de hiis que obedientie aduerſantur.
ſeptimo tangetur de errore illorum qui di
cunt ſoli deo obediendum eſſe et non homini.

Obedientia ſic **Deſcriptio obedientie.**
deſcribitur. obedientia eſt uoluntas fa
ciendi preceptum. vel mandatum ſuperioris.
et intelligas mandatum quod fit mediate.
ut per nuntium vel litteras. preceptum
vero quod fit immediate. Vel mandatum in
telligas uoluntatem indicatam que eſt
ſine coactione imperii. preceptum vero quod eſt
cum imperii coactione. ¶ Item ſic poteſt deſcribi.
obedientia eſt obtemperatio ſecundum regulam
ſacre ſcripture maioribus quibus eſt
debita. et intellige ſacram ſcripturam
large. et per ſtatuta canonica. et aliis
libris. in quibus agitur de uirtutibus

superior. Item sic describitur. obediencia est
spontaneum et racionale proprie voluntatis
sacrificium. vel sic. obediencia est pro studio
o proprie voluntatis abnegatio. Et nota
quod propria voluntas dupliciter accipitur. Uno
enim modo dicitur propria voluntas. voluntas que
non est deo subiecta. et secundum hoc abnegatio
proprie voluntatis fit cum voluntas nostra
divine voluntati subicitur. Alio modo dicitur
propria voluntas. voluntas que non est sub
iecta homini. et secundum hoc propria voluntas abne
gatur. in eo qui voto se obligans homini vo
luntatem suam subdit voluntati huma
ne. et sic abnegatio proprie voluntatis spe
ciali videtur pertinere ad religiosos. pro stu
dio dicitur ad differentiam illorum qui voluntatem
suam humane voluntati subdunt. timo
re servili. vel pro lucro temporali. et intellige
hic per studium vehementem animi
applicationem. ad cultum dei. ut per studium
hic designatur a pietate que dicitur theosebia.
Et nota quod alicui visum est quod obediencia prout
est virtus specialis attendetur respectu eorum
que sunt indifferentia. et ad confirman
dum hoc usus est illo verbo augustini
libro de vera religione. Peccatum est non solum
malum. sed et vetitum facere. inferens a si
mili quod opus virtutis est non solum bonum
sed preceptum facere. ad quod videtur facere quod
deus obedienciam ade exprimi voluit. in eo quod
secundum se erat indifferens. scilicet in comestione
fructus ligni scientie boni et mali. alicui autem
visum est quod obediencia secundum quod est specialis
virtus attenditur non respectu eorum que
preceptis sed solum respectu hominis cui ali
quis se sponte obligavit. et subdidit. Sed
potest aliter dici quod sicut prudencia vir
tus est quodammodo generalis. scilicet quo ad
directionem. dirigit enim opera ceterarum
virtutum. et de iusticia dictum est quod est

generalis quantum ad imperium. Imperat
enim post opera ceterarum virtutum. et de ea
iusticia dictum est. et si non sufficerent ad exequendum
ea sine ceteris virtutibus. sic obediencia quo
dam modo generalis. movere enim potest ad
opera omnium virtutum. omne enim opus
virtutis iuberi potest a superiore vel deo
vel homine. Unde si aliquis velit exire in
opus virtutis quod iussum est a superiore
voluntas illa erit obediencie. Unde volun
tas faciendi iussum superioris quod iussum
est. specialis actus est obediencie. Et nota quod
cum subdere se alteri sit humilitatis
et obediencie differunt tamen hee subiectio
nes. subdere enim se alteri secundum repu
tationem humilitatis est. hoc enim proprium
electorum esse solet ut de se sentiant inferiora
que sunt. iuxta librum gregorii. Item cum
superbia sit appetitus proprie excellen
tie. humilitas est contemptus proprie ex
cellentie. iuxta librum b. in epistola ad
humilitatem et pertinet amor inferiori
tatis vel vilitatis. secundum librum b.
super cantica. verus inquit humilis vilis
vult reputari et lu. xiiii. Cum invitatus
fueris vade et recumbe in novissimo
loco. Item subiectio aliqua ad obedienciam
pertinet. sed hec subiectio est volunta
tis. respectu aliene voluntatis. sub
iectio humilitatis respicit personam secundum
se. subiectio non obediencie respicit eam
personam cui aliquis subditur. in quan
tum est preceptor. et personam que sub
ditur in quantum est agens. exemplum
harum duarum subiectionum invenire
possumus ut videtur in christo et iohanne. mt. iii.
subiectione obediencie subiecit se iohannes christo.
quando consensit ut baptizaret christum pro
ut christus volebat. Unde dicit ibi glossa. ve
ra est humilitas quam non deserit comes

obedientia. xpc non subdidit se iohanni subie-
ctione humilians. uolens a iohe bap-
tizari. superioris .i. est baptizare. et
inferioris baptizari. act. xx. beatius
est dare quam accipe.

comendatio obedie.

Sequitur de comendatione obedie. ad
quam primo ualere possunt amo-
nitiones que sunt in scriptura sacra
ad obediendum. Ro. xiii. omnis anima
potestatibus sublimioribus subdita sit.
eph. vi. filii obedite parentibus uris in dno.
col. iii. filii obedite per omnia parentibus uris.
heb. xiii. obedite prepositis uris et subiace-
te illis. ipi .n. peruigilant quasi rationem pro
animabus uris reddituri. Scdo amo-
nitio quam nobis facit creatura insen-
sibilis. que obediens ubique creatori suo.
o. in ps. Preceptum posuit et non preteri-
bit. et bar. iii. stelle uocate sunt et
dixerunt adsumus. Item in ps. terminum po-
suisti quem non transgredientur. et mt. viii.
quis est hic quia uentus et mare obediunt
ei. ambros. in exameron. non mediocris
pudor est impio dei insensibilia elemen-
ta parere et homines non obedire quibus
sensus ab ipo tributus est auctore. Ter-
tio exempla que in sacra scriptura inue-
niuntur. et inter ea specialiter notabilia sunt
exemplum abrahe et exemplum xpi.
cum homo per inobedientiam a deo reces-
sisset. deus uolens formare sibi populum
acceptum. secundum illud. ysa. xliii. populum
istum formaui mihi. laudem meam nar-
rabit. abraham ex quo populum sibi for-
mauit uoluit probare per obedientiam. et per
illam placuit ei abraham. Triplici
autem precepto probauit obedientiam eius.
Primum fuit de patrie desertione. ge. xii.
egredere de terra tua et c. Scdm fuit de
circumcisione. eidem. xvii. Tertium
est de filii immolatione. eidem. xxii. Pri-
mo precepto uoluit separare abraham al-
liis a quibus ipe ortum duxerat. Ultimo
non ab eo qui duxerat originem ab ipo.
medio non precepto uoluit eum separare a
seipso. quantum ad carnalia desideria. cir-
cumcisio .n. facta in carne mouebat ad re-
secationem superfluorum desideriorum carnalium.
ideo fiebat in membro illo in quo magis
concupiscentia seuiebat. Circa tertium autem precep-
tum quod fuit de immolatione filii atten-
dere possumus. xiiii. pertinentia ad diffi-
cultatem illius operis. in quo abraham
uoluit obedire deo precipienti. Primum
est quod abraham uoluit ad preceptum domini
re carere sibi carissima. Scdm est quod
ipe uoluit amicissimum occidere. posset
esse quod aliquis ad preceptum dei uellet
filio carere. ita ut nunquam de cetero eum
uideret. qui tamen nollet eum occidere. Ter-
tium est quod uoluit eum occidere coram se.
et non ipe emitteret manum propria uoluit hoc fa-
cere. multi .n. sustinerent quod filii eorum
occiderentur. tamen non possent hoc aspicere uel
propria manu facere. Quartum est quod
filius ille erat unigenitus. non .n. habebat
alium filium ex libera uxore. Quintum
est quod miraculose habuerat eum. quia ex u-
xore uetula et sterili. cum ipe iam esset
senex. Sextum est quod magna promissio
facta erat abrahe de ipo. Septimum est
quod ipe solacium erat matris sue. quod notatur
ubi cum dicitur ysaac quod interpretatur risus. dixit
enim mater sua eo sibi dato risum fecit
mihi deus. quicumque audierit corridebit mihi.
gen. xxi. quid dixisset mater ysaac. si abra-
ham rediens de eius immolatione
dixisset ei. immolaui filium tuum. Octauum
est quod uoluit eum non solum occidere sed
incidere. unde dicit ibi. offer eum in ho[…]

carbum quod inter patrem totum incensum.
noluit ei parcere nec uiuo nec mortuo.
Nonum est quod noluit eum ducere per triduum
ad locum immolationis. glo. Si esset iussus
abraham statim occidere filium. sed per
triduum ducere ad immolationis locum. ut
longitudine temporis temptatio augeretur.
crescentibus curis paterna uiscera tor-
querentur. Decimum est quod non apparebat a-
liqua precepti utilitas. quia non utilitas
innocentem occidere. dampnum non mani-
festum erat. Undecimum est quod non excusalis
eum auctoritas precipientis. cum nullus
celestis astitisset. nec crederetur ei si dixis-
set deum hoc sibi precepisse. Duodecimum est
quod erat communi contrarium. Terciumdecimum est quod
non processerat in sanctis patribus huius obedientie exemplum.
Quartumdecimum est quod omnium ad quorum
noticiam peruenisset imminebat scanda-
lum. abraham non accepto tam difficile
quod non se excusauit. cum precepto non intro-
gauit. sicut faciunt quidam imitato-
res diaboli. qui ait. ge. iii. cur precepit
uobis deus ut non comederetis etc. Item non
procrastinauit mandatum exequi nulli eo
filium communicauit. si alicui hoc fecis-
set. forsitan nuntium amisisset. quod dominus
prohibens ei. nolebam quod faceres hoc. sed ad
probandum te hoc dixi. Item attendendum
est quam utile sit promptum esse ad obedientiam.
abraham enim filium non immolauit et tamen
quantum meritum obedientia eius habuit. ge. xxii.
quia non pepercisti unigenito filio tuo propter me.
benedicam tibi. multiplicabo semen tuum. Et
eodem. In semine tuo benedicentur omnes gentes.
quia obedisti uoci mee. Homo qui promptam habet
uoluntatem ad obediendum deo in omnibus.
placet deo. per infinitas uices quas numquam
facturus est. gg. Non est manus uacua a
munere si archa cordis plena fuerit bo-
na uoluntate. Item uoluit deus probare
christum per obedientiam in quo uolebat sibi for-
mare populum nouum. Christus non terram sicut
abraham sed celum deseruit. ipse ma-
trem dilectissimam reliquit. cuius gladius
transiturus erat animam eius. lu. ii. ipse
domum reliquit. quia nullam habere uolu-
it. mt. viii. Vulpes foueas habent et uolu-
cres celi nidos. filius autem hominis non habet
ubi caput reclinet. ipse formam spiritu-
ales circumcisionis dedit. quia uolunta-
tem patris sue uoluntati preposuit. mt. xxvi.
non sicut ego uolo sed sicut tu. mt. xxvi.
Non quod ego uolo sed quod tu uis. et luc. xxii. non
mea uoluntas sed tua fiat. ipse manda-
to patris in holocaustum se ipsum obtulit.
mt. xiiii. sicut mandatum dedit mihi pater
sic facio. Quarto ualere potest ad
commendationem obedientie quod legitur de christo.
heb. v. et quidem cum esset filius dei di-
dicit ex hiis que passus est obedientiam.
didicit inquam per experientiam. Item didicit
in corpore per ea que passus est in capite
ipse fuit et discipulus et doctor obedientie.
Si filius dei obedientiam addidit tot labo-
ribus et angustiis. non debet homini esse ho-
nor sum addiscere eam. et maxime hiis
qui sunt in scolis spiritus. scilicet in claustro.
ualde uerecundum erit illis qui diu
fuerint in scolis hiis si obedientie ignari
et inuenti fuerint. Adam inuentus est
male se habuisse in obedientia in qua deus
eum probare uoluit. et quam grauem dis-
ciplinam dominus ei dederit. omnes noui-
mus. filii et israel similiter in obedientia pro-
bati sunt et durissime flagellati
cum in ea se male habuerunt. sic duris-
sime flagellabuntur qui inobedientes
inuenti fuerint. Inobedientia hominem de
paradyso eiecit. ge. iii. obedientia non eum

in paradisum introduxerit. luc. ult. eduxit
eos foras in bethaniam, et elevatis ma-
nibus suis benedixit eis. et factum est dum
benediceret eis recessit ab illis, et ferebatur
in celum. felix quem dominus eduxit in
bethaniam, id est in domum obedientie. Sperare
potest quod sit ascensurus in celum. i. pet. i.
Sperate in eam que vobis offertur gratiam
in revelatione ihesu christi, quasi filii obedientie.
Obedientiam voluit christus docere, et in mundum
illum veniens et de mundo exiens,
et in mundo manens. Primum ostenditur
Jo. vi. descendi inquit de celo non ut fa-
ciam voluntatem meam, sed volunta-
tem eius qui misit me. Secundum math. xxvi.
non sicut ego volo sed sicut tu. eidem.
.xiv. sicut mandatum dedit mihi pater sic
facio. b. memorare bernardus. christus ne perderet
obedientiam perdidit vitam. in signum quod
obediendo mandato patris mortem su-
stinebat. inclinato capite emisit
spiritum. Jo. xix. Tercium. Jo. iiii. meus
cibus est ut faciam voluntatem eius qui
misit me. eidem. v. non quero volunta-
tem meam sed voluntatem eius qui misit
me. Obedientia est imago celestis hominis. si-
cut inobedientia est imago terrestris hominis.
.i. cor. xv. sicut portavimus imaginem
terreni: ita et portemus imaginem celestis.
eph. iiii. Induite novum hominem qui secundum
deum creatus, id est opere divino conceptus
non opere humano more aliorum hominum. Quan-
to commendabilis est obedientia a suo mul-
tiplici effectu. Primo quia quod obedientia dei ser-
vum efficit. quod non est modicum quid.
si .n. servus regis terreni dicitur esse par co-
miti. quantum est esse servum regis ce-
li. obedientia in hoc quod efficit hominem dei
servum efficit et deum hominis dominum. non
vere reputat inobediens dominum dominum

suum et si ore vocet eum dominum. luc. vi.
Quid vocatis me domine et non facitis que
dico. Inobedientes ostendet dominus non
se servos suos cum regni celorum ianu-
as claudet. math. vii. Non omnis qui dicit
mihi domine domine intrabit in regnum celorum. sed qui fa-
cit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse intrabit.
magna est habere deum omnipotentem amicum
bernardus. mori non timeo quia bonum dominum habe-
mus est qui habet hunc dominum. in psalmo. beatus
populus cuius dominus deus eius. Et beata gens cuius
est dominus deus eius. Item obedientia hominem fra-
trem efficit. immo quasi omni genere cogna-
tionis attinentem. eccl. xxxiii. Si est tibi
servus fidelis sit tibi quasi anima tua. quasi
fratrem sic tracta illum. math. xii. quicumque
fecerit voluntatem patris mei qui in celis
est ipse meus frater soror et mater est. Math.
xii. Item obedientia deo prestat obsequi-
um acceptissimum. i. reg. xv. Numquid
vult dominus holocausta et victimas et non
potius ut obediatur voci domini. melior est
obedientia quam victime. eccles. iiii. multo
melior est obedientia quam stultorum victime. scilicet
licet deus nos non exaudiat quandoque ad volun-
tatem ut exaudiat nos ad utilitatem
eo quod ipse scit quid nobis expediat. Sed
non hoc nescimus. ipse tamen vult ut serviamus
ei. ad eius voluntatem non ad suam utilita-
tem. cum ipse bonorum nostrorum non egeat. et
ipse bonorum nostrorum non egeat. et cum voluntas
eius semper recta sit. eccl. xxxv. salutare
sacrificium est attendere mandatis.
deut. xii. quod precipio tibi hoc tantum facito.
non addas quicquam nec minuas. Item
obedientia in homine habitaculum deo. quod pre-
dit. expellendo a corde hominis sensum pro-
prium et propriam voluntatem. Unde dominus
in domo symonis discumbit. luc. vii.
sed non in domo symonis ...

qui creatorem dñi fecit in angaria i. in uindicta de
est spiritus sancti. et ideo murmur .i. ioh. xii.
Pondera factum est rota carri. Rota carri si
uncta non fuit murmurat. bethanie quod interpretatur
domus obedientie xpc ungitur. Jo. xii.
ipse illos diligit qui ibi habitant. Jo. xi. di
ligebat xpc ihc martham et sororem eius
lazarum. cum deesset ei hospitium uenit
bethaniam ut ibi hospitaretur. mt. xi. circum
spectis omnibus cum iam uespera esset hora
exiit in bethaniam cum xii. glo. ut quod
in urbe non inueniebat. in agro paruulo
apud lazarum et sorores eius haberet hospi
cium. tunc in hospicio uteri uirginalis
filius dei receptus est. cum maria uerbo an
geli obediuit. luc. i. fiat inquit michi secundum
uerbum tuum. ¶ Item obedientia hominem super se
leuat. treni. iii. leuauit se super se. qui
corpus esset sociatum spiritui. ut sensui eius
imperio regeret. non ascendit ad hoc ut
ministrationem eternam mereretur. Sic
et simplex per obedientiam ascendit ad sa
pientiam et mores maiorum a quibus regitur.
Immo quodam modo usque ad deum ascendit
qui seipsum exuit. et deum quodam modo induit.
gal. ii. uiuo ego iam non ego. uiuit uero
in me xps. Sic quodam modo deificatur. Ps.
Deum illud. ego dixi dii estis. et non solum
deificatur quo ad sensum et uoluntatem
in que assumitur. Sed quodam modo in quo ad po
tentiam. facit enim diuina et mira. ut patet in
mauro qui obediens xpo iubente ambu
lauit super aquas. ut xxiiii. et greg. refert
in dial. quod cum placidus puer in fluuie
sit uas suum demersus esset. cum uel
ut aquam hauriret. bs benedictus in cella
existens et hoc intelligens. dixit mauro
frater maure curre quia puer ille in lacum
cecidit. et cum tam longe unda traheretur.
maurus autem existimans se currere super
terram cucurrit super aquam. et eductum
per capillum extraxit. qui postea reuer
sus ad se. attribuit hoc sanctitati benedicti.
Sed bs benedictus attribuit hoc bono obedientie.
Obedientia ponit hominem in excellentissi
mo statu. et in presenti et in futuro. primum
ostenditur deut. xxviii. Si audieris uo
cem dñi dei tui faciet te dñs deus tu
us excelsiorem cunctis gentibus. Secundum
ostensum est cuidam patri in extasi posi
to. qui uidit iiii. ordines ante deum.
Primus erat hominum infirmantium et gratias
deo agentium. Secundus eorum qui seruant
hospitales. Tercius eorum qui solitudinem
sectantur. et non uident homines. Quartus eorum
qui propter deum et obedientiam sollicite sunt
subiecti patribus. erat autem hic ordo super
omnes illos tribus. et maiorem gloriam pre
ceteris habebat. utpote torque aurea. et cum
quereret senex quare hoc. Responsum est ei. quoniam
omnes alii habent aliquam requiem ad im
plendo proprias uoluntates quamuis in
bonis operibus. hic autem omnes uoluntates
suas relinquens. totus pendet in uolun
tate patris iubentes. merito qui hic nul
lam habuit requiem. in futuro summam
habebunt. phil. ii. dicitur de xpo factus est
obediens usque ad mortem etc. propter quod et
deus exaltauit eum et donauit illi nomen
quod est super omne nomen. ¶ Item obedientia deum
glorificat. ysa. lviii. Si glorificaueris
eum dum non facis uias tuas et non inue
nitur uoluntas tua et loquaris ser
monem tunc delectaberis super dño. et su
stollam te super altitudinem terre etc.
multum glorificat deum uere obediens
qui facit beneplacitum dei. cum deus et
hoc mandat ei per uilem personam et
tanto maior est dei gloria. ideo uere obe
diens merito a deo glorificatur. i. reg. ii.

27 m

Quicumque honorificauerit me glorificabo eum. i. reg. ii. Semen hominum honorabitur. hoc est timentes deum. Semen autem hoc exhonorabitur. quod preterit mandatum domini. ¶ Item obediencia quod multa a deo impetrat. Gregorius. Si obedientes fuimus prepositis nostris, obediet deus orationibus nostris. Augustinus in libro de opere monachorum. Citius exauditur una oratio obedientis quam decem milia contemptoris. i. Jo. iii. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum quod quicquid petierimus ab eo accipiemus, quia mandata eius custodimus. Et post illud Heb. v. exauditus est pro sua reuerentia. Subditur tamen causa illius exaudicionis. Et quidem cum esset filius dei, didicit ex hiis que passus est obedienciam. Obediencia est que dicit illud Cant. ii. Dilectus meus michi et ego illi. Deus enim facit ac si esset totaliter cum obediente quia obediens est totaliter cum illo. Unde obedientes dicunt illud Ro. xiiii. Nemo nostrum sibi uiuit. ¶ Item obediencia a periculo maris huius mundi liberat. Obediens naue pertransit mare huius mundi. Sap. xiiii. Exiguo ligno credunt homines animas suas, et transeuntes mare per ratem liberati sunt. Exiguum lignum est humilis obediencia. Obediencia sancta est quasi nauis institorum. Prov. ult. Qui in naui est et quiescens et comedens uel bibens procedit, quia alieno motu mouetur. Sic obediens qui in religione est et quiescendo comedendo et bibendo meretur. ¶ Item obediencia hominem ditat. Nec mirum cum de suo nichil expendat, quia nichil suum reputat, et cum in cunctis que agit uoluntatem alterius facere intendat, ideo pro omnibus que agit meritum remuneracionis expectat. Multe filie congregauerunt diuitias. Prov. ult. Obediencia non supergressa est uniuersas. Quasi qui quamuis non faciat multa specialiter pro se de quibus non expectat remuneracionem, non ille qui sub obediencia uiuit. ¶ Item obediencia est quasi eques in palefridum uadit, alieno sensu et aliene uoluntati quasi pedibus incedendo alterius. Ideo uelocius uadit quam pedes quibus innititur uelociores sunt propriis. Multi in religione ualde fatigantur mane et frequenter remanent qui si essent in seculo nichil secum agerent. Propter eandem causam obediencia non maculatur. Prov. iii. Vie eius uie pulchre. Propter eandem causam non leditur si quid in culpe uel periculi in eo quod ei iniungitur superioris est, qui paratur. cuius sensui et uoluntati ipse innititur. Nisi manifestum peccatum sit illud quod ei iubetur. De ea uero uerum est illud Ps. In manibus portabunt te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. ¶ Item obediencia hominem expeditum et exhonoratum reddit, cum obediens a sarcina alleuiatus sit, alii incumbit sollicitudo pro ipso et temporaliter et spiritualiter, ideo non solum potest currere, sed et uolare. Si tamen obediencia habet duas alas, sibi contrarias. S. uoluntariam paupertatem et castitatem. Apoc. xii. Date sunt mulieri due ale aquile magne ut uolaret in desertum. Sed magna penna paupertas, quia tam cito uolatur in celum. Nam in aliis uirtutibus que sequuntur promissio futuri temporis indicatur. Paupertati uero non tam promittitur quam datur. Castitas et magna penna est que hominem expedit ab illa delectatione qua difficillimum est hominem bene uti, et a fortissima occasione peccandi. S. muliere, per quam diabolus Adam decepit. Gen. iii. et quam Job reliquit ut per eam eum deciperet. Job ii. Dixit illi uxor sua. Adhuc tu permanes in

simplicitate tua. Item obedientia facit ho-
minem triumphare. prov. xxi. testis mendax
peribit. vir obediens loquetur victoriam.
testis mendax est qui professus est obedientiam
et eam non servat. qui in presenti perit. quia
in bello spirituali succumbit et in futuro
peribit. quia eternaliter dampnabitur. exemplum
habemus de hoc in populo iudaico qui quamdiu
servaverunt legem. exo. xix. omnia que lo-
cutus est dominus faciemus. Item xxiiii. omnia
que precepisti nobis faciemus. cum vero
transgrediebatur legem vincebatur. Jos.
vii. Anathema in medio tui israel. non po-
teris stare coram hostibus tuis. Adam
similiter factus inobediens suo creatori habuit
repugnantem sensum in membris. gen. iii. cum
comedit et aperti sunt oculi eius. glo.
aug. Anima rationalis motus bestiales
in carne sua erubuit. et sensit motum
qui de transgressione veniebat. Item iii. Reg.
xi. legitur de salomone. fecit salomon quod
non placuerat coram domino. et sequitur. Et
suscitavit dominus adversarium salomoni. Sic
accidit ei qui in religione est. quia obedientiam
non servat quam promisit. quod dominus permittit
eum impugnari. et vinci. et sic perit qui
propriam voluntatem in religione vult
sequi. tamquam filius perditionis. Jo. xvii.
Nemo periit ex eis nisi filius perditionis. Ve-
re filius perditionis est qui voluntarie laqueum
sibi mittit. quo perimitur. prov. vi.
Laqueatus es verbis oris tui. Vere filius
perditionis qui de loco salutis fecit sibi
locum dampnationis. et cum esset liberatus
m̄ fiat. ¶ Primū eſt indiſcreta hūi
litas. aug. loquens prelatis. qn̄ neceſſi
tas diſcipline in moribꝫ cohercendis
dic̄e nos dura uerba compellit. ſi ⁊
ipi modum nos exceſſiſſe ſentitis.
n̄ a uobis exigitur. ut a nobis ſubdi
tis ueniam poſtuletis. ne apud eos
quos oportet eē ſubiectos. dum nimiū
ſeruatur hūilitas regendi frangat̄ʳ
auctoritas. eccī. xiii. noli eē humilis in
ſapiā tua. tytū. ii. hoc loquere ⁊ ex
hortare ⁊ argue cum omī imꝑio.
¶ Sc̄dm̄ ē timoꝛ ſcandali. ueritas
uite. doctrine. uel iuſticie. ꝑꝑ ſcan

dalum dimittenda n̄ eſt. gal. ii. dicit
paulus cum ueniſſet petrus antiy
ochiam. in facie reſtiti ei. q̄r repꝛe
ſibilis. ꝯ. xv. cum diceret xp̄o. ſcis
ꝙ phariſei audito hoc uerbo ſcandali
zati ſunt. ipe reſpondens ait. omīs planta
tio q̄m n̄ plantauit pr̄ meus eradica
bitur. ſinite eos. ceci ſūt duces cecoꝝ.
¶ Tertium ē timor mundan' uel hūan'
ſicut ꝑ legit̄ de helya. eccī. xlviii. n̄ pertimuit
principem. nec ſupauit eum uer
bum aliq'. ⁊ iii. re. xviii. dixit helyas
ad acab. n̄ conturbo ego iſrl' ſꝫ tu et
domus pr̄is tui. ¶ Quartū eſt remiſ
ſio de qua exemplum hr̄ in hely. i. re.
i. qui renyſſe arguebat filios ſuos
dicens. qr̄ facitis res huiuſmodi quas
ego audio. ¶ Quintū ⁊ ſextum ſūt
auſteritas ⁊ indiſcretio. ꝯ que duo
fuerūt in archa teſtamti cum uirga
manna ⁊ tabule teſtamti. Ju uirga
intelligit̄ʳ correptio. in tabulis diſcre
tio. in manna dulcedo. ꝯ auſterita
tem dr̄ gal. vi. Vos qui ſpūales e
ſtis inſtruite huiuſmodi in ſpū leni
tatis. ꝯ indiſcretionem dr̄. pū. xiiii.
Ju oꝛe ſtulti uirga ſupbie. ¶ Septi
mum ē ira uel odium. pū. xix. ſpm̄
ad iraſcendum facilem quis poterit
ſuſtinere. eccī. xix. eſt correptio men
dax in ira contumelioſi. uidetur
correptio. ꝙ potius ē corruptio uel
contaminatio. ¶ Octauū eſt amor tēꝑ
ralis. gen. iiii. dixit chaym. Num
quid cuſtos fr̄is mei ſum ego. chai
ym interpretatur poſſeſſio. amator poſſeſ
ſionum cuſtodiam fr̄m negligit
n̄ attendens illud eccī. xxix. perde
pecuniam propter fratrem.
De m̄ faciendi correptionem.

Sequit᷑ de m̊ faciendi correptionē.
Sciēd͛ ē q᷑ correptio pcedere d᷑ ex a-
more. apoc. iij. Ego quos amo arguo ⁊
castigo. S᷑ sunt aliqui qui illos magis
nolunt corrigere quos uident᷑ n̄ ama-
re. quoꝝ correptio ab hijs quib᷑ adhi-
betur n̄ reputat᷑ correptio. s᷑ hostilis
secutio. ẏsa. xi. egredietur uirga de
radice iesse. Iesse interp̄t᷑ incendium.
de incendio amoris egredi d᷑ uirga cor-
reptionis. ij. thes. vlt᷑. Nolite q᷑i inimicū
existimare illum s᷑ corripite ut fratrē.
Ista correptio fieri d᷑ cum cōpassione. G.
neqᷓqm̄ tacentem erigit. n̄ qui stat
in rectitudine p̄ cōpassionem flectit.
Aug᷑. Duo sunt nomina. homo. peccat᷑.
q̄ peccator est corripe. q̄ homo cōmiserere.
In ps. Corripiet me iustus in misericordia
⁊ increpabit. sicut dicit glo. sup̄ i.
G̊o. hi qui elaciuntur ⁊ sciuntur iusti
tiam. Iusticie bonum est mia. Iusticia si
ne mia crudelis furor est. Zelus absq
mia est ut sicut sagittari᷑. qui inten-
dens occidere feram. occidit hominē.
Sicut lamech qui intendens sagittare
feram. sagittauit chaym. ⁊ occidit
eum iuxta tradicionē hebreoꝝ. Ig
nis zeli ardere d᷑ in oleo mie. Gg᷑. sup
ez. zeli scā distrectio. de uirtute mie
necē est ut ardeat. Ideo necē est eū
qui alios h̄t corrigere ungt̄ meditā
propriam infirmitatē. ut in se ipso
discat. quid alij portare possint. in ps.
sciant gens qm̄ homines sunt. gal᷑. vi. cō
siderans temet ip̄m ne ⁊ tu tempteris.
Augᷓ. Intellige que sunt primi
tie ipo. G. omp̄c deus uiros prin-
cipem aploꝝ p̄misit cadere ut ī cul
pa sua disceret. qualit᷑ alijs misereri
deberet. ⁊ de xp̄o legit᷑. ẏsa. liij. Vere

dolorem ⁊ scientem infirmitatē. qui
n̄ didicit pati disciplinam nescit eā
in alios exercere. Quidam religio
si h̄ntes abbatem uirorem crudelissim͞ū
inexpertum discipline. qm̄ in alios uo-
lebat exercere. coegerunt eum sede
p̄ m̄sem inter fr̄es ⁊ gerere se tan
qm̄ simplicem fr̄em. quem cotidie
p̄clamantes. ⁊ egregie uerberantes
tandem restituerunt eum sedi sue.
dicentes. ecce p̄ m̄sem fuisti in scolis
discipline ⁊ n̄ solum audisti s᷑ ⁊ sen
sisti discipline doctrinam. n̄ erat mi-
rum si nesciebas q̄ n̄ didiceras. sis
memor eoꝝ que didicisti. alioqn̄ ī
renouatione faciemus ipoꝝ. quid
dicit ex hijs que passus est discipli-
nam. Sunt multi qui alios dicē uo-
lunt corrigere. se tn̄ nolentes corri-
gi. quoꝝ morb᷑ est noli me tangere.
a solo deo curabilis. cum omnem
tactum humanum fugiat. Item cor-
rectio fieri d᷑ in mansuetudine. ps.
sup̄uenit mansuetudo ⁊ corripiemur.
Sen. Vicia animi sicut uicia corpis.
leuit᷑ tractanda sunt. Ambᷓ. Super
biam p̄ficit amica correctio. plus
qm̄ accusatio turbulenta. illa pudo-
rem incutit. hec indignationē mo-
uet. gal᷑. vi. Vos qui sp̄uales estis
instruite huiusmodi in sp̄u leuita-
tis. Zelus sedet q̄i in fornace. uel
iuxta fornacem. s. iuxta irascibilē.
vn̄ de facili emittunt᷑ scintille ire.
quib᷑ turbat᷑ oculus intus. sapiēs.
Impedit ira animū ne possit cer-
nere uerum. ⁊ sup̄ illud. Iob. v. Vi-
rum stultum interficit iracundia. di-
cit Gg᷑. Ira p̄ zelum turbat. ipsa ira
q᷑ zelus rectitudinis. dum autem

tigat mentis. turbat. Ideo viri sci
tam sentientes supsedere volunt
correctioni. donec ira cessaverit. et tran
quillitas in mente sca sit. imitari
volentes illum cui dr. sap. xii. tu dnā
tor virtutis cum tranquillitate iudi
cas. Jac. i. Ira viri iusticiam dei nō
operatur. Diogenes. cum eēt iratus
servo suo ait. iam ñ iratus eēm ñ
verberibz enecassem. In silicibz ñ iracun
dis ñ excitat scintilla de bonitate ius
irascibiles. sz flamma totū vocas
ex zelo scō ceperat. furore consu
mant. In eis opus scm qd et zelus scs
tenebat. ira capit et sibi vendicat.
scintilla ñ vero si aliquid turbatoris
oculo mentis ingerat. et tn̄ op' scō
zelo inceptum sibi vendicat. Sile
invenitur in eo qui ex iusticia redde
re vult debitum uxori. cui op' duplr
pot se ingerere voluptas. vel sic.
ut opus iusticie ñ auferat. vel ita
ut illud totum sibi rapiat. ut s. so
la voluptatis amore consummetur.
gal. iii. sic stulti estis ut cum spū
ceperitis nunc carne consummemini.
Sile et accidit in illo qui ex caritate
incipit dare elām. cui vana glā duplr
potest eē ingerere. Sile et accidit eo
qui ex devotione inchoat iter ieroso
limitanū. et intrat in cor eius cogita
tio de negotiatione ibi exercenda. q
cogitatio duplr potest eē ingerere
ut prius. Est correctio secreto fa
cienda est si culpa sit occulta. Math. xviii.
Si peccaverit in te fr tuus corripe
eum int te et ipm solum. Si ñ cul
pa sit manifesta. manifeste faci
enda est. i. thi. v. peccantes coram ho
minibz argue. ut ceteri timorem

habeant. ysidor. manifesta pcā nō sunt
occulta purgatione purganda. palā
n. arguendi. qui palam nocent. ut
dum aperta obiurgatione sanantur. hi
qui eos imitando deliquerunt corri
gantur. dum unus corripitur plurimi
emendantur. necesse est ut multorum sal
vatione unus condempnetur. quam per unius
licentiam multi periclitentur. ita ergo
delinquentem sermo est proferendus. si
cut eius qui corripitur expostulat
salus. Est in correctione attendendus
est status personarum que corriguntur. qui
sanat oculum qui sanat calcaneum.
cum veterano prius agendum est. iuxta
sen. i. thi. v. Seniorem ne increpa
veris. sz obsecra ut patrem. In correcti
one et observanda est modestia. mo
dum est. n. medium int remissione
et indiscretum zelum. ii. thi. ii. servum
dni oportet eē patientem. cum modestia
corripientem. qui ñ possunt benigni
te corrigi terrore sunt corrigendi.
aug. ad benefaciendum quidem dcm
pudore et liberalitate liberos retinere
satius eē credo quam metu. et ibidem
aug. hoc quidem verum est. sz sicut
meliores sunt quos dirigit amor
ita plures sunt quos corrigit timor.
ysidor. Qui blando verbo castigati
nō corriguntur acrius necesse est ut ar
guantur. cum dolore n. abscindenda
sunt que leviter sanari ñ possunt.
quales debeat eē zelus ostendit b.
sup cant. Zelum inquit tuum infla
met caritas. informet scientia. firmet
constantia. sit fervidus. sit invictus
sit circumspectus. Jd. quo zelus fer
vidior ac vehementior fit. pfusiorque
caritas. eo vigilantiori opus scientia

que zelum supprimat. sed tamen temperet
ad inter caritatem. sunt qui zelum
habent non secundum scientiam. ro. x. qui vulgariter
vocantur homines sine capite. belluina ta-
lia sevientes in peccatores. conviciis e-
os dehonestantes. non medicos sed hostes
se exhibentes. qui tumorem cordis et vindictam
evacuantes. dum omnia hic vin-
dicare volunt. Sed tamen hic omnia
vindicarentur. ut ait aug. locum divina
iudicia non haberent. ipsi officium demonum
quod est torquere diligenter facerent. si po-
testatem haberent. In ore eorum personant
hee voces diabolice. verberetur. fugetur. compedi-
tur. deponatur. excecetur. pastor eorum est
gladius in manu furibundi. ut
ab ore eorum audiatur. corrigatur. ipsi so-
lum urere volunt. et secare. omni e-
gritudini ignem et ferrum adhibere
volunt. ignorantes quod omnium me-
dicaminum saluberrimum est sapientia
sap. ix. Per sapientiam sanati sunt quicum-
que placuerunt tibi ab initio. eidem xvi.
nec herba nec malagma. sed sermo tuus
domine sanavit eos. qui sanat omnia. pec-
cantes ut ait dyonisius. tamquam ceci ma-
nuducendi sunt. tollendi undique fulci-
endi sunt. qui titubant. erigendi sunt
qui ceciderunt. et sanandi qui vulnerati
sunt. non novo vulnere infligendi. qui
zelum indiscretum habent. similes sunt
illis qui reficiunt veteres patellas
qui foramen unum volentes obstruere
suo ictu mallei multa faciunt vel
illud augent. vel patellam omnino
confringunt. Videntur tales credere quod
omnia vasa sint malleabilia. cum sint
fictilia vel vitrea mallea-
tione potius confringantur. correptio est vasorum
spiritualium confractorum refectio. ecce.

xi. Cor fatui quasi vas confractum. ii.
thi. ii. In domo magna sunt vasa
non solum aurea et argentea. sed et lig-
nea et fictilia. hii correptores homi-
num facile desperant. ad male sentiendum de
hominibus faciles. ad bene sentiendum
difficiles. hii publicum tantorem crude-
libus suis prefecerunt. qui mala fratrum tam
facile presumunt iudicare. bona non nisi
tarde. opinionem malam semel de aliquo
conceptam vix aut numquam deponunt. contra
muscas vel pulices in gladio magno
pugnare volunt. similes cuidam qui dum
muscellam quam videbat super caput al-
terius volitantem. securi interficere per-
cutere. excerebravit eum. immitiores
dum tales ligna peccatorum intendunt suc-
cidere. fugit securis manum eorum.
ferrumque lapsum de manubrio
proximum occidit. deut. xix. glo. cum sim-
plex ligna succidimus cum delinquen-
tium vitia pia intentione resecamus.
Securis manum fugit. cum increpatio
asperitatem sese pertrahit. ferrum de
manubrio prosilit. cum de correctione
sermo durior exit. tales zelantes
pro medicina venenum propinant. iob. xx.
panis eius in utero eius vertetur
in fel aspidum. tales similes sunt
cuidam fatuo. qui velocissime volens
procedere sine ruina domorum non poterat
per civitatem incedere. tales spiritualiter
multos corruere faciunt intempe-
state. et turbine sunt vie eorum. ysa. i.
prov. x. quasi tempestas transiens non erit
impius. ipsi similes sunt pugilibus. qui
incedentes per medium prosilire alios
impellunt. alios conculcant. alios
impediunt a gressu et maledictionum
multitudines post se relinquunt.

sic in quacumque congregatione tales conu
sati fuerint. post recessum uel deces
sum querelas uel maledictiones relinquunt.
Hii periculose ambulant inter uentres
pregnantium. Quis .n. enarret arbores
sectorum propositorum quos faciunt. et suffo
cationes tenerarum plantarum. tales in prin
cipe demoniorum eiciunt demonia. et
in sathana sathanam expellunt. sicut
expellunt. et non potius introducunt. Isti
enim credentes se expellere spiritum luxu
rie. non expellunt eum sed latere cogunt
introducentes cum eo spiritum audacie
et simulationis et ire et odii. Unde oportu
nitate inuenta exeunt uitia ut be
stie de cauernis. cum multitudine no
uorum uitiorum. et est error nouissimus
peior priore. et perpetrantur consueta deposi
tiones hominum. Zelum indiscretum.
vel et mors eorum. multum attendenda
esset in correctoribus infirmitas cor
rigendorum. et potestas correctoris. et in
stragem multorum operetur correctio. vel
saltem paucorum. erubescenda est mede
cis spiritualibus timoratio medicorum
corporalium. qui adeo sollicite cauent
ne medicina eorum alicui sit mortis
occasio. deridenda quorumdam iusti
cia. ne amittant de iure suo tales
denarium. parati sunt .c. marchas ex
pendere. cauendum est ne zelum ali
quorum inanis gloria contineat ut ac
cidit cuidam qui ut iustus uideretur
appareret proprium filium pro leui
delicto decollauit. incantator insani
simus qui morte filii sui. uanam
laudem iusticie comparauit. Zelus
ille uel discretus procedere solet ex et
experientia proprie infirmitatis et ali
ene. disciplina in seipsis et ex igno
rantia proprie infirmitatis et alienorum
ex amore inanis glorie. talibus non est dan
da potestas. esset enim ut gladius in
manibus furibundi. ipsi ad instar de
monum quocumque intrauerint. immun
dum post se dimittunt. qui non habent ze
lum discretum medicos corporum imi
tantur. in grauibus spirituales persequentes
salutem non egrorum querentes. non imi
tantur medici corporum patientibus. immo
consolantur eos et ad tollendum horrorem
medicine prius inde gustant. sicut
dicit aug. de saluatore. calicem inquit
passionis bibit medicus prius ne illum
abhorreret egrotus. Non putant
qui habent zelum discretum homines sed
inertia hoc relinquunt deo. sufficit ei
ut faciant eos penitere. putant
ut ostendunt. ut qui peccauerit humili
ter totaliter se tradant. tales offi
ciatores diabolo et angelis eius relin
quuntur. tales sic secant putrida ut
sana illesaque relinquant. sic herbas pes
tiferas euellunt. ut salutares non
ledant. sic zizania extirpant. ut tri
tico lesionem non inferant. quidam ha
bentes zelum non secundum scientiam. sicut hortos
abbaciarum siue nobilium purgan
tes ab arboribus fructiferis. ita fe
re ibi nullam relinquerent. Ergo
cum parcere et punire sint contraria. con
trariorum eadem sit disciplina. qui
nesciat parcere nesciat punire. Ergo
sicut zelus indiscretus reprehensibilis
est. ita et remissio est reprehensibilis.
B. in epistola. Non irasci ubi irascendum
est. nolle emendare peccatum est. plus
non irasci quam irascendum est. peccatum
peccato addere. remissio est ut somp
nolentia in rectore nauis. exemplum

eris sicut dormiens in medio maris.
et quasi sopitus gubernator amisso clauo.
Ysidorus. prelatum negligenter dormienti
assimilat. de cuius manu baculus cadit
pastoralis. et pictores pingunt episcopum
recumbentem in cathedra super cubitum
sompno grauatum. et cadentem de ma-
nu eius baculum pastoralem. ¶ Item re-
missio pigricie in agricola assimilatur.
prouerbiorum xxiiii. Per agrum hominis pigri transiui
et per uineam stulti uiri. et ecce totum
repleuerant urtice. operuerant superficiem
eius spine. Remissio est uelud defectus
latratus in cane grangiam seruante.
ysaias lvi. canes muti non ualentes latrare.
¶ Item defectus gladii in custode. ysaias
lxii. super muros tuos iherusalem constitui
custodes. canticorum iii. ¶ Inuenerunt me custo-
des ciuitatis. ¶ Item est defectus buccine
in speculatorem. ezechielis xxxiii. si spe-
culator uiderit gladium uenientem
et non insonuerit buccina. et populus non cu-
stodierit se. uenitque gladius et tulit
de hiis animam. et ille quidem in iniquitate
sua captus est. sanguinem autem eius de ma-
nu speculatoris requiram. Sunt qui cor-
rectionem nimiam reputant. cum tamen
pocius sit crudelitas. misericorditer agitur
cum frenetico cum ligatur. et a discidiis
suis nociuis compescitur. et cum eo qui
in igne est cum per capillos inde extra-
hitur. si aliter extrahi non potest. de ore
lupi infernalis uiolenter extrahendi sunt
homines. amos iii. quomodo si eruat pa-
stor de ore leonis duo crura aut extre-
mum auricule. sic eruentur filii israel.
iob xxix. conterebam molas iniqui.
et de dentibus illius auferebam predam.
Mole diaboli sunt uicia et peccata. eadem
dentes et possunt dici. ecclesiastici xxi. den-
tes leonis dentes illius. ¶ Item scribitur
de sirenis homines quos ab aquis delectant et
nutriunt. antequam ibi submergantur.
Et uideo quod qui habet correctionem face-
re non de se sed de deo debet confidere. et diuine
debet instare. cum solius dei sit homi-
nem corrigere. ecclesiastes vii. considera opera
dei quod nemo possit corrigere. quem
ille despexerit. considera et cetera. id est diligenter
ne que opera sunt propria dei. sola uir-
tute eius possibilia. et uidebis ea. inueni-
es illud. quod nemo possit et cetera. De hiis que
ualent ad libenter recipiendam correptionem.

Sequitur de hiis que incitare pos-
sunt ad libenter recipiendum cor-
rectionem. uel disciplinam. ad quod potest
ualere primo multiplex admonitio
sacre scripture. in psalmo. Apprehendite
disciplinam. prouerbiorum iii. disciplinam domini
fili mi ne abicias. et eiusdem iiii. tene dis-
ciplinam et ne dimittas eam. hebreorum
xii. Noli negligere disciplinam.
Item in disciplina perseuerate. ¶ Secundo u-
tilitas ex disciplina uel correctione
proueniens. prouerbiorum xxix. Virga atque cor-
reptio tribuit sapientiam. et eiusdem xii. qui
diligit disciplinam diligit scientiam.
qui autem odit increpationes insipiens est.
disciplina uel correctio placet sapien-
tibus et in eis proficit. insipientibus non
displicet. nec proficit in eis. ecclesiastici xx.
uir prudens et disciplinatus non murmu-
rabit correptus. prouerbiorum ix. argue sapien-
tem et diliget te. et eiusdem xv. Non a-
mat pestilens eum qui se corripit.
ecclesiastes vii. qui arguit impium sibi ma-
culam generat. ecclesiastes i. peruersi diffici-
le corriguntur. Perfectus est qui et intel-
lectu et affectu a bonitate auersus
est. ecclesiastici xxxii. homo peccator uitabit

correctionem. et ad voluntatem suam inveniet comparationem. prov. xvii. plus proficit correctio apud prudentem quam centum plage apud stultum. eccl. xxii. Si contuderis stultum in pila quasi tipsanas feriente pilo desuper non auferetur stulticia eius. ¶ Tercio malum pretendens ex eo quod disciplina vel correctio abicitur. virga enim correctionis in colubrum vertitur. qui enim hic non corrigitur in futuro a serpentibus infernalibus punietur. exo. iiii. proiecit moyses virgam et versa est in colubrum. prov. xv. qui increpationes odit morietur. et eccl. xxix. viro qui corripientem se dura cervice contempnit. repentinus superveniet interitus. eccl. xix. qui odit correctionem minuetur vita. vita inquam triplici. scilicet nature. gratie et glorie. homo qui est sine disciplina. tenebris adheret. de eternis non curans. Iob. xvii. cor eorum longe fecerunt a disciplina. spera non exaltabitur. glo. qui per disciplinam minime custodire vitam student semper per desideria mentis tacent. quia sine disciplina est in periculo est. prov. xv. Qui abicit disciplinam despicit animam suam. sicut carnem despicit qui eam non vult sale condire. prov. v. qui contempnit disciplinam. per consequens abicit omne bonum. sap. iii. sapientiam et disciplinam qui abicit infelix est. fugiunt enim eum omnia bona. talis diabolo multum assimilatur qui incorrigibilis est. eccl. xxi. qui correctionem odit vestigium est peccatoris. peccator dicitur diabolus anthonomasice. cui multum assimilatur qui odit correctionem. ut vestigium valde simile est pedi.

Et notandum quod laudabilius est correptionem libenter recipere quam audacter facere. augustinus ad ieronimum. cum satis sit a verendo timere in nullo quam in aliquo delinquere. multo est tamen mirabilius et laudabilius libenter accipere corrigentem quam audacter corrigere deviantem.

De partibus disciplinae

¶ Sequitur de partibus disciplinae. et notandum quod est disciplina ad omnes pertinens. scilicet disciplina proprii corporis. et est disciplina pertinens ad eos qui presunt ceteris hominibus. Prima multiplex est. ut ieiunium. asperitas vestium. divine lectionis. peregrinatio. vigilie. disciplina verberum. Secunda autem duplex. quedam spiritualis. cum scilicet delinquentes feriuntur gladio spirituali. que specialiter pertinet ad prelatos ecclesie. quedam materialis. cum scilicet delinquentes feriuntur gladio materiali. que maxime pertinet ad principes terrenos. omissis aliis partibus discipline prosequemur de ieiunio. de quo scriptura sacra multum loquitur. et quod magne efficacie est ieiunium ut ait ysidorus in libro ethimologiarum. est parsimonia victus abstinentiaque ciborum. de illo hoc modo dicemus. primo commendationem eius innitemur. secundo agemus de speciebus eius. Tercio agemus de hiis que debent concomitari ieiunium.

De ieiunio

¶ Circa primum notandum quod ieiunium est multipliciter commendabile. primo exemplis. specialiter exemplo moysi. qui ieiunavit xl diebus et xl noctibus. exo. xxxiiii. Item exemplo helye. qui similiter ieiunavit xl diebus et xl noctibus. iii reg. xix. ¶ Item exemplo christi. de quo mt. iiii. cum ieiunasset xl diebus et xl noctibus postea esuriit. ¶ Secundo ab hoc quod est fundamentum virtutum. ieiunium

non est perfecta virtus. sed est ceterarum vir-
tutum fundamentum. ¶ Tercio a multi-
plici suo effectu. Ieiunium vere servum dei
misericordiam impetrat. Unde Ion. iii. scio quia
misericors est dominus misericors. ¶ Item
gratiam dei conservat. Ysa. xxx. dabit tibi
dominus panem arctum et aquam brevem
non faciet a te avolare doctorem tuum.
Item ad intelligentiam et sapientiam iuvat. Da-
niel i. tollebat malasar cibaria et po-
tum eorum. dabatque eis leguminia. pueris
autem hiis dedit deus scientiam et disciplinam
in omni libro et sapientiam. danieli autem intel-
ligentiam omnium visionum et sompniorum.
Ex. xxxiiii. moyses. xl. diebus ieiunavit et le-
gem suscepit. et dan. x. post ieiunium
audivit ab angelo. in quo [illegible]
sionem sermonis et intellige. Ysa.
xxviii. quem docebit scientiam et quem
intelligere faciet auditum? ablacta-
tos a lacte. a labe. i. spiritales consolatio-
nis. ¶ Item ieiunium consolationem dei et an-
gelorum meretur. Unde post ieiunium domini
accesserunt angeli et ministrabant ei.
Mt. iiii. cornelio ieiunanti et oranti ap-
paruit angelus. act. x. et iii. Reg. xix. legitur
de helya quod ieiunavit. xl. diebus et. xl.
noctibus et venit ad montem dei oreb.
ubi deus cum eo locutus est. ¶ Item meretur
supernaturalem refectionem a deo. Sic
testatur Iero. paulus primus heremita
semper ieiunabat. quousque panis sibi
cotidie de celo mitteretur. qui duplicatus
est cum ad eum venisset antonius. cum ille
a se comederent. duplicata est nobis
annona. ¶ Item ieiunium carnem vin-
cit que est hostis familiaris. Ier. super
marchum. Ieiunio pestes corporis. oratione
sanantur pestes mentis. mt. xvii.
hoc genus demoniorum in nullo potest

exire. nisi in oratione et ieiunio. Sicut autem
quidam dicit plus confidit in adiuto-
rio carnis quam in aliquo alio. quia plus
nocet domesticus hostis. Ipse baculo
nostro nos cedit. et manus nostras proprio cingu-
lo ligat. in caro que data est nobis
in adiutorium. fit nobis in inimicam
et in scandalum. gravis lucta est et
grande periculum adversus domesti-
cum hostem pugnare. maxime cum nos
advene simus et ille civis. hostem
istum fugere non possum. nec fugare.
circumferre necesse est. quia alligatum est
michi. perimere non licet. sustentare cogor.
hostem meum adversus me nutrio. Et
ideo dignos irrisione illos esse qui di-
cunt se carnem non posse vincere. cum
hoc possit et ieiunando nutrimenta sub-
trahere. non est castrum adeo forte quod
non possit expugnari. si possint ei vic-
tualia subtrahi. nec est pugil adeo
fortis qui et a debili vinci non possit.
si fortis necesse habet tenere dietam quam
debiles voluerint. nec est ignis adeo
magnus qui non deficiat si ligna sub-
tracta fuerint. Pro. xxvi. cum defece-
rint ligna extinguetur ignis. Illi qui
per impotentiam se excusant de hoc
quod a carne sua vincuntur. potest dominus dicere
illud quod dixit abraham sare conque-
renti de ancilla sua. gen. xvi. ecce
inquit ancilla tua in manu tua
est. utere ea ut libet. ¶ Item ieiunium
diabolum ab homine expellit. sicut fa-
mes lupum cogit exire a nemore.
Ieiunium ponit diabolum in arido.
ubi requiem non habet. mt. xii. cum immundus
spiritus exierit ab homine ambulat per loca
arida querens requiem et non invenit.
Diabolus ad modum piscis habitat in locis

humilibus. Iob xl. ysidorus. Immunditiis spiritus
ibi se magis inmittunt. ubi plus uide-
rint escam et potum. Sed per ieiunium
poni debet dyabolus in loco sicco ut ibi in-
terficiatur secundum consilium raphaelis.
thob. vi. dicentis ad thobiam mino-
rem de pisce magno qui stabat ad
deuorandum eum. ut extraheret eum
de aqua. quo facto cepit palpitare
ante pedes eius. et qui prius stabat
ad deuorandum tunc de facili est occisus.
Sic dyabolus de facili occiditur in hominibus
per ieiunium. Ambrosius. Vides quanta sit
uis ieiunii. ut ieiunus homo sputo
suo terrenum serpentem interficiat.
multo fortius quam spiritualem serpentem.
Iudith. xiii. post ieiunium ampu-
tauit caput holofernis. et filii israel
post ieiunium et fletum uicerunt
illos de tribu beniamin. de corpo-
rum sacrificium deo factum in odorem
suauitatis. ro. xii. obsecro uos per
misericordiam dei ut exhibeatis corpora uestra
hostiam uiuentem sanctam et cetera. ecclesiastici xxiiii.
quasi mirra electa odorem dedi suauita-
tis. suauis odor mirre est ieiunii pla-
centia. Valet et ieiunium ad corporalem
sanitatem. Vnde dicitur in medicina. quod
abstinentia est summa medicina.
ecclesiastici xxxvii. qui abstinens est adiciet
ad uitam. Item ualet contra aduersitates
i. esdre. viii. Ieiunauimus et rogaui-
mus dominum. et euenit nobis prospere. Quantum
ieiunium placeat deo figuratum est
ge. xxi. ubi abraham fecit grande
conuiuium in ablactatione ysaac.
Ieiunium in mensa christi hominem dignum
efficit. bernardus in sermonibus. non est mag-
num si ieiunet cum christo qui sessu-
rus est ad mensam patris cum eo. luce. xxii.

bi qui nunc esuritis quia saturabimini.
Sequitur de speciebus ieiunii. Sciendum est quod
triplex est ieiunium. scilicet ieiunium a peccato.
ieiunium a cibo. et a temporali gaudio. de pri-
mo dicitur ieronimus. Tanto preclara est apud deum
abstinentia corporis. cum animus ieiunat
a uiciis. quid prodest tenuare corpus ab-
stinentia cum animus intumescit superbia.
ysidorus. qui a cibis abstinent et praue
agunt demones imitantur. quibus esca
non est et nequitia semper est. ysaias. lviii.
quare ieiunauimus et non aspexisti. et sequitur.
responsio. ecce in diebus ieiunii uestri inuenitur
uoluntas uestra et cetera. ecce ad lites et conten-
tiones ieiunatis. glossa. hoc intus uelut
carnibus draconis qui datur esca populis
ethyopum. et post. Numquid tale est ieiuni-
um quod elegisti. immo hoc est magis ieiu-
nium quod elegi. dissolue colligationes
impietatis. Ieiunium a cibo triplex est.
aliud enim est detestabile. aliud laudabi-
le. aliud indifferens. Ieiunium indiffe-
rens est quo homo ieiunat causa infirmi-
tatis. uel indigentie solum. Detestabile
est ut in ypocritis. uel auaris qui ie-
iunant ut parcant burse. uel gulosis qui
ieiunant ut postea melius comedant. De
ieiunio ypocritarum dicitur. mathei vi. cum ieiuna-
tis nolite fieri sicut ypocrite tristes.
crisostomus. si quis ieiunat et tristem se fa-
cit. ypocrita est. quanto iniquior est qui
non ieiunat. sed in facie sua argumentis
quibusdam pingit uenalem pallorem.
qui ieiunant propter laudem humanam uel
tantum sunt fatui. de hoc enim quod hostibus
subtrahunt. scilicet carni. duos hostes pa-
scunt mundum. scilicet et diabolum. ieiu-
nant enim ut pascant oculos homi-
num pulueres et uane glorie pascunt dyabolum.
ysaias. lix. Serpentum pullus pauit...

Auari et latini sunt qui ppria ori subtra-
hunt et in ore diaboli ponunt. os dy-
aboli bursa auari. Jero. Hic ieiuniu
in marsupii lucru. et sanctas arcas.
Tercio ieiunio ieiunant illi quorum deus
uenter e. phil. iij. qui ieiunerint sol
lempnitate dei sui. l ueneris. sancti
ieiuniu uigilie. gg. in pastorali. Non
deo set sibi ieiunat. si ea que uentri ad
tempus subtrahit. non in opibus tribuit. sed
uentri postmodum offerenda custodit. Je
iunium laudabile describit. Jo. dicens.
Sit pura. casta. simplex. et non supsticio-
sa ieiunia. pura: ut homo sit ab solum mor-
tali. ro. xij. obsecro uos per miam dei ut
exhibeatis corpa ura hostiam uiuentem.
...m. qui in mortali ieiunat. corpus suum
... cadauer mortuum deo offert. casta:
et bona intentione fiant. simplicia:
non querat homo delicias. Jo. qui xpm
... considerat non curat quam preciosos cibos
... eres efficeat. ysidor. Spurie ieiuni-
um quod in uespere deliciis compensatur.
Sunt quidam qui delicatiora uolunt
esse cum ieiunant. et plus comedunt
una uice quam comederent duabus. si non ie-
iunarent. qui talem gratiam uidentur fa-
cere deo qualem facit ille qui dat ali-
cui duos obolos pro denario. tales uide-
ntur uelle parum grauare suum hos-
tem. l carnem. qui solbenda carni
... bus inuenies. solummodo timendo. uno
... medio. Non debent et ieiunia ee
pstiticiosa. Jero. quid prodest oleo non
... et molestias quasdam difficul-
tates ... aliorum querere. Jeiunium laudabile
tres ht spes. l. ieiunium bonum et
melius et optimum. Jeiunium bonum e
qui cum caritate est et ad satisfacien-
dum deo pro peccatis. ambros. qui caritate

non ht omne bonum amittit quod ht. i. cor.
xiij. Si tradidero corpus meum ita ut
ardeam. caritatem autem non hueo nichil mihi
prodest. Jeiunium melius est quando quis ieiu-
nat ad dei honorem et proximi utilitatem.
ut. l. dei contumeliam in suo corpore
uindicet. et ut pauperibus tribuat quod
sibi subtrahit. ad tale ieiunium mo-
net dns. math. vi. dicens. Tu autem cum
ieiunas unge caput tuum etc. Justin.
Deo ieiunat qui eius amore se macerat.
et quod sibi subtrahit alteri largitur.
Optimum ieiunium est. quando homo ex u-
na parte abstinet. et ex alia parte bona
agere non cessat. ysidor. hoc est pfectum
et conabile ieiunium. quando ut homo ex-
terior ieiunat. et interior orat. Sunt
aliqui qui nichil boni possunt fa-
cere cum ieiunant. set ludunt ne sint
ociosi. l. pro uitando ocio. ociosa secta-
ri ridiculum est. Jeiunauit a gaudio
spirituali uite contemplatiue. sic ieiuna-
bat qui dicebat. Renuit consolari
anima mea. tho. iij. dicebat sara.
mundam seruaui animam meam ab
omni concupiscentia. nunquam cum ludentibus
me miscui. neque cum hiis qui in leui-
tate ambulant participem me prebui.
Sequitur de hiis qui debent conco-
mitari ieiunium. que sunt. sa. oro.
elemosina. et spirituales lectiones. de primo. tho.
xij. bona est oro cum ieiunio et elemosina.
magis quam thesauros auri condere.
De elemosina dicit aug. in quodam sermo-
ne. tale est ieiunium sine elemosina qualis
sine oleo lucerna. homo primo debet
exsiccari ab aquis deliciarum per ieiu-
nium. Secundo necessarium est oleum pi-
etatis quod pertinet ad elemosinam. Tercio
debet applicari deo a quo debet illuminari quod

fit in oratione. In hiis tribus est unctura ho-
minis. ut dicit glo. super illud. apud me
oratio deo vite mee. De letitia dicit glo. super
illud. tu autem cum ieiunas. unge caput. ca-
put inquit ungit. qui spirituali letitia
intus pinguescit. ii. cor. ix. hilarem da-
torem diligit deus. De errore qui dicit

Sequitur de nullum esse excommunicandum.
erroribus circa disciplinam. et primo
tangetur de errore illorum qui dicunt
nullum esse excommunicandum. Secundo de er-
rore illorum qui dicunt maleficos non esse
puniendos pena temporali. Primus error
videtur posse muniri hiis testimoniis
sacre scripture. legitur luc. vi. Nolite
iudicare et non iudicabimini. peccant
ergo sacerdotes qui excommunicationis sententiam
ferendo homines iudicant. ¶ Item
ro. ii. Inexcusabilis es o homo omnis
qui alium iudicas. in quo enim iudi-
cas alium teipsum condempnas. Item ro.
xii. Benedicite et nolite maledicere.
peccant ergo sacerdotes qui hominibus
maledicunt. i. cor. vi. Neque male-
dici neque rapaces regnum dei possi-
debunt. ¶ Item i. pe. iii. Non reddentes
malum pro malo. ad quod monemur ex-
emplo christi. i. pe. ii. cum malediceretur non
maledicebat. Item eccli. xxi. cum male-
dicit impius diabolum. maledicit
ipse animam suam. Sed contra maledicendum
non est. multo fortius homines non sunt
maledicendi. Ad primum dicendum
est quod est iudicium iustum et iudicium
iniustum. Iudicium iniustum pro-
hibitum est. Iudicium non iniustum non
est prohibitum. immo christus monet ad
illud. Io. vii. Nolite inquit christus iude-
is secundum faciem iudicare. sed iustum
iudicium iudicare. de manifestis
concessum est nobis iudicium de occul-
tis non. i. cor. iiii. Nolite ante tempus iudica-
re quo adusque veniat dominus qui et illu-
minabit abscondita tenebrarum. i. thi.
v. Peccantes coram omnibus argue. ut et
ceteri timorem habeant. quod apostolus habuerit po-
testatem iudicandi. ostendi potest ex
eo quod dictum est petro. math. xvi. Quodcumque
ligaveris super terram erit ligatum et
in celis. et quodcumque solveris super terram erit solutum et in celis.
Item eidem. xviii. quecumque alligaveritis
super terram erunt ligata et in celo. Item
Io. xx. quorum remiseritis peccata re-
mittuntur eis. et quorum retinueritis re-
tenta sunt. et i. cor. v. ostendit apostolus se
iudicasse corinthium fornicatorem. ego
inquit absens corpore presens autem spiritu
iam iudicavi presens eum qui sic operatus
est in nomine domini ihesu christi congregatis
vobis et meo spiritu. cum virtute domini ihesu
tradere huiusmodi hominem sathane in interi-
tum carnis. ut spiritus salvus sit in die
domini nostri ihesu christi. ¶ Item eidem vi. an ne-
scitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt.
et si in vobis iudicabitur mundus indig-
ni estis qui de minimis iudicetis. nescitis
quoniam angelos iudicabimus. Ad aliud
dicendum est. quod ecclesia non reddit malum
pro malo. nec malum optat cum aliquem
excommunicat. excommunicatio enim medicinalis est.
nec est mala. non mala tamen pene. sed medi-
cina amara dicitur mala cum vere bo-
na sit. eo quod sit medicabilis expulsiva. ex-
communicatio est ad hoc ut homines salu-
briter confundantur et convertantur.
ps. imple facies eorum ignominia et querent
nomen tuum domine. aug. quicquid facit
vera et legittima mater. ecclesia. et si a-
sperum amarumque sentiatur. non malum
pro malo reddit. sed expellendo malum

iniquitates. bonum discipline apponit.
non odio nocendi sed dilectione sanandi. ¶ Item
aug. melius tumor capitis dolet dum
curatur quam dum ei parcitur non sanatur.
Ad illud eccli. xxi. cum maledicit impius
diabolum etc. dicendum est quod uerbum il
lud intelligendum est quantum ad illos qui
ad sui excusationem maledicunt diabolo.
imputantes ei peccatum suum. sicut eua pec
catum suum serpenti imputare uolu
it. et per consequens auctorem serpentis
latenter accusauit. auctoritatem excommuni
candi uel maledicendi habet ecclesia ex diuer
sis locis scripture sacre: ut ex. xviii. math.
dicente domino. si ecclesiam non audierit sit tibi
sicut ethnicus et publicanus. et eidem. xxi.
maledixit dominus ficulnee fructum non fe
renti. et act. viii. dicit petrus simoni mago.
pecunia tua tecum sit in perditionem.
et ii. jo. si quis uenit et hanc doctrinam
non affert. nolite hunc recipere in domum.
nec aue ei dixeritis. i. cor. v. Si quis frater
nominatur et est inter uos fornicator
aut adulter. aut auarus. aut ydolis
seruiens. aut maledicus. aut ebriosus.
aut rapax. cum huiusmodi nec cibum capere. In
eodem. Nescitis quod modicum fermentum
totam massam corrumpit: expurgate
uetus fermentum. ¶ Item auferte malum
ex uobis ipsis. eidem. ult. si quis non amat
dominum ihesum sit anathema. Item gal. ult. si quis
uobis euangelizauerit preter id quod acce
pistis anathema sit. Item i. thi. i. est hymen
eus et alexander quos tradidi sathane.
ut discant non blasphemare. sicut ouis
morbida a grege separatur ne grex ex ea
inficiatur. et sicut membrum infirmum
et corruptum abscinditur ne cetera membra
per illud corrumpantur. et sicut humores pra
ui a corpore educuntur ne infirmitatem cor

poris inducant. sic homines pestilentes
ab ecclesia per excommunicationem separandi sunt
ne ceteros corrumpant. aug. mali
xpiani sic sunt in corpore xpi. quomodo hu
mores mali quando euomuntur. tunc releuatur
corpus. sic et mali quando exeunt tunc ecclesia
releuatur. et dicit. ex nobis exierunt hu
mores isti. sed non erant ex nobis. De errore quorum
dicunt maleficos non esse puniendos pena temporali

Sequitur de errore illorum qui dicunt 5
maleficos non esse puniendos pena
temporali maxime morte. qui error uidetur
posse inniti hiis testimoniis scripture
sacre. legitur gen. ix. quicumque effuderit
sanguinem humanum fundetur sanguis
illius. nullis ergo licet effundere sangui
nem humanum. Item exo. xx. Non occides.
quod uerbum assumit dominus math. v. et deut.
xxxii. mea est ultio etc. eze. xviii. nolo
mortem peccatoris. ¶ Item math. v. ego dico uobis
non resistere malo. in eodem. qui irascitur
fratri suo reus erit iudicio. si non licet fratri
irasci. ergo non licet eum occidere. Item in eodem.
diligite inimicos uestros benefacite hiis
qui oderunt uos. et eidem. xiii. in parabo
la de zizaniis similitudinis. dicunt
serui. uis imus et colligimus ea. et ait
paterfamilias. non. ne forte colligentes zi
zania eradicetis simul et triticum. si
nite utraque crescere usque ad messem.
Item luc. vi. Nolite condempnare et non
condempnabimini. et ro. xii. non uosmet
ipsos defendentes karissimi. sed date locum
ire. Scriptum est enim. mihi uindicta.
et i. jo. iii. omnis qui odit fratrem suum
homicida est. et scitis quoniam omnis homi
cida non habet uitam eternam in se ma
nentem. math. xxvi. omnis qui acceperit
gladium gladio peribit. ¶ Item jo.
viii. dimisit dominus in pace mulierem de

dep̄hensam in adulterio. Ad t̄m̄ dicendū
q̄ illa lr̄a dn̄i gen̄. ix. quicūq; fuderit
sanguinem hūanum fundetur san-
guis illius. ⁊ illa. m̄. xxvi. om̄s qui
acceperint gladium gladio peribunt.
potius ostendit si quis diligent̄ in-
spiciat aliquem q̄m neminem debē
occidi. cum n. lr̄a dn̄i indubitant̄ sit
uera. quicūq; sanguinem hūanum
iniuste effuderit. iustum ē ut sangͥs
eius effundat͛. ⁊ qui gladium iniuste
accipit. iustum est ut gladio peat. ḡ
in aliquo casu sanguis hūanus iuste
effundit͛. ⁊ homo iuste gladio perit. ⁊
sicut n. p̄familias p̄hibet ne quis
accipiat de uino alicui dolii sui. n̄ est
intentio sua ut n̄ accipiat. cui ipse
de illo dederit. uel cui ipse de hoc iuss-
erit. s; ne hoc ās sua auctoritate ac-
cipiat. sic cum dn̄s dixit. n̄ occides.
n̄ fuit intentio sua ut n̄ occideret
in casib; illis in quib; ipse hoc p̄cepit
s; ne aliquis occideret aliquem p̄pa
auctoritate. Vn̄ post illud uerbum
Non occides. dn̄s in eodem libro in
multis casib; p̄cepit occidi. Illud
aūt deut̄. mea est ultio ⁊ uerum est ⁊
cum ultio sumit͛ de aliquo in pre-
senti. auctoritate n. dei sumit͛ cum
recte sumit͛. ⁊ intentio sumentis d;
ēē dei contumeliam uel offensā uin-
dicare. Illud aūt eze. xviii. Nolo mor-
tem ⁊c̄. de morte ēīna potest expon̄.
de morte ēt tpali uerum est q̄ deus
n̄ uult mortem cuiusq; peccatoris q̄re
p̄uidet corrigendum ēē. ⁊ misericorditer
ipm expectat. mors n̄ illius peccoris
qui sibi nocet peccm peccō addendo ⁊
aliis eos contaminando ⁊ corrumpendo.
de cui͛ correctione spes n̄o h͛r. indu-

bitanter uit͛ sibi ⁊ ecce dei utiles ē.
ad illud aūt m̄. v. ego dico uobis n̄ resi-
stere malo. ⁊ illud ro. xii. Non uosmet
ipsos defendentes kmi. dicendum ē q̄
loco ⁊ tpr̄e potest ās ⁊ d; n̄ resistere ma-
lo ⁊ n̄ defendere se. ut fiebat in pri-
mitiua ecctīa. cū p̄ miracula ⁊ passio-
nes scōrum ecctīa nouella plantanda erat.
loco ē ⁊ tpr̄e pot͛ hō resistere malo ⁊ se
defendere. alit͛ n. nisi ecctīa defenderet se
ab infidelib; posset ab eis occidi. ⁊ sic
periret honor ⁊ cultus diuinus. luc. xxii.
ait dn̄s. Qui n̄ h͛t uendat tunicam su-
am ⁊ emat gladium. at ille dixerunt.
dn̄e. ecce duo gladii hic. quib; dn̄s sa-
tis est. si n̄ h͛t ecctīa gladium materialē
s; solum spūalem. dicendū fuit nimis
est ⁊ n̄ fuit dicendum satis est. Preterea
paulus noluit ut malo resisteretur cū
ipse uoluit milites armatos se p̄du-
cere ad felicem p̄sidem. act. xxiii. luc.
. vi. vbi dr̄. Nolite condempnare. p̄-
hibetur inordinata condempnatio
ut cum incerta est culpa eius qui con-
dempnat͛. ad illud aūt. i. io. iii. om̄s ho-
micida n̄ h͛t uitam ⁊c̄. dicendum est
q̄ n̄ reputat͛ homicida qui p̄cepto di
hoīem occidit. s; qui odio uel desiderio
uindicandi se hoīem uult occidere.
Vn̄. m̄. xv. de corde exeunt cogitatiōes
male. homicidia ⁊c̄. tunc g͛ homicidi-
um iudicandum ē. cū ex corde ⁊ uo-
luntate p̄pria p̄cedit. ad illud aūt m̄.
xiii. nō. ne forte colligentes zizania
eradicetis simul cum eis triticum.
sinite utraq; crescere usq; ad messē.
dicendū est q̄ dn̄s n̄ dixit hoc nisi ne
periretur tritico. g͛ uoluit p̄ter ziza-
nia in tritici detrimentum. g͛. qui ta-
mē pot eis peri sine tritici detrimento.

uolunt eos per. ubi g crescunt zizanie
et suffocant triticum, nolunt zizania
per. et hoc est seruant heretici in agris
propriis. ubi n. uident zizaniam uel
alias herbas noxias quas possunt
eradicare sine tritici dampno. euelle
si permittunt in agris suis. et credunt
non sunt eradicare triticum suffocari
diligenter faciunt eas eradicari. In a
gro uero dni preualet contendunt era
dicationem in consilii casu nullo in
debere fieri. nec mirum cum ipi ziza
nie sint et suam mortem timeant. Si
quis uero dicat quod hii qui sunt zizania
possunt fieri triticum. hoc uerum est.
sed hoc incertum est an futuri sint triti
cum. sed certum est quod est. quod triticum suf
focant. quod simplices subuertunt. raro
uidemus hereticorum subuersionem. sed
frequentem bonorum subuersionem. Ideo bonum
conuersionis rarum et ualde incertum
et ualde difficile. non dz sperari dampno
magno. et frequenter accidenti. ne dum
uana spe parci peccatur. irreparabilis
multitudo per eos perdatur. hoc n. tale
est. ac si pauci lupi in medio gregis
existentibus gregemque lacerantibus parce
retur. quod forte deus illas oues aut
agnos faceret. et paucos leprosos dimit
teremus in medio populi corrumpentes eum.
quod forsitan ds illos sanabit. facilius
abies lupina sequitur in gregem quam
mansuetudo ouina transeat in lupos.
contagium lepre facilius a leprosis
transeat ad sanos. quam a sanis sanitas
ad leprosos. quod autem licitum sit in aliquibus
casibus hominem occidere manifeste
post ostendit hiis testimoniis sacre
scripture. que sequuntur. luc. xix. Inimi
cos meos illos qui noluerunt me reg

nare super nos. adducite huc. et inter
ficite ante me. math. xxii. missis exer
citibus perdidit homicidas illos. ro.
xiii. de illo qui habet potestatem. dei
minister est, uindex in iram ei qui
malum facit. luc. xiii. de ficulnea
sterili terram occupante. succide er
go illam. ut quid etiam terram occu
pat. math. xviii. Si manus tua uel pes
tuus scandalizet te. abscide eum et
proice abs te. sic ecclesia abscidere debet
membra quod corrumpit cetera membra.
tullius. Sicut quedam membra amputantur
si languere et tanquam spu carere ce
perint. noceantque reliquis partibus cor
poris. sic ista in figura hominis feri
tas. et imanitas belue a communi
humanitate segreganda est. Iac. ii. ab
raham pater noster nonne ex operibus iustificatus
est offerens ysaac filium suum super
altare. sic abraham placuit deo. quod ad
preceptum eius uoluit occidere filium
suum. sic qui precepto dei hominem occidit
non peccat. Item ad thim. ii. obsecro primo
omnium fieri obsecrationes. orationes. po
stulationes. gratiarum actiones. pro omnibus ho
minibus; pro regibus. et omnibus qui in subli
mitate constituti sunt. ut quietam
et tranquillam uitam agamus. uole
bat g paulus quod oraretur pro principi
bus qui gladium habent materialem
quo defendunt ecclesiam et seruant
pacem in ea. sic non est malum quod ipi
utantur gladio materiali. ro. xiii. Non
est potestas nisi a deo. et paulo post. dei
minister est tibi in bonum. si n. ma
lum feceris time. non n. sine causa gla
dium portat. luc. iii. Interrogabant
milites iohannem baptistam. dicentes.
quid faciemus et nos. et ait illis.

Neminem concutiatis neque calumpniam
faciatis. et contenti estote stipendiis
vestris. si diceret. maliciam relinquite.
stipendia refutate. ipse docuisset eos
stipendia dimittere. si stipendia eorum recipe-
rent. et cum necessitas esset et bellum
non facerent. Non debet stipendia recipere
qui non vult militare. Unde beatus mar-
tinus imperatori recedens quidem donati-
vum tirannum inquit militaturus ac-
ciperet. ¶ Item petrus occidit ananiam
et saphiram. act. v. ergo licitum est occidere.
Si quis dicat quod occidit verbo et non
gladio. que vis est in hoc. quocumque
eos occiderit ex quo eos occidit. ¶ Ra-
tionibus et multipliciter potest ostendi quod lice-
at in casu hominem occidere. primo sic.
aut puniti sunt erudiendi et corripi-
endi. saltem levibus flagellis aut non.
Si non. ergo dimittendi sunt omnibus vi-
ciis et nichil curandum de eis. quam de
equis et asinis. ¶ Si ergo puniti corripi-
endi sunt. multo magis adulti. cum
malicia eorum sit magis nociva. ¶ Item
constat quod bruta de puteis vel cister-
nis extrahuntur si in illa ceciderint,
secundum illud luc. xiiij. cuius vestrum asinus
aut bos in puteum cadet. et non conti-
nuo extrahet illum die sabbati: mul-
to ergo fortius homines et multi a peri-
culis corporalibus extrahendi sunt. si
sic non occurrendum morti temporali. quanto ma-
gis occurrendum est morti spirituali:
Item si furiosi sunt recludendi vel liga-
ndi ne sibi vel aliis corporaliter noceant.
multo fortius sunt infami cohiben-
di sunt. ne se spiritualiter occidant. Si non
homines pro levibus culpis leviter sunt
puniendi. si culpa augeatur. augeri debet
et pena. ergo cum culpa augeri possit

usque ad homicidium. pena et potest usque
ad homicidium augeri. ut si pro iniusto
homicidio quod aliquis commisit. iuste oc-
cidatur. ¶ Item aut mors corporis est pena
omni culpa maior. aut non. si sic. ergo deus
male infligit eam pro comestione ve-
titi. Si non. ergo aliqua culpa punienda est
morte corporali. ¶ Item si homicidium iniu-
stum est puniendum. aut erit puni-
endum morte temporali. aut pena minore.
si morte. ergo licet aliquem occidere. si
pena minore. aut in infinitum minore
aut non. Si sic. ergo nullius comparationis
erit id quod patietur qui peccavit. ad id
quod intulerit. Unde talis erit iusticia. ut
si quis dampnificasset alium in mille
milibus librarum et puniretur amissione u-
nius festuce. Si non pena minor. sed non
in infinitum. tale est ac si dampnifica-
set primum in tribus marchis et puni-
retur in una. ¶ Item qui deum impugnat
beneficio ab eo recepto: meretur illud be-
neficium amittere. ergo qui vita sua a deo
accepta deum impugnat meretur vitam
amittere. ¶ Item si mors eterna est infligen-
da pro aliqua culpa. quanto magis temporalis.
Preterea tunc esset dei inimicos expugna-
dum. quam deum impugnant. ergo si impug-
nant usque ad mortem corporis. repug-
nandum erit usque ad mortem. vel si
non repugnandum fugere debet tota ecclesia. vel
permittendum est quod tanta occidatur. et quod
cultus dei destruatur. ut corporibus ipsorum
parcatur. patet ergo quod heretici sub specie
pietatis honorem dei et religionem
volunt destruere. ipsi sunt pii vul-
pes. et crudeles ovibus et agnis. Matth. vij.
Attendite a falsis prophetis qui veniunt
ad vos in vestimentis ovium. intrinsecus
autem sunt lupi rapaces. ipsi pii sunt

in fures et alios maleficos. crudeles in in
nocentes. Item si uerbo est credendum
hereticis. non est eis aliqua questio utrum poni
debeant esse exempla quam lingua. quin pro
deo pugnet. Item si bestie ut lupi. leones
et serpentes. exterminanda sunt pro salute
corporum. quanto fortius spirituales bestie pro
salute animarum. et est conueniens simi
litudo hereticis respectu aduenientium pseudo pre
dicatorum. ut ille. Quid interest utrum ex
homine se conuertat quis in beluam.
an sub hominis figura inmanitatem gerat
belue. Item hereticus in ecclesia est ut o
uis morbida in grege. uel ut membrum
cancrosum. cancer incurabili in corpore.
quod ergo faciendum est de oue pro grege et de
membro cancroso pro corpore. hoc faciendum
est de heretico pro ecclesia. Et non quod de illis
specialiter uidentur esse facienda iusticia qui
negant iusticiam faciendam. tamquam
de manifestis hostibus iusticie. secundum
eos iusticia humana est iniusticia. Si
quis non dicat hereticos esse occidendos
ideo. non tamen esse. quod esset exponenda est et
sine defensione dimittendum. Preterea
dicit dominus luc. vi. Perfectus omnis erit si
sit sicut magister eius. magister non noster deus est.
qui sedes hereticos occidit. non est esse perfecti
onem bonitatis humane. hominem oc
cidere. Preterea quia dicta uolunt tamen he
retici corporibus malorum a morte. scilicet propter
spem correctionis. ubi non est spes correctio
nis. ibi debet cessare hec falsa pietas. sicut
propter prolixitatem uite corporis. sed propter maiorem
prolixitatem animarum non erit eis parcendum.
Preterea manichei qui dicunt corpora
esse a diabolo. non habent quid respondeant.
destruenda. non erunt a filiis dei. cum
sint opera diaboli. Qui sunt heretici
sub specie pietatis ipsis corporibus nocet

rephi. n. qui amplius uiuent. amplius
in futuro punientur. addendo in peccata
peccatis. cumulant supplicia suppliciis.
et quantum ad corpus. et quelibet pars sup
pliciorum infernalium maior uidetur esse
supplicio mortis corporalis. Item licet
concupiscentia rei aliene sit prohibita. tamen qui
alienam rem iniuste usurpat. iuste
re sua priuatur. ergo a simili. licet homicidi
um sit prohibitum. tamen qui iniuste oc
cidit. iuste occiditur. Item cum nemo
habens mentem bene dispositam. dubitet
in rebus ceteris ab homine corrupti
ua esse auferenda. quare heretici in solis
hominibus hoc non solum recipiunt.
Ad quod potest dici quod fures et alii male
ficii. non libenter dant sententiam esse se ipsos
et nullus credit eis si asserant ma
leficos non esse puniendos. Item heretici
non libenter dicant sententiam quam uidentur
esse se esse. immo dicunt maleficos in
iuste occidi. sed non est eis fides in hoc
adhibenda. Ieronimus super ysaiam. Non est
crudelis qui crudeles iugulat. Sed cru
delis patientibus esse uidetur. nam latro sus
pensus patibulo crudelem iudicem pu
tat. Cum heretici sint intrinsecus lupi
rapaces. math. vii. ipsi bene uellent quod non essent
canes in grege domini qui eos a grege ar
cerent. Item si non esset distinguendum
circa hoc preceptum. Non occides. quod euan
gelium non distinguit. ergo occidere semper
est mortale peccatum. ergo mortaliter peccat qui
pulicem occidit. De equitate.

Dicto de obedientia que est respectu su
periores. et disciplina que est respec
tu inferiores. dicendum est de equita
te que est respectu pares. et est equi
tas amor equalitatis in his quibus
debet esse equalitas. equitas uirtus est

8

valde rara. et ideo potest dici seminaria. prov.
.iiii. dicitur de .x. seminarias equitatis. hanc
seminam tenet vera sapientia. prov. viii.
meum est consilium et equitas. Ex ho
quod equitas multum valet ad spiritualis
edificii firmitatem. sicut edificium cor-
porale firmius est si habet lapides equaliter
dispositos. Si non sunt lapides inequaliter
dispositi. minatur. sic congregatio ubi
equitas servatur. stabilis est. ubi non de
est equitas stare non potest. in ps. mira-
bile templum tuum in equitate. ¶ Item equi-
tas facit ad corporis mistici decorem. et
sanitatem. sicut in corpore humano inequali-
tas membrorum que debent esse equalia fa-
cit deformitatem. et cum inmittuntur hu-
mores inequaliter ad membra ad que equaliter
deberent mitti inducunt infirmitatem.
ita in congregatione inequalitas mag-
na facit indecentiam. et in hiis qui ha-
bundanter habent ea quibus alii indigent. ge-
nerat superbiam quandam apostemam.
vel aliam infirmitatem spiritualem. Vir-
tus equitatis valde est necessaria hiis
qui sunt in aliqua societate. si enim hec
virtus desit. volunt esse domini qui debu-
erunt esse socii. et super alios se exaltant
volentes se pre ceteris honorari. vel
se cum gravamine aliorum dilatant.
volentes habundanter habere ea quibus alii
indigent. Seneca in li. de beneficiis. qui-
dam cum illi ob virtutem et rem publi-
cam bene gestam. tantum agri decerneret
quantum arando una die circuire posset.
Non est inquit opus eo vobis. cui opus sit
plus quam uni civi. et subdit. quanto ma-
iores viri putas respuisse munera quam
meruisse. multi enim fines aliis abstu-
lerunt. sibi nemo constituit. de qui-
bus congregationibus verum est illud

Ysa. lix. equitas non potuit ingredi. et in-
venitur in eis quod dicitur vulgariter. quod licet os
sint fratres. tamen non omnes scutelle sunt so-
rores. Econtrario de filio dei scriptum est. ad
Heb. ii. quod debuit per omnia assimilari
fratribus. ut misericors fieret. et notabi-
liter dicitur ut misericors fieret. qui enim
habundanter habent. nesciunt per experientiam
quid sit indigentia. nec compatiuntur
sociis indigentibus. ¶ Item equitas valde
necessaria est dispensatoribus. si enim desit
hec virtus dant habundanter suis fami-
liaribus. quod dandum fuit indigentibus. et
pascunt oculos divitum de hiis que sub-
trahunt necessitati pauperum. Gen. iiii.
secundum quandam litteram. Nonne si recte of-
feras. non autem recte dividas. peccasti. Dis-
pensatores autem qui bona dant. si propter co-
gnationem vel consanguinitatem non recte
diviserint. peccant. Bern. clamant nudi.
clamant famelici. et conqueruntur et
ponunt tuba conquerentium. Nobis fame
et frigore miserabiliter laborantibus.
quid confert tot mutatoria extensa
in perticis. vel plicata in manticis.
nostrum est quod effunditis. nobis crudeliter
subtrahitur quod inaniter expenditis.
Item loquens de ecclesia malignantium de
sumptibus inquit egenorum. sicut oculis
divitum. inveniuntur curiosi quo delec-
tentur. et non inveniunt miseri quo
sustententur. ¶ Item necessaria est valde virtus
equitatis mercatoribus. ut in ponderibus
et mensuris nil iniquum faciant. Levi.
xix. statera iusta et equa sint pondera.
iustus modius. equusque sextarius. Prov.
xi. statera dolosa abhominatio est a-
pud dominum. et pondus equum voluntas eius.
Item necessaria est valde iudicibus ut sine
acceptione persone inter partes iudicent.

equalitatem seruent. leui. xxiiij. equm iudicium sit inter uos. siue peregrinus siue ciuis peccauerit. quia ego dominus deus uester. sicut deus non est acceptor personarum. act. x. ita uult quod iudices qui iudicando uicem eius agunt. non sint acceptores personarum. iac. ij. fratres mei nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri ihesu christi.

Sequitur de pietate parte. **De pietate**

tullius et macrobius de hac locuntur. est autem pietas ut ait tullius. per quam sanguine coniunctis patrieque beniuolis. officium et diligens tribuitur cultus. ad pietatem sic supra tam ipsa natura hominem incitat. de amore parentum require in tractatu de caritate. De honore uero parentibus exhibendo. require in tractatu de superbia. c. de parentum irreuerentia. Et nota quod cum patria principium generationis dicatur esse secundum philosophum quadmodo et pater. beniuoli amandi sunt et honorandi. sicut maliuoli patrie odiosi sunt. et detestandi. ut legitur. ij. mach. v. de iasone qui factus est omnibus odiosus. ut refuga legum. et execrabilis ut patrie et ciuium hostis. **De gratia pietatis.**

Sequitur de gratia parte de ea loquitur tullius. quam ipse sic describit. gratia est in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria et remunerandi uoluntas continetur. hec uirtus ualde necessaria est. nullum enim officium referenda gratia magis est necessarium. ingratitudinem que est gratie contraria. enumerat apostolus. ij. thi. iij. inter magna mala que erunt nouissimis temporibus dicens. hoc scito. quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. et erunt homines se ipsos amantes. cupidi. elati. superbi. blasphemi. parentibus non obedientes. ingrati. si uolueris gratus esse. primo caue ne obliuiscaris beneficii. Seneca. iij. li. de beneficiis.

Ingratus est qui beneficium se accepisse negat. quod accepit. ingratus est qui dissimulat. ingratus est qui non reddit. ingratissimus omnium qui oblitus est. illi enim si non soluunt. tamen debent. et extat apud illos uestigium meritorum intra conscientiam inclusorum. et aliquando conuerti ad referendam gratiam. aliqua causa possunt. si illos pudor amouerit. si faciles mutauerit occasio. hic nunquam fieri gratus potest. cui beneficium totum elapsum est. apparet illum non sepe de reddendo cogitasse: cui obrepsit obliuio. nunquam uolunt esse grati. qui beneficium tam longe proiecit ut extra conspectum suum poneret quicquid frequens cogitatio exerceret. aut renouat. memorie tamen quam subducitur que nichil perdit. non ad quod non sepe respexit. Secundo caue ne ad beneficium impendendum per iniuriam accedas. Seneca. v. li. de beneficiis. Ingratis et repudiantibus beneficia. non quia noluerint. sed ne debeant. similes sunt ex diuerso nimis grati qui aliquid incommodi precari solent hiis quibus obligati sunt. ut probent affectum beneficiorum memorem. quorum animus similis est prauo amore flagrantibus. qui amice sue optant exilium. ut desertam fugientemque comitentur. optant inopiam ut magis desideranti donent. optant morbum ut assideant. et quicquid inimicus optaret. amantes mouerent. fere idem exitus est odii et amoris insani. Ideo nequam est ut extrahas. fugere. euertere. et suscites. ut ciuitatis includere. non est beneficium iniurie finis. nec uero istud detraxisse meritum est. quod ipse qui detraxit intulerat. non uulneres

malo. qm sanes. potes integrā mire
grām. si qz vulnerat͛ sūm. sanes. n̄
si vulneres ut sanandus sim. ¶ Ter
cio caue ne nimis festines ostendē
re gratum. Sen̄. v. li. de bn̄ficijs. aīu
te gratum. omnia debemus bn̄ficia debere. nemo
libenter reddit. qz inuit͛ dz. 7 qz apd
se ēē n̄ vult. hoīes iudicat ēē non
mimus. Jd͛ in eodem. penitet accep
ti bn̄ficij. 7 nudum reddit. n̄ minori
est animi debere qm dare. eo qz opo
sius hoc qm illud. quo maiori dilige
ntia custodiunt͛ qm dant͛ accepta. Jd͛
eque delinquit qui ad referendum
grām suo tpr cessat. qm qui alieno
pperat. Jt͛ sen̄. reiciendi signum est
ꝓtinus aliud munus remitte 7 mu
nere expugnare qui nimis cito cu
pit soluere. inuit͛ dz. ingratus est.
¶ Quarto caue ne clam grām refe
ras. ingrat͛ est. n. qui remotis arbi
tris. grās agit. ut ait sen̄. in. ij. li. de
beneficijs. Et nō qz benefcm̄ benig
ne accipiend͛ est. licet 7 sit modicū.
si benigne accipis retulisti grām. s;
n̄ solutum te putes. Sen̄. qui bn̄fcm̄
dat uult excipi grate. hz qz noluit
si bn̄ acceptum est. Jd͛. uoluntati uo
luntate satisfecimus. rem rei debem͛.
bn̄fcm̄ ū rei duplex. s. pecunie 7 ope.
benefcm̄ ope splendidius est. hoc. n.
ex uirtute deprimit͛. aliud nō ex ar
cha. cū benefcm̄ pecunie datur͛. ma
teria exhaurit͛. ut quo in plures us
sis. eo minꝰ in multos uti possis.
benefcm̄ ū ope consuetudine bn̄fa
ciendi paciores 7 excitatiores facit
dum macedonum fauorem pecunie
largitione captaret alexand͛. scrip
sit ad eum pr̄ hec uerba. qz error 7
hanc spem te induxit. ut eos t͛ fideles
putares. quos pecunia corrupisses.
at tu id agis. ut macedones n̄ te re
gem s; ministrū 7 donatorē putant.
sit in. deterior qui accipit. atqz idem s;
expectandum pacior. n̄ tn̄ hoc genus
benignitatis oīo repudiand͛ est. nam
sepe idoneis hominibz indigentibz de
re familiari impciend͛ est. s; diligent
7 modrate. multa. n. patrimonia effu
derunt in consulte largiendo. nichil
aūt stultius est qm curare ut id diu
facere n̄ possis. qz libent͛ facias. se
quuntur 7 largitione rapine. cum. n.
dando egere ceperint. alienis bonis ma
nus inferre coguntur͛. 7 maiora odia
eor͛ assequunt͛. quibz ademerint. qm
fauores eor͛ quibz dederint. ¶ Se ca
uenda danti beneficia.
¶ Cōnō qz in
dando benefcm̄. pmo cauenda ē diuici
es. Sen̄. siquid detur refert. aut quo
fiat. s; quia inire. regū equauit opes
animo qui exiguum tribuit. s; liber
ter. qui paupertatis sue oblitus ē dū
meam respicit. qui n̄ iuuandi tm̄ u
luntatem hūit s; cupiditatē. quid
cipe se putauit cum daret. id multo
gratius uenit. qz facile qm qz plena
manu datur. Jd͛. nemo libenter dz qz
n̄ accepit. s; qz expssit sed dilato. se
n̄. i. li. de beneficijs. errat siquis s;
at responsurū sibi quem dilatione
lassauit. expectatione torsit. eod͛ animo
benefcm̄ debetur quo datur. Jd͛. q tar
de fecit diu noluit. cum ita a natura
comparatum sit. ut altius iniurie qm
merita descendant. 7 illa cito defluat.
has tenax memoria custodiat. quid
expectat qui offendit dum obligat
satis adiutus illum grat͛ est. Si quis

beneficio eius ignoscit. Id. in ii. li. cum homini pro eo rogandum os subsitu datur rubore. qui hoc tormentum remittit. munus suum multiplicat. Gravissimus utique nulla res carius constat quam que precibus empta est. molestum verbum et honerosum dimisso vultu dicere rogo. nichil eque amarum quam diu pendere. equiore animo quidam ferunt precidi spem suam quam trahi. Idem verum est tamen te gratie demere. quantum more adicis. Id. quemadmodum acerbissima crudelitas est que trahit penam et misericordie genus est cito occidere. Ita maior est muneris gratia. quo munus diu pependit. omnis benignitas properat. et proprium est libenter facientis cito facere. Tertio ne beneficium quod das ei cui datur velari obsit. ea utamur liberalitate que prosit amicis. Noceat nemini. Sen. ii. li. de beneficiis. Quemadmodum pulcherrimum est opes invitos nolentesque servare. ita rogantibus pestifera largiri blandum et affabile. odium est pecuniam non dabo. quam matrimonium adultere sciam. ne in societate turpes facti aut consilii inveniar. Id. quid turpius quam quod evenit frequentissime. ut nichil intersit inter odium et beneficium. Quarto ne beneficium maius sit facultate tua. Sen. cum summe imitie sit amicum sibi equare. utrique simul consulendum est. dabo egenti. sed ut ipse non egeam. succurram perituro. sed ut ipse non peream. Quinto cavenda est exprobratio. Sen. hec beneficii inter duos lex est. alter statim oblivisci debet dati. alter memor esse accepti. Sexto. maliciosa astucia in faciendo. dixit antigonus cinicho petenti talentum plus esse quam cinicus debeat petere. petenti vero nummum. respondit minus esse quam regem oporteat dare. ecce maliciose negabat. Nam posset dare talentum quod ipse rex erat. vel nummum quod ille cinicus. econtra alexander animo nichil nisi grande concipiens. cuidam urbem donabat. et cum ille refugisset munus decens. aliud non convenire sue fortune. Non quero inquit quid te accipere deceat sed quid me dare. Septimo cavendum est de ingrato querelam facere. meliorem facies ingratum ferendo. peiorem conquerendo. Nemo id esse quod tam videtur timet. deprehenso pudor emittitur. Sen. Ingratus est adversus unum beneficium. adversus alterum non erit. duorum oblitus est. et tertium in eorum qui exciderant memoriam reducet. quem tu es exacerbare eum in quem magna contuleris. ut ex amico fiat inimicus. Sen. si deos imitaris. da et ingratis. nam et sceleratis sol oritur. Id. ego beneficio meo cum darem usus sum. nec ideo pigrius dabo. sed diligentius quod in hoc perdidi. ab aliis recipiam. sed huic ipsi bis beneficium dabo. beneficio tamen tanquam bonus agricola cura cultuque sterilitatem soli vincam. Non est magni animi beneficium dare et perdere. hoc est magni animi perdere et dare. Id. v. li. de beneficiis. propositum est optimi viri et ingentis animi tam diu ferre ingratum donec fecerit gratum.

De vindicatione

Sequitur de vindicatione quam sic describit tullius. vindicatio est per quam vis aut iniuria. omne quod obfuturum est defendendo. et ulciscendo propulsatur. Hec virtus maxime necessaria est habenti potestatem secularem. Ro. xiii. dei minister est. vindex in iram ei qui ma-

lum facit. i. pe. ij. subiecti estote omni
humane creature ppt dm. siue regi qsi
excellenti. siue ducibz tanqm a deo mis
sis. ad uindictam malefcoz. De mis
Sequitur de mia. de qua hoc in ordia
dicetur. Primo ponentur eius descrip
tiones. Scdo eius commndatores. Terci
o quedam meditatões que miam nu
triant. Quarto diuisiones ptinentes
ad miam. Quinto dicetur de quo sit elà
facienda. Sexto cui sit facienda. Sep
timo qualr sit facienda. Mia sic descri
bitur. mia est uirtus p qm animus
sup calamitate afflictoz mouetur.
damasce. ii. dicit. qp mia est tristitia
in alienis malis. ysidor. x. li. ethimo
logiaz dicit. qp misericors a copatie
do aliene miserie uocabulum est sortit.
et hinc appellata est mia. qp miseru
cor facit. dolentis aliena miseria.
3 Misericordiam Descriptio mie.
commndat nobis et natura et sacra
scriptura. natura multiplr. Primo
naturali copassione qm hnt membra
unius corpis adinuice. i. cor. xij. si quid
patitur unu membrz compatiuntur
omnia membra. Scdo naturali pie
tate qm uidentur hre aialia eidem
spei adinuicem. dr. n. in libro de natura
aialium qp n est auium unius spei.
ut se comendant. Jtem qp mortua eq
pullum eius relictum. alia suscepit
nutriendum. Tercio pietas que uir
ee aialium et ronabilium ad res alter
spei. dicuntur. n. leones ad uiam reducere
aberrantes. et pcere hominibz pstra
tis coram se. et aialibz infirmioribz qp
ipi sunt. n necessitas famis ad aliud eos
coegerit. Jtem multis exptimentis com
ptum est qp lupi uel lupe paruulos
derelictos et a matribz expositos. ab
alijs bestijs defendunt et enutriunt.
Scriptura commndat nobis miam mul
tiplici admonitione. deut. xv. omino indi
gens et mendicus n erit inter uos. i. eod.
non contrahes manum. sz aperies eam pau
peri. Jtem pcepio tibi ut aprias manu tua
fri tuo egeno et paupi. tob. iiij. noli aut
tere faciem t. ab ullo paupe. ita. n. fiet
ut nec a te auertatur facies dni. eccles. x.
oleum de capite tuo n deficiet. i. mia
de corde. ecc. xxix. benefacere primo tuo
in tpe necessitatis illius. Jn eod. ppt ma
datum assume paupem. eidem. vij.
paupi porrige manum t. Jn eod. opera
re et facere elam ne despicias. eid. xxix.
sicuti ps es ee et c. luc. vi. estote miscdes
et c. in eod. omi petenti te tribue. Jtem.
date et dabitur uobis. eod. xi. qp supest
date elam. et ecce omnia munda sunt
uobis. Jtem. xij. uendite que possidet
is et date elam. Jn eod. facite uob sac
culos qui n ueterascunt thesaurum
indeficientem in celis. eidem. xvi. faci
te uobis amicos de mamona iniquitat
et c. ij. cor. viij. ura habundantia illoru
inopiam suppleat. eph. iiij. estote inuice
benigni miscdes. i. pe. iij. estote copati
entes. fraternitatis amatores. miscdes. ij.
pe. i. ministrate in pietate fraternitatis
amorem. Jtem miam commndat et cre
ator et creatura. creator. dum ex suo
ad miam nos monet. miseratões n.
eius sup omnia opa eius. ut dr in ps. Jtem
mia eius plena est terra. Joel. ij. benign
us et misericors est. patiens et multe
mie. et pstabilis sup malicia eius. pprium
est miserei semp et pcere. luc. vi.
estote miscdes sicut et pr uester misericors
est. barlaam. potestatem maximi

accipiens. dacorem potestatis. unde possi
bilitatem suam dz imitari. in hoc autem
dominum maxime imitabitur si nichil uindica
uerit quem misereri proposuit. creatura
commendat nobis miam. dum uici sui
exemplo suo ad eam nos monent. Iuxta
exempla uero sanctorum maxime nos monet
ad miam exemplum xpi hominis. mia seu
pietas crux aurea fuit quam xpc porta
uit. que uidetur fuisse acerbioris sup
plicii quam crux exterior. si magnitudo a
moris quo nos diligebat attendatur.
Fuit. n. non fuit amor sicut amor eius. sic
non uidetur fuisse dolor sicut dolor eius dolor
interior compassionis. trenorum. i. videte si est
dolor sicut dolor meus. Mia filium dei de
celo deposuit et corpore induxit. unde illud
aug. ipsa est pro pauperum redemptione eum
uendidit. aug. redemit uendidit. inutili
cauit occisus. honorauit iniuriatus.
mia eum usque ad pedum uxorum ablu
tionem humiliauit. ¶ Est eum ut clipe
um nobis opposuit ut scutum sustine
ret. quem ds pro humano genere minabatur
et impletum est illud ps. scapulis suis
obumbrabit tibi. et illud. scuto circumdabit
te ueritas eius. ¶ Est illud sap. v. dextera
tua reget eos. dextera dei patris filius est.
et tunc exaudita est oratio illa. custodi me
domine ut pupillam oculi. pupilla oculi
mentis oppone custoditur. ut mari ictum
susciperat. quem pupilla suscepta erat.
Mia eum fideiussorem pro hominibus po
suit. morti adiudicatis. eccl. xxix. gratiam
fideiussoris ne obliuiscaris. animam. n.
suam posuit pro te. ¶ Ad commendatio
nem est misericordie facit quod ipsa super omnia deo
placet. et diabolo displicet. et homini prodest.
Primum ostenditur diuersis testimoniis
scripture sacre. aug. Non est quod ita deo

faciat amabiles. ut pietas. in ps. Di
ligit miam et iudicium. prouerbiorum xxi. facere
miam et iudicium magis placet deo quam
uictime. osee. vi. miam uolui et non sa
crificium. mt. ix. discite quid est miam
uolo et non sacrificium. Ratio quare mia deo tantum
placeat hec est. quia deo maxime assi
milat. ut prius ostensum est. eccl. xiii.
omne animal diligit sibi simile. Mia
unguentum est quo ungitur xpc. et maxime
quantum ad illa illius que maxime uncti
one indigent. scilicet quantum ad pedes. quod
figuratum est in hoc quod magdalena un
xit pedes eius. luc. vii. b. bonum est un
guentum contritionis. quod de recordatione
peccatorum conficitur. melius deuotionis quod
fit de recordatione beneficiorum dei. pre
utroque tamen unctio pietatis. miam
xpc specialiter consuluit. mt. xxv. si uis
perfectus esse et cetera. illam ultimum remedium
posuit luc. xi. Verumptamen quod superest da
te elemosinam et cetera. recessurus et ab apostolis
suis miam illis commendare uoluit
in pedum ablutione. Jo. xiii. sicut enim
secundo illo iuxta hystoriam commendauit
nobis humilitatem. ita secundum misteri
um commendauit nobis pietatem. aug.
.n. in pelui est pietas in corde. ipse et
in die iudicii de operibus mie specialiter
disceptabit. mt. xxv. mia diabolo ma
xime displicet. cum per eam maxime
uincatur. unde super illud ps. mia mea et
refugium meum. dicit glo. de nullo sic tri
umphat inimicus diabolus. ut de mia. cum diabolus
in multis respectu hominis excellat. in
hoc tamen quod miam non habet homo ei precellit.
ipse crudelis est. et non miserebitur. Jerem.
mia homini maxime prodest. i. thim.
iiii. exercitatio corporis ad modicum
utilis est. pietas autem ad omnia utilis

est. quoniam utilis sit pietas seu misericordia hominum
manifestum fiet si multiplicem eius effectum
ostendamus. Nota ergo quod misericordia peccato obstat. ecclesiastici
iii. Ignem ardentem extinguit aqua.
et elemosina resistit peccatis. in multa peccata caderet
peccator. a quibus elemosine quas facit eum custo-
diunt. ¶ Item spacium penitentie homini im-
petrat. unde dicitur promissionem habet vite
que nunc est. et future. i. thi. iiii. ubi
dicit glossa. si quis misericordiam sequitur si lu-
brico carnis peccaverit. vapulabit quidem
sed non peribit. quod non est intelligendum de illo
qui propter fiduciam quam habet in elemosinis quas
facit peccat. tali enim dicitur. ro. ii. an igno-
ras quod benignitas dei ad penitentiam te
adducit. tu autem secundum duritiam tuam
et cor impenitens thesaurizas tibi iram.
Item bona temporalia multiplicat. gregorius in
dialogo. Terrene substantie per hoc quod pauperibus
distribuuntur multiplicantur. Bonifa-
cius. xii. aureos accepit de cista nepo-
tis sui constantini presbiteri et dedit pau-
peribus. quos ille acceperat de equo suo ven-
dito. qui cum reversus audisset cistam
suam fractam iratus est in episcopum et episcopus
ingressus ecclesiam rogavit. ut dominus daret
ei aliquid quo mitigaret furorem presbiteri
et invenit statim in sinu suo. xii. aureos
fulgentes. quos dedit ei. et dixit ei. scito
quod post mortem meam episcopus non eris huius
loci. Ille enim collegerat illos aureos pro
acquirendo episcopatu post mortem eius.
Idem bonifacius. cum esset puer omne tri-
ticum mensis sue expendit in usus pau-
perum. quod cum mater horreum ingressa
perdidisset. cepit eum increpare. et se
pugnis cedere in facie. Sed oratione facta
a bonifacio. statim horreum plenum
inventum est. quo viso. mater eum
cepit urgere. ut daret. quia ita celeste

posset que petisset accipere. Luce vi. date
et dabitur vobis. proverbiorum xi. alii dividunt
propria et ditiores fiunt. Alii rapiunt non
sua et semper in egestate sunt. Eiusdem xxviii.
qui dat pauperi non indigebit. qui despicit
deprecationem sustinebit penuriam. iii. regum
xvii. Illi vidue que heliam pavit. fari-
na et oleum non defecerunt. quod fit huius potestate
est. quia homo misericors fidelis dispensator
pauca bona sibi commissa. et ideo meretur
super multa constitui. mathei xxv. ¶ Item deum
placat. proverbiorum xxi. munus absconditum extin-
guit iras. et donum in sinu. indignatio-
nem maximam. genesis xxxii. placabo eum
muneribus que precedunt. tobie xii. dicitur de
elemosina quod ipsa est que purgat peccata. ysaie lviii.
Si effuderis esurienti animam tuam
et animam afflictam repleveris orietur in
tenebris lux tua. lux in quantum gratie. misericordia
a servitute diaboli liberat. ysaie x.
computrescet iugum a facie olei. glossa
dicitur misericordia. quia sicut oleum ceteris li-
quoribus supernatat. sic opus misericordie precellit
respectu aliorum operum. misericordia a morte spiritu-
ali facit suscitari. sicut dorchas plena
operibus bonis et elemosinis quas faciebat me-
ruit corporaliter suscitari. actuum ix. misericordia me-
retur a domino visitari. sicut legitur de cor-
nelio. actuum x. erat cornelius elemosinas mul-
tas faciens plebi. et ait angelus ei.
orationes tue et elemosine tue ascenderunt in
memoriam in conspectu domini. contra peccata
nichil tibi videtur valere quoniam misericordia
super illud. mathei xii. extende manum tuam.
et extendit. et restituta est sanitati. dicit
glossa. nil plus valet curationi quam elemosine
largitas. et fulgentius. frustra pro peccatis ro-
gaturus manus ad dominum expandit. qui
has ad pauperes pro posse non extendit. Item
gratiam conservat. ecclesiastici xvii. dicitur de elemosina

grām eius q̄i pupillam conseruabit. It̄
hostem impugnat. In eccł. sup scutum et
sup lanceam aduersus inimicū tuum pre-
pugnabit. ¶ It̄ que petit a deo impetrat.
eccł. xxix. conclude elām in sinu pauperis.
et hec exorabit p te. ysa. lviii. frange esu-
rienti panem tuum etc. et subdit. tunc
inuocabis et dn̄s exaudiet. clamabis et
dicet ecce assum. qr misericors est dn̄s
ds tuus. mīa multum pot erga deum.
ipā vr̄ dei iras reuocare. ut in niniue.
Ione iii. et achab. iii. Re. xxi. leg. et x. iudic.
Non addam inquit dn̄s ut liberem uos.
et post legit. doluit ds sup miseriis eoꝝ.
hec luctatur cum dn̄o. ut iacob luctat'
est cum angło. gen̄. xxxii. et sap. xviii. le-
gitur de aaron qr restitit ire. gg. Ire di
resistitur. qn̄ tpemet qui irascitur
oppilat. Ita dr̄ dīn quodam in omēlie
hi dicit ecc. que te inuit clementia ut fer
res mīa crimina. Dr̄ et pcā mīa de ei'
memoria delere. in ps. omēs iniquitates
meas dele. eze. xviii. Si impius egerit
pn̄iam ab omnib; pccīs suis que opatus
est etc. omnium iniquitatū eius quas
opat' est n̄ recordabor. Mīa deo feneratur.
pro. xix. feneratur dn̄o qui miseret' paupe-
ris. eidem. xxii. qui accipit mutuū seru'
est fenerantis. ergo deus est in potestate
hōis pfce misericordis. sicut seru' in po-
testate dn̄i. et ille qui mutuū accepit.
in potestate feneratoris. ¶ It̄ mīa n̄ solū
est in terra sed et in celo. ipā celum icli-
nauit. Ista inclinatio manifesta est ex
hoc qr breuior e. tunc iter in celum qm̄
esse soleat. adam p multa milia annoꝝ
ad illuc peruenit. in n̄ una hora quilibet p
uenit. ¶ It̄ mīa ostium celi xp̄m. l. q̄
dicit. Io. x. ego sum ostium. fregit in
die pasceues. et fecit uolare q̄i in duo

frustra. l. corpus et aīam. et sic paupib;
celestem ingressum patefecit. Ipa mīa
padisi dilatat. pro. xviii. donum hōis
dilatat uiam eius. et añ principes spa-
tium ei facit. ¶ It̄ mīa hoīem filium
dei efficit. eccł. iiii. esto pupillis miseri-
cors. ut pr̄. et p uiro mr̄i eoꝝ. et eris tu
uelud filius altissimi. filius obediens.
et miserebit' tui magis q̄m mr̄. Ipa de-
um. suum efficit. heb. xiii. bn̄ficientie
communionis nolite obliuisci. talib; eni
hostiis pmeret' ds. Ipa spałr honorat
dm̄. qr eum paupib; sua tribuendo. pro.
xiiii. honorat dn̄m qui miseret' paupis.
ideo ipe in futuro a deo honorabitur.
¶ It̄ mīa a pena p pccīs debita hoīem ab
soluit. pro. xiii. redemptio anime uiri
diuicie sue. dan. iiii. pcā tua elemosinis re-
dime. iiii. Re. iiii. paup mlr̄ oleo sibi
multiplicato soluit creditori suo. It̄
mīa amicos et adiutores sibi multi-
plicat. Ipa paupes facit stipendiarios
suos. gg. paupes n̄ sunt contempnendi
ut egeni. sed exorandi ut patroni. luc.
xvi. facite uobis amicos de mamona
iniquitatis. pro. xxii. uictoriā et honorē
acquiret qui dat munera. ¶ It̄ mīa
hoīem in bono roborat. eccł. iii. dr̄
de dante elām. in tpr̄e casus sui inue-
niet firmamentum. ¶ It̄ mīa hoīem
benedici facit. vn̄ elā uocat' bn̄dictio.
ii. cor. ix. homini misericordi bn̄dicit ds.
deut. xv. oīo indigens et mendicus n̄
erit int' uos. ut benedicat t' dn̄s. be-
nedictio et ex ppłs. pro. xxii. qui pronus
est ad miām benedicetur. deut. xxxiii.
benedictus filius aser. sit placens fra-
trib;. et tingat in oleo pedem suum. sed
tria coniunguntur. se. tingere in oleo
pedem affectus. ee benedictum et placentem

hominib3. Ruth. ij. sit benedcs qui mi
sertus e tui. miscdi e benedicit paup.
qui ab eo recipit elam. Job. xxix. bene
dictio peritui sup me ueniebat. Item
mia morienti societatem facit. ambros.
Non sunt bona hois que secum ferre n
potest. sola mia comes est defunctor.
ipa e animam in infernu ire n pmittit.
thob. xij. dr de ela qz a morte liberat.
e n patietur animas ire in tenebras.
Ipa e in iudicio liberat. e regnu accipit.
tob. xij. dr de ela qz facit inuenire uita
eternam. in ps. Iocundus ho qui miseret
e comodat disponit ser. s. in iudicio. Ibi
spalr fiet disceptatio de opib3 mie. mt.
xxv. venite benedci pris mei pcipite re
gnum e c. esuriui n. e dedisti mi ma
ducare e c. Mia filium dei in mundu
fecit descendere. eadem hoies in celu
facit ascendere. ad hoc signandu xpc
a monte oliueti in celum ascendit.
In monte n oliueti eminentia mie
designat. legit e iij. Rg. vi. qz in in
gressu oraculi fecit salon duo hostie
ola de lignis oliuaz. que duo hostiola
possunt intelligi due ptes mie. vna e
qua compatimur miserie corpali. alia
qua copatimur miserie spuali. qui p
fecte misericors e iam bs reputant
certa spe. tandem bs futuris in re.
miscdes maxime de dei mia spare pos
sunt. in ps. ego sicut oliua fructifera
in domo dei. spaui in mia dei. in ps.
bs qui intelligit sup egenu e paupem.
pv. xiiij. qui miseretur paupi bs erit.
mt. v. bi miscdes. Est mia locum reg
no celoz assignat. eccl. xvi. omnis mia
faciet unicuiqz locum scdm intellem
pegrinatois illius e scdm meritu
opm illius. Mia est negociatrix prude
tissima. mt. xxv. Prudentes uirgines accepe
runt oleum in uasis suis. qui uere pru
dens oleum pietatis uult hre in corde
suo. sn quo n hetur ignis caritatis. i. io.
iij. qui hucrit subam hui mundi e ui
derit frem suum necessitate hre e clause
rit uiscera sua ab eo. quomo caritas
dei manet in eo? Ja. iij. Sapia que de
sursum est plena est mia. negone uite
spale consuluit filius dei. mt. xix. vade
e uende omnia que hes e da paupib3. vo
luit paulus in thymoe hanc negone
precipere his quos hebat regere. i. th. vi.
diuitib3 h seli pcipe facile tribuere.
coicare. thesaurizare sibi fundamentu
bonu in futuru. Mia in negone miro
dm circumuenire. dum p luto tpalium
eternas diuitias recipit. osee. xi. circu
uenit me in negone effraym. aug. p
be reddum e accipe celum. mia calise
aque frigide p xpo tribuit. e torrente
uoluptatis eterne recipit. ipa terra
in celum commutat. h est mutatio de
xtere excelsi. Mia hominem preciose
onatum utilr exonerat. e pximu ei
uinat. aug. in li. de doctrina xpiana.
loquns ad diuitem. da inquit aliquid
fri tuo. da aliquid pximo tuo. da aliqd
comiti tuo. vita ista uia e simul am
bulatis. h forte dicis. ego diues. ille
paup. sarcinam tuam commemoras.
pondus tuu laudas. e qz graui est co
structisti ad te sarcinam tua. Jam n
potes porrige manu. onate. ligate. q
te iactas. quid te laudas. solue uin
cla colli tui. minue de sarcina tua.
de comiti. e illum adiuuas e te rele
uas. mia cumdare uit potius accipe
vn aug. rem mirabilem in qua n solum
quid des. h e quid accipias. paues q

das terra est. de terra in terra ut fulcia
tur terra. ut reficiatur terra. ponit tamquam
paupere dare. vide ne plus sit presentem acci
piendo quam tu dando. Si enim non esset qui
a te acciperet non erogares terram et emeres
celum. contempne me si nichil petes
ab eo qui fecit me et te. si autem petitur
es quod me exaudisti. sicut prestas ut exaudi
aris. age illi gratias qui tam pretiosa
tam vili precio te facit emere. das quod in
terram perit. accipis quod manet in eternum.
Unde sunt focus angelorum. ubi nunquam fame
neque siti nec paciaris et sibi dat. nemo di
cat quod prestat pauperi. sibi enim plus prestat
quam pauperi. nam bona sua que dare videtur
in saluo ponit et inde thesaurum facit
math. vi. thesaurizate vobis thesauros
in celo. et beatus laurentius. facultates ecclesie
quas requiris manus pauperum in cele
stes thesauros deportauerunt. tob. iiii.
Fiducia magna est elemosina coram summo deo. bonum est thesaurizare
in die necessitatis. aug. conside
rate fratres quam multi subito bona omnia per
diderunt. que studio sollicite recondi
derant. vel cum uno impetu hostili cap
tiui ducti sunt. vel cum eis disceden
tibus flamma successit. o quomodo tales
penituit. quod non audierunt domini consili
um. scilicet da pauperibus. et habebis thesaurum
in celo. audires amicum tuum consilium
dantem de thesauro tuo et contempnis
domini consilium dantem de corde tuo. in
uasit hostis domum. siquid inuadere
potuit. occidit seruum custodem. numquid
occideret dominum seruatorem. Quid sunt pau
peres quibus damus nisi delatores nostri. de
terra tuo das. in celum portant quod das.
quod ego credo est. greg. securius diuitie
differuntur de patre in patriam per manus
pauperum. quam per manus tuas. secundum aug.
manus pauperum sunt gazophilacium
christi. unde quod in manu pauperis ponitur
in gazophilacio christi mittitur. immo quod
plus est in manu dei ponitur. et ideo
tam auferri non potest ei qui dedit. cum non
sit qui de manu eius possit eruere.
Multa bona terrena que possessoribus su
is solent esse noxia utiliter expendit.
ysidorus. hoc tamen habet bonum possessio pre
sentium rerum. si miseriam reficiat mi
serorum. [C]ognosco quod uirtus nunc non solum
est valde utilis sed est valde mirabilis.
ipsa de malis aliorum melioratur. de sordi
bus lauatur. de paupertate ditatur. de
infirmitatibus aliorum sanior efficitur.
ipsa portat onera aliorum implens legem
christi. gal. vi. Alter alterius onera por
tate et cetera. et quanto plura onera portat
tanto uelocius currit. quod ad beatitudinem
festinantius tendit. ipsa onera aliena
frequenter suscipit hominibus nescienti
bus dum ipsis negligentibus peccata eorum assu
mit. et portat dolendo. lugendo. oran
do pro eis elemosinas faciendo. disciplinis se
affligendo. Tanta quanto plura onera
proximi portat. tanto omnibus peccatorum
proximorum magis se exonerat. Tanta de feto
re eorum qui spiritualiter sunt mortui non
moritur. sed potius uiuificatur. Ipsa est
que colligit de spinis peccatorum uuas
et de tribulis ficus. Nam mala ali
ena in bona conuertuntur. Due uirtutes
sunt que omnia que proximi sunt
acquirere uidentur. scilicet caritas et pie
tas. caritas bona proximi sua bona
facit. greg. Pensent mundi quantum
bonum est caritas que aliena bo
na sine labore nostro nostra facit. pie
tas uero aliena mala sua facit. greg.
pensent mundi quantum bonum est

caritas. que aliena bona sine labore suo
nostra facit. pietas vero aliena nulla sua
facit. Unde hee due virtutes venient vel
ad iudicium de mundiciis huius mundi. dic
tissime quantum ad meritum inuenietur.
et ideo habundantissime remunerabuntur.
hee due virtutes ale sunt quibus fouen
tur proximi bona. et portantur eius onera.
Unde super illud. sub umbra alarum tuarum
protege me. dicit glo. misericordia et caritas
sunt ale per quas quibus nos protegit. de hiis
alis dicitur. math. xxiii. quotiens volui congre
gare filios tuos. quemadmodum gallina pul
los suos sub alas et noluisti. ¶ Item mise
ricordia de uno obsequio duplicem habet merce
dem. In presenti enim remuneratur et in fu
turo ut prius ostensum est. Ipsa de una se
minatione duplicem messem colligit.
ipsa seminat in terra et metit in celo. Ip
sa consilio domini agros aridissimos eli
git ad seminandum. luc. xiiii. cum fa
cis prandium voca pauperes et cetera. Et hii
uberius ei fructificant. ¶ Et non quod
opus misericordie semini comparatur. ii. cor. ix.
qui parce seminat parce et metet. eo quod
semen in multis assimiletur. Semen ab
sconditur. sic elemosina occulte danda est. eccli.
xxix. conclude elemosinam in sinu pauperis.
¶ Item semen perdi videtur cum seminando potius
renouetur. sic elemosina cum datur perdi videtur.
sed sic melius seruatur. eccli. xxix. perde pecu
niam propter fratrem et non abscondas illam sub
lapide in perditionem. ysidorus. terrena omnia
seruando amittimus. largiendo serua
mus. diu cum rebus vitis durare non pos
sumus. quia aut nos illas moriendo dese
rimus. aut ille nos viuentes deserunt.
et sic illud. math. xvi. qui perdit animam suam
propter me inueniet eam. dicit glo. quod dicatur
agricole. si frumentum seruas perdis.
si seminas renouas. solas quas dederis sem
per habebis opes. ¶ Item semen cum fenore surgit
et qui dat elemosinam centuplum accipit. Unde super
illud. prov. xix. feneratur domino qui miseretur
pauperis. dicit interlinearis. centuplum accepturus.
eccli. xxxv. retribuens est deus et septies tan
tum. Semen preciosius in uno anno seminatur
in alio anno metitur. Semen vero minus pre
ciosum ut ordeum. in eodem anno seminatur
et metitur. sic elemosina preciosa est que seminatur
in anno gratie cuius messis expectatur in
anno glorie. ¶ Item semen gelu pressum et vexa
tum. uberius fructificat. sic elemosina que
in aduersitate premitur. maiorem habitura est
remunerationem. Vt elemosina cui detrahitur ma
gis remuneranda est. quam que laudatur. Ite
misericordia hic quasi omnia contraria sustinet. ii. cor.
xi. quis infirmatur et ego non infirmor.
ideo in futuro tuto erit a tormento penarum.
ipsa est que exemplo petri dicit domino re
cum paratus sum in mortem et in carcerem
ire. luc. xxii. ideo in futuro immunis a car
cere infernali immunis erit. ¶ Item ad
ad commendationem misericordie valere potest de
testatio sui oppositi. Non enim quod in misericordia
digna est venia. Immo quod plus est homini
misericordi videntur peccata tam dimissa renoua
ri. math. xviii. Serue nequam omne debitum
dimisi tibi. quoniam rogasti me. nonne ergo oportuit
et te misereri et cetera. et iratus dominus eius tra
didit eum tortoribus. quoadusque redderet
vniuersum debitum. misericordia vero litteras re
missionis habet in ore. et vera patria pa
riunt. math. v. beati misericordes quoniam ipsi misericordiam
consequentur. cum misericordia dei fons sit. et
misericordia nostra fluuius. quomodo esse possit quod flu
uius misericordie nostre ad proximum fluere. et
fons diuine misericordie nobis siccus fieret.
aug. fluit riuus et fons siccabitur. ¶ Item
cum omne animal diligat simile sibi. eccli.

xxij. quoniam hoc esse possit quod dei misericordia hominem
in eodem damnaverit. Secundo. Mt. vi. Si di-
miseritis hominibus peccata eorum dimittet
et vobis pater vester celestis delicta vestra. Ter-
tio. luc. vi. dimittite et dimittetur vobis.
Item quod est immisericordia est peccatorum fundamentum. o-
see iiij. Non est misericordia et non est scientia dei in ter-
ra. et subditur: maledictum et mendacium et
homicidium et furtum et adulterium inun-
daverunt. Item ille cui deest misericordia sentiet iudi-
cium sine misericordia. Ja. ij. Iudicium sine misericordia ei
qui non fecerit misericordiam. Immisericordi aures dei
clause sunt. et in presenti et in futuro. Pro.
xxi. Qui obturat aurem suam ad cla-
morem pauperis. ipse clamabit et non ex-
audietur. exemplum habemus de hoc
luc. xvi. In divite epulone qui panis
micas lazaro negavit. et in tormentis
positus guttam aque postulans non
accepit. Item ad commendationem misericordie
facit si ostendatur eius preeminentia ad
alias virtutes. Nota ergo quod respectu abstinen-
tie in hoc preeminet. quod abstinentia deo
corpus immolat. Ro. xij. Obsecro vos per
misericordiam dei ut exhibeatis corpora vestra ho-
stiam viventem. misericordia vero immolat cor.
Respectu vero caritatis in hoc preeminet misericordia
quod caritas est fluvius bonitatis. ripas
suas non excedens. pietas vero est fluvius
bonitatis ripas suas excedens et late ex-
tra inundans. caritas enim vult caritas
in bona sua convocat. pietas autem hoc fa-
cit et aliud. mala enim aliorum in super se
assumit. parum est sua largiri quod fac-
it caritas. sed cumulus largitatis est
seipsum largiri ad compatiendum. quod facit
pietas. Respectu autem iustitie prout in sub-
iecta stricte sumitur et est opposita misericordie.
hanc habet preeminentiam quod ipsa est sublime
iudicarie potestatis. misericordia vero dei super

omnia opera eius. Jac. ij. misericordia superexaltat iu-
dicium. Unde licet appellare a curia iu-
stitie ad curiam misericordie. Unde si vides te
imminere gravamen a iustitia. timeo quod
cuique in esse te videret. et iustitia aliter non
facere non potest. confidenter appella ad di-
vinam. quia iustitia necesse habet deferre
appellationi tue. forum curie misericordie est forum
penitentiale. hoc est solum adulterorum refu-
gium. in hoc foro feruntur sententie abso-
lutionis et confitentibus culpas suas
in aliis curiis si quis confitetur homici-
dium. dicitur a iudice suspendatur. in hoc
si confitetur absolvitur. Item respectu
obedientie commendabilis est misericordia. Inter-
dum enim obedientie et ceteris virtutibus
nitetur cedere. Unde narrat Gregorius iij. li. di-
alogorum. quod paulinus episcopus se in servitu-
tem posuit pro quodam captivo rede-
mendo. licet addictus esset cure pasto-
rali. et deus qui miseretur omnibus aliis
miserentibus. eum postea in plenitu-
dinem officii et dignitatis restituit.
Item quidam conversus cartusiensis
proficiscens ad nundinas cum xl libras
secum deferens ut eas expenderet in
necessitatibus domus sue. invenit hunc
in via militem veteranum. debilem et
pauperem. quem cum cognovisset grava-
tum esse ere alieno. et ire ad petendum
inducias a creditore. conversus dixit
militi quod iret secum. qui ingressi sunt
domum creditoris et cum peterent induci-
as denegavit eas creditor. addens
quod filium eius vinctum in carcerem
poneret. nisi ea die redderet universum
debitum. et tota eius hereditas ei appa-
retur; pro quo cum intercederet conversus
creditor multa convicia ei intulit.
ad quem conversus. hodie mecum libe-

tabitur iniustus iste de carcere mortis et pi-
ciens cum pedes .xl. libras redemit. Sil-
um militis de carcere. ipsumque a debito
liberavit. qui rediens narravit fratri-
bus que gesta erant. Illum quem viri spiritua-
les in hoc facto multum commendabant eum.
Item sanctus ho. quendam penitentem ligatum
a summo pontifice excommunicatum tunica plu-
bea. qui interrogatus qua auctoritate
hoc fecisset. Respondit auctoritate illius qui
ait. Beati misericordes. quoniam misericordiam consequentur.
Quod .v. virtutes misericordie maxime competit sancta-
rum miserie. in quo legimus. hanc virtutem
exhibuit christus plusquam .xxx. annis. Hebr.
.iiii. Non habemus pontificem qui non pos-
sit compati infirmitatibus nostris. Sed mul-
ta voluit pati christus ut compati sciret.

Post com- **De hiis que iuvant misericordiam**

mendationem misericordie tangende sunt
alique meditationes que possunt iuvare
misericordiam. quarum prima attenditur circa na-
ture conformitatem. Quis enim moveri
potest ad miserendum proximo. Hoc tamen est ad
nature conformitatem. Ysa. lviii. cum videris
nudum operi eum. et carnem tuam ne
despexeris. Secunda attenditur principii
nostri unitatem. Sumus enim omnes ex uno pa-
tre et una matre. Aug. in li. de dis. christiana. Si
putamus non esse proximos nisi qui de eisdem
parentibus nascuntur. adam et evam inten-
damus et omnes fratres sumus. Tercia attendi-
tur miseriam propriam. ut homo intelligat
que sunt proximi ex seipso. Prov. xxx. Homo in-
digens misericors est. homo qui indigenti-
am magnam habet aliene indigentie
compati novit. Quarta attenditur spiritu-
alem fraternitatem. fratres enim sumus ex uno
patre scilicet deo nati. et una matre scilicet ecclesia. ean-
dem habituri hereditatem. i. Jo. iii. Qui
habuerit substantiam huius mundi et viderit
fratrem suum necessitatem habere et clauserit
viscera sua ab eo. quomodo caritas dei ma-
net in eo. Quinta attenditur dei in homines
paternam caritatem. i. Jo. iii. Videte qualem
caritatem dedit nobis deus pater ut filii dei
nominemur et simus. Secundum hanc meditatio-
nem operatur qui dat pauperi eo quod credit eum
filium dei. Sexta attenditur capitis christi
et membrorum unitatem. que tanta est quod caput
reputat sibi fieri. quod membris fit. sicut caput
corporis reputat sibi beneficium exhiberi
quod pedibus exhibetur. sic beneficium paupe-
ribus exhibitum christus sibi reputat exhiberi.
Et nota circa hanc meditationem quod quando pauper
petit elemosinam ab aliquo. ille a quo petit
.iiii. debet attendere. Primo quis petat.
quoniam deus. Matth. xxv. quod uni ex minimis meis
fecistis michi fecistis. Jero. quotienscumque ma-
num pauperi extenderis christum cogita. Aug.
in li. de dis. christiana. christus petit et non accipis
et offendis nomen pietatis crudelibus fibris(?)
et dicis et quid dabo filiis meis. christum illis
oppono. filios. sed ille reponit. magna iu-
sticia. ut habeas unde luxurientur filii tui
et egeat dominus tuus. Item non legisti quod
uni ex minimis meis fecisti michi fecisti.
non timuisti. ecce quis eget. et filios tuos
numeras. postremo inter filios tuos ad-
numera illum. inter illos dominum tuum nu-
mera. unum habes. sit ille secundus. duos ha-
bes sit tercius. tres habes quartus sit. Secundo
debet cogitare quid petat deus. quoniam suum pe-
tit non tuum. unde valde ingratus est qui
de bonis dei habundaverit sit ad su-(?)
am et tamen non vult dare modicum panis
deo petenti. Aug. dicit christus. da michi de eo
quod dedi tibi. de meo quero et michi non donas.
da et reddo. habuisti me largitorem facito
debitorem. Tercio cogitare debet ad quid
petat. non enim petit ad dandum. sed

muntandum. et ad centuplas usuras. ait enim
ser h' quid feneraris homini. fenerare deo et cen
tuplum accipies. et uitam eternam possi
debis. mira ingratitudo hominum qui nolunt
accomodare deo ad tales usuras. ad qua
les accomodarent alicui iudeo. uel sar
raceno. Quarto debet cogitare quod ipse sit
uenire a deo regnum eternum. qui in pe
ab eo modicum panis. et si negat deo
hoc modicum. negabit ei deus regnum suum.
prov. xxi. qui obturat aurem suam ad cla
morem pauperis. clamabit et ipse et non exau
dietur. Sapiens. Ne diuites cum magna
penas impendere pura. Septima meditatio
attendit libertatem quam habent homines ad
libera diaboli. Sicut enim diuites male de
manit ad eos. ipsos multiplicare inuitant.
quos dilaniant. et pro illis magne expen
sunt. uel magnas expensas faciunt.
Christi uero in membris suis uix inueniunt qui
eis uix sustentent. Octaua attende
pietatem quam nobis exhibuit in sua
captiuitate. qui seipsum pro nobis dedit et pro
redemptione uendi uoluit. Diuisi
Consequenter ponende ones iiii.
sunt diuisiones pertinentes ad miam.
quod est una commendabilis et est una
detestabilis. commendabilis est que est
nature. detestabilis que est culpe. gg. in
moral. Ad culpas quisque non debet compassione
uenire sed zelum. compassio quippe homi
nibus reddenda debetur. ut in uno eodem
homine. et diligamus bonum quod fecit et
persequamur mala que fecit. Item gg. sunt
namque qui compassione. primo non spiri
ter sed carnaliter impendunt. ut ei non
in uirtute sed quasi miserando ad culpam
compatiantur. qui carnaliter hominibus
miserentur. potius sunt crudeles quam
misericordes nocentur. prov. xx. multi misericordes

uocantur. uirum autem fidelem quis inue
niet. Item nota quod quedam opera misericordie sunt
spiritualia. quedam temporalia. Spiritualia
sunt. ut cordis compassio. iniuriarum
dimissio. peccantium correctio. ignoran
tium instructio. de compassione dicit
glo. gg. super illud. iob. xxx. compatieba
tur anima mea pauperi. plus est com
passio quam datum. quod rem quilibet
plerumque dat. et qui non compatitur. iniu
quam autem qui uere compatitur. quod necem
conspicit primo negat. Ibidem dicit
mellin. plus est de seipso dare quam de suis.
Item gg. exteriora largiens. rem extra se mer
ipsum prebuit. qui autem fletum et com
passionem primo tribuit. ei etiam aliquid
de semetipso dedit. compassio crux est
interior. cuius brachium superius est
compassio. qua quis compatitur christo pro
nobis passo. brachium inferius est com
passio qua quis compatitur hiis qui sunt
in purgatorio. Sinistrum uero brachium
est compassio qua quis compatitur hiis
qui sunt in hoc mundo. quantum ad
penalem miseriam. Dextrum brachi
um est compassio qua quis compatitur
animabus que pereunt in hoc mundo. aug.
sunt ne uiscera christiane compas
sionis. qui planges corpus a quo re
cessit anima. et non planges animam a qua re
cessit deus. eccli. xxii. luctus mortui vii.
dies. fatui autem et impii omnes dies ui
te eius. Mor. octo sunt que multum
tis de dilectione dei et proximi uni
uersa lex pendeat. et prophe. math. xxii. p.
iurare nichil aliud uidetur esse quam
nomen dei assumere ad confirmatio
nem eius quod dicitur. sicut haberi potest ex
duobus locis scripture. s. ex. xx. exo.
n̄ assumes nomen dei tui in uanum.
Assumere. i. nomen dei in uanum est
iurare in uanum. et ex illo sub. heb.
vi. omnis controuersie eorum finis ad
confirmationem est iuramentum. quia
de scriptura recepta facile est osten
dere quod liceat iurare. cum. n. filius
dei in hoc natus sit. et uenerit in mun
dum ut testimonium phibeat ueri
tati. ut ipse ait. Johis. xviii. Veri
simile est quod nomen suum n̄ negat ad
eandem ueritatem confirmandam.

immo quod plus est ad confirmationem
ueritatis mori uoluit. ¶ Item cum deus
pater sic dilexerit mundum ut filium
suum unigenitum daret. Jo. iii. Verisimile est
quod nomen suum ei n̄ neget. ro. viii. qui
proprio filio suo n̄ pepercit. sed pro nobis om
nibus tradidit illum. quomodo non cum illo
omnia nobis donauit? ¶ Item cum princi
pes huius mundi tales sint bonitatis
in subditos suos ut sigillis suis eis con
firment ueritatem utilem. siquid cele
stis dominus habet hanc bonitatem in sub
ditos suos ut nomine suo permittat eos
uti ad confirmandam ueritatem utilem.
Simile argumentum facit dominus. math. vii. di
cens. Si ergo uos cum sitis mali nostis
bona data dare filiis uestris. quanto magis
pater uester qui in celis est dabit bona peten
tibus se. ¶ Item si deus sigillum suum com
mendauit seruis. verisimile est quod n̄ ne
get illud filiis. ro. viii. Non accepistis
spiritum seruitutis iterum in timore. sed ac
cepistis spiritum adoptionis filiorum. ex
predictis manifestum est. quod iurare n̄
est intrinsece malum. immo licitum
est iurare ad confirmandam utilem
ueritatem. Respondendo ergo ad ea que opponuntur
obiciuntur. Non ergo quod potuit esse multi
plex causa quare dominus dixit illud math. v. ego di
co uobis n̄ iurare omnino. ¶ Primo
potuit esse quod iuramentum quasi nulli
pendi facit. simpliciorem affectionem
nec tamen reputant multi simplex
mendacium. ex quo n̄ est tibi periculum
sicut multi hodie iuramenta sine sol
lempnitate facta n̄ reputant. sed iu
ramenta sollempnia. dominus ergo uolens
suos ueritatem seruare in simplici
sermone. sicut in sermone iurato
uoluit ut n̄ iuraret quantum est

mens. aug. sup epl'am. ad gal. n̄ est cō
der pceptum iurando. q̄ ita intelli dn̄l
phibuisse a iurando. ut q̄ntum in ipo
est quisq; n̄ iuret. q̄ multi faciunt
in ore h̄ntes iuratione tanq̄m mag
num suave aliquid. Jd in sermone dn̄i
de monte. Iurandum faciendum est
necessitas. cum pigri sunt hoīes crede
re eis utile. Iuratio n̄ est bona. n̄
tn̄ mala. cum est necc̄ia. ideo n̄ est appe
tenda ut bona. n̄ tn̄ fugienda tanq̄m
mala. cum necc̄a est. glo. sup m̄. v. ser
mo fidelis p iuramento dz h̄ri. et iuratio
tanq̄m libum deū in templo coram
altari. et nō coram deo. templū. n.
in baptismo dedicatum ē. cor fideli.
dn̄s aūt est in hoc templo sedē suo. et
d's n̄ altare est. ¶ Secda cā est. potu
it ēē periculum ydolatrie. et tota pcu
lum piurii. ex frequenti. n. iuratione
frequns sequit' piurium. Et hec duo
pericula sequebant' precipue ex iura
tione creaturaꝝ. Ideo talem iuratio
nem specialiter dissuadet dn̄s. glo. illi l'
celum plus aliquid suspicabant' uel
illud iurantes nō putabant se iura
mento teneri. Ideo iuramentum sic tem
perat. ut et celum creatura dei credat',
nō plus aliquid. et q̄ thronū eius est.
iuratum teneatur. aug. in uo co
stantio. dcm̄ est ne omnino iuretis.
n̄ quidem s̄pea dom iudet. n̄ q̄ ue
rum iurare pcc̄m est. q̄ q̄ peierare
imane pcc̄m est. a quo nos longe ēē
uoluit. qui omnino ne iuremus admo
nuit. Jd in q̄dam sermone. qui iurat
ipa precipitatū piurii est. qui nō
iurat longe est. ¶ Tercia cā. potu
it ēē pfce mansuetudinis. q̄m uo
luit ēē in discipulis suis q̄b; dixit

illud liberum. sicut patet ex eūnglio.
m̄. qui illud liberum potuit. Iurame
tum n̄ frequenter est ex ira et impacia.
ideo uoluit eos dn̄s a iuramento ca
uere. ¶ Septem n̄ dissuadent' circa
iuramentum. Primo appetit' iurandi.
Jac. v. Ante omnia fr̄es nolite iura
re. Secdo assiduitas iurandi. ecc. xxiii.
Iurationi ne assuescat os tuum. Ibid.
uir multum iurans replebit' iniqui
tate. ecc'. Nemo ē qui frequenter iu
ret qui n̄ aliq'n piuret. tercia aliq' iura
ut' p oppositum. Je. iiii. ubi dr̄. Iura
bitur uiuit dn̄s in ueritate et iudicio et
iusticia. sunt illa tria. falsitas. defcs
deliberationis. et iniusticia. Sextū est iu
rare p creaturas. Septimū est iurare
p nichilo. exo. xx. Non assumes nomē
dei tui in uanū. n̄ enim h̄bit insōn
tem dn̄s eum qui assumpserit nom
dei sui frustra. Ideo n̄. m̄. ego dico uo
bis n̄ iurare omnino. sicut intelligend'
est. ego dico uobis ut n̄ iuretis omī
no. i. passim. neq; per celum etc. Nec
sequit' ex hoc. q̄ numq̄m iuretis. sicut
opponendo ostendebat'. et hoc iuratur
p eam que subdit'. neq; p celum q̄
thronus dei est. hoc. n. q̄ celum thronū
dei est. n̄ est cā q̄ p celum n̄ sit iurā
dum. s; est cā. q̄ p celum n̄ est passim
iurandum. ac si peccando p illud.
d's n̄ offendat'. cum celum thronū dei
sit. et in celo d's contempletur. Ad idem
uidetur ptinere illud. m̄. xxiii. Ve uobis
qui dicitis. quicumq; p templum dei
iurauit. nich est etc. et subdit'. q̄ iu
rat in templo iurat in eo. et in eo q̄
habitat in templo. et qui iurat in ce
lo iurat in throno dei. et in eo qui
sedet sup eum. sicut n̄ ualet h̄ argu

mentum. Iste qui vult se radere et supple-
mentum capillorum praescindi. non vult vel ca-
pilli sibi omnino abscidantur. quia ipse nichil
vult de capillis suis praescindi. ita non va-
let hoc argumentum. dico vobis non iu-
rare omnino. quia vos numquam iuretis.
Ad illud Iac. v. Ante omnia etc. Quod
duplex potest esse responsio. Primo ut
prohibeatur ibi iuramentum quod aliquis
facit. quam cito incipit loqui. Illud enim
est ex libidine iurandi. prius enim debet
esse sermo tuus est est. non non. quod si non credatur
vobis quod utile est credi potest sequi
iuramentum. Secundo potest intelligi esse
dictum illud. contra illos qui habent in consue-
tudine ante unumquemque sermonem ponere
iuramentum. sicut in modo est gallicorum.
Tercio potest dici quod iacobus loquebatur
illis qui erant in tribulatione. sicut
enim dicit glo. super principium canonicae
eius. occiso stephano facta est persecutio
magna in ecclesia. que erat ierosolimis.
et omnes dispersi sunt per regiones iudee
et samarie preter apostolos. hiis dispersis
qui usque antiochiam passi sunt. mittit epi-
stolam. monens quod eos ad patientiam. et quo-
dam alia. ante omnia vult ut a iura-
mentis que impatientiam solent sequi
caveant. sicut febricitanti prohibetur
specialiter bibere. licet alia multa magis
sint nociva. quia ad illud magis est pronus.
Sic qui tribulantur magis proni sunt
ad iuramenta. et illa iuramenta frequenter
sunt dei blasphemie. et quandoque tamen illa
queant homines. quod in magna servi-
tute est homo. ut impossibile sibi vi-
deatur. quandoque servare quecumque iura-
menta. Unde sequitur. ut non sub iudicio decida-
tis. scilicet a libertate vestra per obligationem.
Quarto potest intelligi quod affectio sive

voluntas iurandi prohibeatur. Unde non dicit
non iuretis. sed nolite iurare. nec sequitur
ex hoc quod iurare sit mortale. sicut nec il-
lo verbo domini Matth. xxiii. Patrem nolite
vocare vobis super terram. non sequitur quod
mortaliter peccet. qui aliquem patrem
vocat super terram. voluntarium ergo iura-
mentum prohibetur ibi. sed duplex est vo-
luntarium. quoddam quod est pure volun-
tarium. et quoddam quod habet aliquid cogens ex-
terius. licet non sufficiens. et primum hic
prohibetur. Secundum non. Ad verbum augustini di-
cendum est. quod sicut transire mare nimium
quam est et tamen securum. et tamen quandoque est necessarium
et quandoque sine suffragio aliquis illud transit.
sic iuratio numquam est secura. et tamen quandoque
est necessaria. et quandoque sine peccato iuratur.

Sequitur de fide. De fidelitate.

pitur fides idem est quod fidelitas. et
est fides virtus qua promissa complentur.
Unde ysidorus x. li. ethimologiarum. fidelis
dicitur quis per eo quod fit ab eo id quod dicit vel
promittit bonum. et sicut veritas servat
hominem ne quem fallat in verbis. sic fi-
des servat hominem ne aliquem fallat
in factis. fides tamen quandoque large sumitur.
et sic ad eam pertinet servare hominem
ne fallat alium verbo vel facto. et sic su-
mit augustinus fidem in li. de doctrina christiana
dicens. nemo mentiens. in eo quod mentitur
servat fidem. homo fidelis confidenter
de se non fallitur. fides prout est virtus theo-
logica. est virtus qua eterna bona cre-
dimus. fides vero prout hic de ea loquimur
est virtus cum bona vita in praesenti credimus.
Ad hanc virtutem monemur. apoc. ii. esto
fidelis usque ad mortem. et dabo
tibi coronam vite. hec virtus multum com-
mendabilis est. prov. xxviii. vir fidelis
multum laudabitur. de hac commendatione

tatur abraham. eccli. xliiii. Abrahā in
temptatiōe inuentus est fidelis. Et moy
ses. nū. xii. moyses inquit dn̄s in omni
domo mea fidelissimus est. Et .i. reg. xxii. qs
in omnibꝫ seruis tuis sicut dd fidelis. Fi
delitas est valde rara. et valde cara. prov.
xx. virum fidelem quis inueniet?
i. cor. iiii. Jam queritur inter dispensa
tores ut fidelis quis inueniatur. queritur
quidem. et vix inuenitur. In primitiua ecclia
inter xii. aplos inuentus est unus infidel.
et alii fideles fuerunt. hodie inter xii. vix
inueniuntur infideles. cum unus inueniatur fide
lis. hanc virtutem commendat dn̄s bonorum
suorum dispensatoribus. mt. xxiiii. Quis pu
tas est fidelis seruus et prudens quem
constituit dn̄s super familiam suam ut
det illis cibum in tempore. ¶ Et huic virtu
ti dat dn̄s augmentum gratie. luc. xix. euge
serue bone quia in modico fuisti fidelis.
eris potestatem habens supra x. ciuitates.
Et huic virtuti dn̄s dat gloriam suam. mt.
xxv. quia supra pauca fuisti fidelis supra
multa te constituam intra in gaudium
dni tui. Et nota quod fides specialiter comme
ndabilis est in amico. eccli. vi. amico fideli
nulla est comparatio. In eod. amicus fidelis
medicamentum vite. ¶ Item valde comm
endabilis est in seruo. eccli. xxxiii. si est ser
uus fidelis. sit tibi quasi anima tua. quasi fratrem
sic tracta eum. Specialiter et commendabilis
in nuntio. prov. xiii. legatus fidelis. sani
tas. e contrario legatus infidelis pestilentia est
quia eos ad quem mittitur malo exemplo inf
ciat corrumpit. prov. xxv. sicut frigus ni
uis in die messis. ita legatus fidelis ei
qui misit eum. frigus in die messis in
refrigerat. et legatus si fidelis sit
ad quem mittitur. quasi quodam refrigerium est.
a cura et sollicitudine in parte eum

liberat. e contrario si dr̄ de infideli nuntio
prov. xxv. Dens putridus et pes lassus.
qui sperat super infideli in die angustie.
dens putridus enim grauem dolorem in
gerit. unde vulgariter dr̄ quod non est dolor
sicut dolor dentis. Infidelis igitur nuntius
est ei qui in eo sperat ut dens putridus.
quia est ei occasio magni doloris. est et
ut pes lassus. sicut enim affligitur
multum qui desiderat peruenire ad lo
cum aliquem et per lassitudinem non po
test. sic affligitur ille qui expectat
nuntium infidelem. qui moram nimi
am facit. ¶ Et nota quod ad fidem debet
aliquis in iiii. Primo in hoc ut eum ver
bo non fallat. aug. in li. de doctrina xp
iana. omnis qui mentitur iniquitatem facit.
Secundo ut archana eius non denudet. prov.
xi. qui ambulat fraudulenter reue
lat archana. qui autem fidelis est celat
amici commissum. eccli. xxvii. qui de
nudat archana amici fidem perdit.
Tertio in hoc quod in aduersis eum non de
serat. eccli. xxii. fidem posside cum a
mico in paupertate illius. et in bonis
illius leteris. in tempore tribulationis
illius permane illi fidelis. Quarto
in hoc ut in amministratione bonorum si
bi commissorum fidelem se habeat. ¶ Fidelitas
non consistit ad bona commissa in quatuor
attenditur. Primum est ut ipse bona si
bi commissa non dissipet. Secundum ut ea
studiose multiplicet. Tertium ut eum
qui tradidit pro lucri que ad eum
pertinet non defraudet. Quartum est. bo
na sibi commissa preciose seruat non fac
iat. Quintum est ut in nuntio ei qui
sibi ea commisit. illa non tradat. de quo
legitur luc. xvi. hic diffamatus est apud
ipsum. eo quod dissipasset bona illius.

⁊ ysa. xiiij. Tu terram tuam pdidisti. Tri
plr aũ fit hec dissipatio. Primo qñ aĩs
uitam suam qñ debuit expendere ad
honorem dei ⁊ utilitatẽ anime sue
expendit in dei cõtumeliam. ⁊ damp
nationẽ anime sue. constituendo eam
in seruitio diaboli. pṽ. v. ñ des alienis
honorem tuum. ⁊ annos tuos crudeli.
pd intellige de hijs qui res suas in
seruitio diaboli expendunt. seruos di
aboli instantissime imitantes. fili
js ũ dei durissimos se exhibentes. Se
cundo qñ aliquis insistit ab ope in
cepto añ consummationẽ. pṽ. xviij.
qui mollis ẽ ⁊ dissolutus. frater est sui o
pa dissipantis. mollis est qui cedit
duris. dissolutus est qui nullo amore
ad opus bonũ ligatus est. ⁊ talis re
putatur dissipator opm suorũ. Tercio
qñ aĩs qꝫ edificat uerbo destruit ex
emplo. eccl. xxxiiij. Vnꝰ edificans et
unus destruens. quid pdest ñ labor.
Circa scdm ño qꝫ circa multiplica
tionẽ triplex potest ẽẽ infidelitas.
Prima est cum pecunia dñi absconditur.
ditur. Vñ. ch. xxv. reprehendit̃ seruꝰ
malus ⁊ piger. qui pecuniam dñi ab
sconderat. Scda est cum pecunia dñi
in mercibꝫ que minores lucri sunt po
nitur. hec infidelitas est in illis qui le
gem dñi ꝑ qñ animas lucrari pos
sent cõtempnunt. ⁊ phisicam uel le
ges ꝑ quas tpalia lucrantur addis
cunt. Siquid infidelis eẽt minister
alicuius mercatoris qui dño suo emeret
scarletam eodem pcio quo emit buruel
lum. si eam ñ emeret. Tercia infide
litas est in eis qui merces dñi uendũt
ubi minꝰ uendibiles sunt. sicut acci
dit in eis qui parisius docent. ubi
doctrina eorũ uix auditur. ⁊ alibi nollẽt
docere. ubi doctrina eorũ cara haberetur.
Circa tercium ño qꝫ lucrũ bonorũ opm
in tres ptes diuidit̃. Prima ps est glã
que ad dñm ptinet. iuxta illud apli. Soli
deo honor ⁊ glã. Scda ps est exemplum
bonum qꝫ ptinet ad pximũ. Vñ. ch. v.
Sic luceant opa uña coram hoibꝫ. ut ui
deant opa uña bona ⁊c. Tercia ps est
utilitas mercedis. que ptinet ad eum
qui opa bona facit. Dñm ẽ defraudat
pte sua lucri. qui glam querit de bonis
opibꝫ. que agit. L. fidelis certa fa
mulus es. si de multa glã dñicam ⁊
si ñ exeunte a te. tñ transeunte ptẽ
nil manibꝫ tuis adherere contingat.
Circa qrtum ũ ño qꝫ illi qui bona
sibi cõmissa pdicõe sua faciunt. cum
infideles se habent in paruis. qui ñ con
stituent̃ sup multa. Vñ luc. xvi. Si
in alieno fideles ñ fuistis. qꝫ uñm
est quis dabit uobis. alienũ uocat
bonum temporale. uñm ũ eternum. ⁊
ibidem. qui fidelis est in minimo ⁊ in
maiori fidelis est. ⁊ qui in modico ini
quus est in maiori iniquus ẽ. Circa
quintũ ño qꝫ uelud castrum uñe bone
fidei cõmissum est corpus uñm ⁊ aĩa
uña. Vulgarit̃ dr̃ qꝫ bonum castrum
custodit qui corpus suũ custodit. sed
melius castrum custodit qui aĩam
suam custodit. hoc castrum corporis
dña sibi querit reddi. cũ pẽm carnis
suggerit. castrum ũ aĩe sibi reddi querit.
qñ pcã spũalia suggerit. qñ ũ nos sug
gestioni eiꝰ consentimꝰ. castrum nob
a deo cõmissum. hosti eius tanquam p
ditores tradimus ⁊ ualde infideles
sumus. pcipue si ñ premittamꝰ nun
tium ad dñm uñm ꝑ succursu. cum pẽ

spc scs bonitas sit. liberalissime se et sua
comunicans. ipse est primum donum quod se gra-
tissime cōicat. aug. magna mīa dei do-
num dat equale sibi. Nam spc scs donū
est. de hoc dono legitur act. ij. baptize-
tur unusquisque vestrum in nōie ihu xpi in
remissione pctōr uestror. et accipietis
donum sps sci. In ipso ē datur liberalis-
sime cetera dona. Ideo effectus spc sci lar-
gissime dona uocantur. Nomine .n. doni g-
ratuitio uel liberalitas insinuatur. donū
enim iuxta uerbum sapientis ē datio
irreddibilis que. s. fit sine spe retribu-
tionis. sen. iiij. li. de beneficiis. Non est
beneficium quod in questum mittitur. Et in eod.
dona mittentes da gratis beneficia. ¶ Et
gratissime uocantur septiformis gra-
gra. u. dr eo quod gratis dēt. Preterea. u
nuntiantur illi septem effectus sps sci qui
in xpo fuerunt. agitur de filio dei ueniente
ad sponsam suam. sponsus autem ueni-
ens ad sponsam dona consueuit af-
ferre. Ideo congrue illi septem effectus dona
uocantur. Commendantur dona et numerantur
Circa secundum nō est quod ista cap. distinguitur.
septem dona sunt quasi septem stelle
in dextera xpi. apo. i. et ij. Stelle dici pos-
sunt quia noctem presentis uite illuminant,
presens uita nox dr. et propter ed... quia
plena est. et propter tenebrositatem culpe
ignorantie que in ea habundant. In
dextera autem xpi sunt hee stelle. quia xpc
auctor est horum donorum ad manum sua
tenuit. ¶ Et hec dona sunt .vij. lucer-
ne. de quibus exo. xxv. Facies lucernas .vij.
pones eas super candelabrum. glo. lucer-
ne .vij. sunt .vij. dona sps sci. que in xpo
semper manserunt. et fidelibus secundum
... tionem eius distributa sunt. hec su-
per candelabrum ponuntur. quia requieuit super

xpm sps sapie et c. ¶ Et hec dona sunt
.vij. lampades ardentes ante thronum
que sunt .vij. dona sps sci. Iuxta. do-
na sps sci que accendunt et illuminant.
parata omnibus qui sunt sedes dei. ¶ Et hec
dona sunt .vij. oculi. apoc. iiij. et oculos
.vij. qui sunt .vij. dona sps sci. zach. iij.
super lapidem unum .vij. oculi sunt. et
exponit glo. de xpo qui est lapis angu-
laris. coniungens duos parietes in unū.
super quem lapidem .vij. oculi de quibus ysa.
.xi. requiescet super eum sps dni et c. ¶ Et
hec dona sunt .vij. crines qui caput
eccie. ipsc. s. ornaverunt. quibus et caput
sponse xpi. s. cor debet esse ornatum. hos
crines demones conantur abradere.
his crinibus ablatis homo debilis
remanet ut sanson. ¶ Iudic. xvi. Ista
.vij. dona sunt contra .vij. mala que enu-
merat gg. super illud Iob. i. Ventus ue-
hemens irruit a regione deserti et c.
his uerbis spc quaternem ante omnia.
prudentiam. temperantiam. fortitudinem. iusti-
tiam format. eandem contra singula tempta-
menta .vij. muneribus instruit. contra stul-
titiam sapientia. contra hebitudinem intellectu.
contra precipitationem consilio. contra timorem for-
titudine. contra ignorantiam scientia. contra duri-
ciam pietate. contra superbiam timore.
Vera ista mala ad affectum uidentur
pertinere. Unum est respectu dei. s. super-
bia que est inordinata excellentia a-
numr. aliud respectu proximi. s. durici-
es. tertium respectu uirtutis. s. timor uel
pusillanimitas. contra superbiam ē donū
timoris. gg. super eze. per timorē humiles
sumus. pietas est contra duriciam. gg. super
eze. per pietatem sumus misericordes. forti-
tudo est contra pusillanimitatem. iiij. ma-
la uidentur pertinere ad intellectum. s. stul-

7 m

tiva sive in sapientia. que est contra intellectus
sapore creaturarum impeditur a gustando
sapore creatorum. Secundum est hebetudo
que est grossities intellectus, qua impe-
ditur ne penetret intima misteriorum.
et ne agnoscat creatorem in creatu-
ris. Tercium malum est ignorantia.
que est effectus discretionis, contrarium scientie quoad
ea que exterius sunt agenda. Quar-
tum est precipitatio contrarium ad delibe-
rationem eorum que sunt ardua et que
pertinent ad perfectionem salutis. Et hec
iiii. mala virtutem sunt dono sapientie.
et donum intellectus. donum scientie et donum
consilii. donum sapientie lumen est quo
agnoscuntur superiora interiora. Intellectus
lumen est quo agnoscuntur interiora. Unde
a legendo intus dicitur intellectus. donum con-
silii lumen est quo agnoscuntur periculo-
siora. ¶ Assignantur et alia vii. ma-
la presentis vite, et que sunt hec vii.
dona. Primum malum est puerilitas.
ysa. lxv. Puer c. annorum morietur. i. cor.
xiiii. Nolite pueri effici sensibus. sap.
xii. Infantium insensatorum more vi-
ventes. Seneca. Plerumque est cum non pueri-
a. sed quod gravius est puerilitas rema-
net. Et hoc malum est maturitas sa-
pientie. gg. super eze. Per sapientiam matu-
rimus. Ad maturitatem sapientie perti-
net puerilia despicere. et digna viris
intellectu capere. et affectu desiderare. pu-
erilia intelligas lac suavitatis tempora-
lis. et bona temporalia que sunt ut pira
et poma comparatione eternorum divitiarum.
digna viris intelligas gaudia eter-
na. ¶ Secundum malum est bestialitas.
que exteriora sola in rebus sensibili-
bus capiunt. illis solis herentes. et qui
foris stantes. interiora in eorum cognitio-

ne non attingunt. Et hoc malum est donum
intellectus penetrans intima. gg. super eze. In-
tellectus tollit hebetudinem. ¶ Tercium ma-
lum est periculositas. Et quod donum consilii.
pro. xxiiii. ecce salus ubi multa consilia.
¶ Quartum malum est certaminum spiritualium
continuitas. Et quod est donum fortitu-
dinis. mundus iste campus est certaminis.
Sed in mundo isto qui in stadio certaminis
positi sunt. Iob. vii. militia est vita hominis
super terram. ¶ Quintum malum est error
circa bona et mala. et secundum qualitatem
et secundum quantitatem. secundum qualitatem cum
credunt bona que sunt mala. ysa. v.
Ve qui dicitis bonum malum. secundum quanti-
tatem cum credunt magna bona que
sunt parva. et econverso. contra hoc malum
est donum scientie. scientia respicit et bonum
et malum. Unde nominatur lignum scientie
et boni et mali. gen. ii. propter hunc erro-
rem dicitur sap. xiiii. In magno viventes
inscientie bello. tot et tanta mala pacem
appellant. ¶ Sextum malum est vite
execrabilitas quia scilicet vita nostra non est ho-
norifica. immo est contumeliosa. Et quod est
donum pietatis. prout dicitur pietas veneratio
sanctorum, primo dei. deinde eorum que ei sancti-
ficata sunt. ¶ Septimum malum est
stulta securitas. qua nichil est periculo-
sius homini tot malis obsesso. pro.
xxviii. qui confidit in corde suo stultus est.
Et non quod minimum horum donorum prestantius
omni auro quod in mundo est. minimum
vero est donum timoris. de quo non legitur
eccli. xxiii. nichil melius quam timor dei.
De pietate non legitur i. thi. iiii. pietas
ad omnia utilis est promissionem habens
vite que nunc est et future. fortitudo
non hominem reddit insuperabilem. pro.
xxx. leo fortissimus bestiarum ad nulli-

parebit occurrisum. qui habet donum for
titudinis dicit illud. omnia possum in eo
qui me confortat. phil. iiij. sapientia in terra
manens ad insulam celestem sedet. ti
mor tendit ad sibi infernum. ubi uicia gu
rit. sapientia paradisum. que tamen etiam pre
gustat. fortitudo uero et pietas tendit ad
sibi presentia. pietas aliena mala compa
tiendo. sibi bona efficit. fortitudo uero
propria mala patienter ea tollerando. sibi
in bonum conuertit. ¶ Item fortitudo ad
bona ardua hominem potentem reddit. in
tellectus sapientiam dirigit. consilium fortitu
dinem. scientia pietatem. timor uero a fide diri
gitur. que cum in christo non fuit. merito do
na non numeratur. Non enim enumerantur
nisi dona omnis gratie christi scilicet. et gratie excellen
tes que in christo fuerunt. ¶ Et uero quod
tres illarum gratiarum indubitanter pertinent
ad intellectum. scilicet donum scientie. consilii et in
tellectus. tres indubitanter ad affectum.
scilicet donum timoris. pietatis et fortitudi
nis. donum uero sapientie secundum quosdam per
tinet ad intellectum. secundum quosdam ad af
fectum. secundum ueritatem uero ad utrumque
aliquo modo pertinet. Unde possumus dicere.
quod iiij. dona pertinent ad intellectum. iiij. alia
quo modo pertinent ad affectum. quadruplex
est cognitio salubris precellentiam habens
potest esse in intellectu. due pertinent ad id
quod supra sunt. scilicet ad deum. Deus enim primo
fide cognoscitur. initiales ad quas per
tinens et innititur auctoritati. Secundo cog
noscitur intellectu qui innititur rationi. aug.
li. de utilitate credendi. quod credimus
debemus auctoritati. quod intelligimus rationi.
Tertio cognoscitur deus experientia gusta
ta. scilicet eius suauitate. secunda et tertia cogni
tio de deo precellentiam habent respectu pri
me. et ideo gratie excellentes sunt. que

pertinent ad eos. et enumerantur inter do
na. tertia salubris cognitio precellen
tiam habens. pertinet ad id quod a nobis est.
quod arduum est. uel periculosum. que
precellentiam habet respectu illius cogni
tionis que est circa alia agenda que
non sunt ardua. uel periculosa. gratia per
tinens ad hanc cognitionem dicitur donum
consilii. Quarta cognitio est circa res
quasdam que supra nos sunt. specialiter quantum
ad bonitatem et malitiam earum. et habet
precellentiam respectu aliarum cognitio
num que sunt de rebus quantum ad illas
rerum dispositiones. et gratia ad hanc cogni
tionem pertinens dicitur donum scientie. Item quia
duplex ordinativa affectus potest esse
in affectu. due respectu mali. et due re
spectu boni. malum fugiendum non est et
fugandum. fuga mali temporis. scilicet ma
li futuri. illa uirtuosior est. precellen
tiam habens respectu fuge mali presen
tis. malum enim in principio facile est fu
gere. scilicet malum presens. ¶ Item fuga
mali quod ducit ad malum futurum. scilicet
mali culpe. precellentiam habet. cum ma
lum culpe bonum uideatur. eo quod sit
delectabile. gratia uero pertinens ad fugam
mali futuri. et eius quod ducit ad illud
excellens gratia est. et uocatur donum ti
moris. ¶ Item fugare miseriam a proximo
per compassionem mala eius sibi assu
mendo. et bona sua ei communicando. gratie
excellentis est. fugare miseriam a
se ipso. non est multum uirtuosum. et gratia
illa precellens donum pietatis dicitur. respe
ctu uero boni sunt due actiones excellen
tes. una respectu boni fruitiui quod est
finis. beatitudo seu sensus suauitatis
diuine. Amor illius suauitatis
arduum est. omnis enim fortitudo appetit

sed esuries ista parciorum est. respectu vero bo
ni quod est ad finem quod arduum est. affec
tio fortitudinis. que excellit respectu
affectionis que est ad bona que non sunt
ardua: unde gratia pertinens ad illam af
fectionem donum dicitur. Item nota quod iste
istas vij. gratias petro in christo fuerunt.
tres sunt pertinentes ad divina. et
iiij. ad humana. Ad divina. donum in
tellectus quo cognoscebat dei veritas. et do
num sapientie quo gustabat eius suavitatem
et donum timoris quo honorabat dei sub
limitas. timor enim reverentie in christo
fuit. reverentialiter se habuit ad deum
homo ille. non equans se illi secundum huma
nitatem. sed ei subiectibilem existens.
Ad humana vero pertinent alia iiij. do
na. humana enim dividuntur in ea que
agenda sunt communiter ab omnibus. et
sunt in precepto. et ea que pertinent
ad perfectionem salutis. ad ea que sunt
agenda communiter ab omnibus. pertinet do
num pietatis. eius lumen ministrat
donum scientie. pietas enim qua negociatur hic
est et commutatur. ideo necesse est ei lumen
scientie. quo agnoscat ea in quibus nego
ciatur. circa ea que pertinent ad perfe
ctionem est donum fortitudinis. cui
lumen ministrat donum consilii. hominem
servans a precipitatione in talibus. ubi
ipsa valde periculosa est. Item nota quod
dono timoris sapientia inchoatur. proverbiorum i. ti
mor domini principium sapientie dono sapientie
consummatur. donis vero mediis proficiendo
ad consummationem sapientie appropinquatur.
Item nota quod duo dona pertinent ad contem
plativam. scilicet donum intellectus et donum
sapientie. dono intellectus contemplantur deum
in creaturis. dono sapientie in se. alia v.
dona pertinent ad activam. timore
declinatur malum. proverbiorum xv. per timorem
domini declinat omnis a malo. dono pieta
tis et dono fortitudinis. ad lumen scientie et
consilii fiunt bona. De singulis donis.
Consequenter agendum est de singu
lis donis per ordinem. et primo de
hiis que pertinent ad activam. Activa
enim est prior tempore quam contemplativa. o
portet enim quod homo primo exerceat se in ac
tiva quam ascendat ad contemplativam.
lya prior fuit nata quam rachel. genesis xx
ix. et prius fuit tradenda in coniugium. unde
legitur in eodem. quod laban dixit ia[cob]
venit de hoc quod lya ei supposita esset pro
rachel. non est in loco nostro consuetudinis
ut minores ante tradantur ad nuptias.
Inter dona vero pertinentia ad activam pri
us dicetur de dono timoris. a quo nobis
inchoandum est. si volumus proficere. ad
in sermone quodam de timore domini. ysa
ias dona enumerans. a sapientia pervenit
ad timorem. tamquam de sublimi ascen
dens. ad nos. ut doceret ascendere. il
luc quo pervenit unde debemus incipere
proficiendo. De dono timoris.
De timore vero hoc modo agetur. Primo
ponentur eius descriptiones. Secundo com
mendationes. Tercio tangetur de speciebus ti
moris. Quarto de hiis que valere pos
sunt ad incutiendum nobis timorem.
Circa primum nota quod timor est spiritualis
fuga mali ne perdat homo quod amat. et est
sumpta hec descriptio de glossa augustini super
Jo. x. ubi loquitur de mercennario. fuga ti
moris non est fuga ignavie sed est fuga
sapientie. Job xxviij. ecce timor domini ipse
est sapientia. fuga timoris fuga est caute
declinationis. proverbiorum xiiij. sapiens timet
et declinat a malo. stultus transilit et
confidit. talis est fuga parbitz que

n est ignauia ſed bellandi pericia. fugiendo vicerunt parthi. ideo fugientes ab hys quibus nota est eorum pericia timentur. ſic timor diuinus tamen ceteros timetur. ſecundum illud phi. Qui timet deum omnia timent eum. qui non timet deum timet omnia. Vnde chaym post tum homicidio factus. caput tremulum habens. ait. omnis qui inuenerit me occidet me. gen. iiij. Non est turpis fuga tamen cauere. vel pergendo vel abſcondendo ſe. vel ſimulata fuga hoſtes ab urbe longe abſtrahere. ſicut legitur feciſſe populus dei. Ios. viij. Item dicit aug. lxxxiij. li. de [illegible] quod timor est amor fugiens quod ei aduerſatur. Ide. timor est affectio futuri mali. ſecundum damaſcenum. timor est exſpectatio mali dicitur. id est expectatum malum timore conſtituit. plens in triſticiam. Commendacio timoris.

Ad commendationem timoris diuini quatuor valere poſſunt admonitiones quas ſacra ſcriptura facit ad timendum deum. leuit. xxv. time dominum deum tuum. deut. vi. dominum deum tuum timebis. Ios. timete dominum et ſeruite ei corde perfecto. in ps. ſeruite domino in timore. Item timete dominum omnes ſancti eius. eccli. ij. fili accedens ad ſeruitutem dei ſta in iuſticia et timore. eiusdem vij. In tota anima tua time deum. Luc. xij. timete eum qui potest et corpus et animam mittere in gehennam ignis. Secundo prouocationes quas ſcriptura facit timentibus. Tho. iiij. multa bona habebimus ſi timuerimus deum et receſſerimus a peccato et fecerimus bene. eccli. i. timenti dominum bene erit in extremis. et in diebus defunctionis ſue benedicetur. In eodem. timenti dominum bene erit et in diebus conſolationis ſue benedicetur. Tertio quod ſcriptura ſacra adeo benedicat timentes deum. ps. xxviij. beatus homo qui ſemper est pauidus. qui vero durus est mente corruet in malum. eccli. xxv. beatus cui donatum est habere timorem domini. eiusdem xxxiij. timenti dominum beata est anima eius. in ps. beatus vir qui timet dominum. Quarto excellentia quam in ſcriptura ſacra oſtenditur habere timor reſpectu ceterarum graciarum. eccli. xxv. timor domini ſe ſuper omnia ſuperpoſuit. eiusdem xxiij. nichil melius quam timor domini. b. ſecundum cant. In ciuitate dicitur. nichil eque eſt efficax ad graciam promerendam. retinendam. recuperandam. quam ſi omni tempore coram deo inueniaris non altum ſapere ſed timere.

Quinto quod timor dei valde placet deo ſicut patet hys verbis ſcripture que ſequuntur que oſtendunt quam beneficus ſit deus hijs qui timent eum. in ps. Oculi domini ſuper metuentes eum. oculi [illegible]. Sicut miſertus eſt dominus timentibus eum de dulci hereditate timentibus nomen tuum. quomodo miſeretur pater filiorum miſertus eſt dominus timentibus ſe. voluntatem timencium ſe faciet. eccli. xxxiij. timenti dominum non occurrent mala. ſed in temptacione deus illum conſeruabit et liberabit eum a malo. act. x. In omni gente qui timet deum et operatur iuſticiam acceptus est illi. Sexto commendabilis eſt timor domini a multiplici eius effectu. primo quia quod timor domini malum culpe quod in homine inuenerit expellit. eccli. i. timor domini expellit peccatum nam qui ſine timore est non poterit iuſtificari. greg. in moral. praua mens ſi non prius per timorem [illegible] ab aſſuetis vicijs non emendatur. Ios. x. timuimus valde et prouidimus animabus noſtris. eccli. ij. qui timent dominum preparabunt corda ſua et in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. aug. timor medicamentum est. caritas ſanitas. michee. vi. ſalus erit timentibus nomen tuum. yſa.

xxvi. a timore tuo domine concepimus et quasi
parturivimus spiritum salutis. Mal. iiii. orietur
vobis timentibus nomen meum sol iustitie.
Item timor a malo culpe futuro custodit.
Ier. in epistola. timor virtutum custos est.
securitas ad lapsum facilis. Exo. xx. ut
probaret vos venit dominus et ut terror illius
esset in vobis et non peccaretis. timor
domini odit malum. Prov. viii. Ideo timor
vocatur illud in domum cordis intrante.
timor inferni quasi expaventaculum po
nitur in corde hominis ad deterrendum mi
nitas et hostes demones. Item est ianitor
cordis vetans ab ingressu et claviculam
tenebrarum deterrens. clausura illa inferni
te est magnitudinis cum sit pena
eterna. ipse gladium ex utraque parte
timore Fures acutum. gladium ingentem divine sententie
ad deterrendos latrones spirituales detentat.
ipse latrones in terra corpus meum habita
res crucifigunt. in Ps. confige timo
re tuo carnes meas. timor vigil est
et ipse pacis et ipse belli. vigilans tempore
pacem et securitatem suspectam habens. Ip
se virtutes excitat. ne ad similitudinem
ferri in quiete consumantur rubigine.
et ne secure subito ab hostibus occidantur.
cum enim exercitus dixerint. pax et securitas
repentinus eis superveniet interitus. i.
Thes. v. timor compungit animas ne e
vanescant. Eccl. xxvii. si non in timore
domini instanter tenueris. cito subvertetur
tibi domus tua. Item timor a bonis
subtrahit que solent esse occasio peccati ex
pedit. sicut timor naufragii na
vem facit exonerari. Job xxxi. semper
enim quasi tumentes super me fluctus timui
deum. et pondus eius ferre non potui.
Gregorius. cum fluctus tumentes desuper ve
niunt. nulla est cura rerum temporalium

navigantibus. nulla carnis delectatio
ad mentem reducitur. ea quoque ex navi proiciunt
per que longa navigatio suspecta est. Item
ad mala presentia pene homines immo
dum reddit. Eccl. xxxiiii. qui timet do
minum nichil trepidabit. Item cor hominis congregat
et restringit. Eccl. xx. qui timet dominum con
vertetur ad cor suum. Item timor bonorum
habundantiam introducit. Eccl. xv. qui timet
deum faciet bona. Eccl. vii. qui timet deum
nichil negliget. cor enim est timor domini est si
cut ager plenus cui benedixit dominus. Gen.
xxvii. est et sicut paradisus. super amenita
tem et fertilitatem. Eccl. xl. timor domini sicut
paradisus benedictionis et super omnem gloriam
operuerunt eum. supple benedictiones. in
Ps. non est inopia timentibus deum. Eccl. xl.
in timore domini non est minoratio. Eccl. xl.
timor domini ad vitam et in plenitudine
eius commorabitur. absque visitatione pes
sima. timor custodit bona sicut ad ser
vandum. Ysa. xxxiii. timor domini ipse thesaurus
eius. timor domini plenitudine fruc
tuum operatur. timorem sequitur spes. Prov.
xxiii. in timore domini esto tota die et ha
bebis spem in novissimo. timentibus donatio
nes iste sunt promissiones. in Ps. quam magna
multitudo dulcedinis tue domine quam
abscondisti timentibus te. Item timor domini
introducit caritatem. sicut seta linum. super
librum Aug. Eccl. xxv. timor dei initium
dilectionis eius. Item principium est sapientie.
Prov. i. et Eccl. i. Bernardus super cantica. Instructio do
ctos facit. affectio sapientes. Aliud
est multas divitias scire. aliud possi
dere. nec notitia divitem facit sed possessio.
nec cognitio sapientem sed timor fa
cit. qui afficit. vere ne sapientem dixe
ris quem sua scientia inflat. Ier. b. Initium
sapientie timor domini. Oportet timere primo

innne sapit. cum eam affecit ad tim
am. ut cum instruit ad sciendum. times
dei iusticiam. times dei potentiam et sapit
deus iustus et potens. quia timor sapor est.
nec sapor facit sapientem. sicut scientia
scientem. timor sapiunt mala que debet
cavere et hec est prima spes saporatiua spiritus
eccl. i. Radix sapientie timere dominum. In eod.
intitudo sapientie timere dominum. Item in eod. co
rona sapientie timor domini. corona facit ad or
natum capitis. et timor dei ornamentum est
sapientum sapientibus et ea est corone et
Item prov. xv. timor domini disciplina sa
pientie. homines litterati absque timore dei
indisciplinati sunt. Item timor dei hominem
matrem et maturum reddit. unde anchora
ponderis timoris Item timor dei ho
minem temperantem reddit. eccl. xxv. finis
modestie timor domini. i. consummatio mo
destie. Item timor domini hominem fortem
facit. prov. xiiii. In timore domini fiducia
fortitudinis. hec fiducia debilitatem ho
minis in dei fortitudinem mutat. ysa. xl.
qui sperant in domino mutabunt fortitu
dinem. gg. In via domini timor operatur for
titudinem. In via seculi debilitatem. Signum
fortitudinis est quia timor dei vincula cu
piditatum disrumpit. Item cum ardori
bus sempiternis. ysa. xxxiii. quis poterit
habitare de vobis cum igne devorante.
quis habitabit ex vobis cum ardoribus sem
piternis. timor facit impleri illud. ysa.
xl. tunc saliet sicut cervus claudus. secundum
illud poete. pedibus timor addidit alas.
timor transilire facit montes et colles. al
tissimum tricatur. timor fortissimos red
dit penitentes ad portanda onera penitentie.
timor carcerem inferni mortem et tormenta
que hostes eius inimici. in gladium
igneum qua eum contriuit. Item sunt ei

refugium. hiis se tuetur contra tela inimici.
In igne illo ardentem comparacionem extin
guit. de inferno quasi de turri fortissi
ma tela hostium despicit. timor ad
infernum confugiens ab illo maxime
fugit. Item timor hominem obedientem
reddit. eccl. ii. qui timent dominum inqui
rent que beneplacita sunt ei. In eodem.
qui timent dominum custodient manda
ta illius. gen. xxii. dictum est abrahe obe
dienti. nunc cognovi quod tu timeas dominum.
gg. in prima parte moralium. dominum timere est
nulla que facienda sunt preterire. quo
timor plenitudinem virtutum operetur. ostendit
dicens b. ad fratres de monte dei. loquens
de ingrediente religionem. timor dei
incipit operari omnium virtutum pleni
tudinem. dum per iusticiam deserit malo
rum. per prudentiam non credit se sibi. per tem
perantiam refugit discernere. per fortitu
dinem totum se obediencie subdit. non discer
nende. sed adimplende. Item timor domini
est fons vite indeficiens. ut declinet
a ruina mortis. eccl. x. timor domini ap
ponet dies. prov. xix. timor domini ad vi
tam simplex servanda. Item timor domini
hominem glorificat. humiliat enim hominem.
humilem vero spiritu suscipiet gloria. prov. xxix.
eccl. i. timor domini gloria et gloriatio. eccl.
x. semen hominum honorificabitur hoc quod
timet dominum. eccl. xxv. gloria semen timor
dei. Judith. vi. qui timent te domine
apud te magni erunt per omnia. prov.
ult. mulier timens dominum ipsa lauda
bitur. eccl. xxv. quam magnus est qui
invenit sapientiam et scientiam. et non est super
timentem dominum. Item timor dei divina
vana delectatione hominem cohibet. ve
ram delectationem dei meretur. eccl. i.
timor domini leticia et corona exultatio

tis. In eod. timor domini delectat cor. et dabit leticiam et gaudium in longitudine dierum. timor domini est sicut uentus aquilo, dissipans pluuias. prov. xxv. ipse nubes carnalium cogitationum et affectionum fugat. et mentem serenat. uinos concupiscentiarum restringit. reptilia uiciorum de terra corporis humani exterminat. mare mundi congelatido consolidat. ut super illud ambulare quis possit. sicut fecit petrus. math. xiiii. Ubi timor est frigidus est. ardores desideriorum carnalium et secularium temperans. timor medium fornacis babilonice facit quasi uentum roris flantem. dan. iii. timor dei adeo hominem meliorat. ut unus timens dominum mille aliis preferendus uideatur. eccli. xv. melior est unus timens dominum quam mille filii impii. bona et instituta multum meliorare uidentur modicum. cum timore dei preferendum esse uidetur. multis diuitiis sine timore dei. prov. xv. melius est parum cum timore domini quam thesauri magni et insaciabiles. et ut breuiter dicam. finis salubris doctrine. uidetur esse timor dei. eccles. ult. finem loquendi pariter omnes audiamus deum time et cetera. de timore dicitur. ysa. xi. quod xpistum repleuit. cum de aliis donis tantum dicatur quod in xpisto requieuerunt. timor dei replere debet uiros sanctos. b. loquens de spiritu timoris immittens ille est qui totum sibi debeat hominem uendicare. Ideo est quod admiratus superbiam replet timore domini uiri sancti timent semper et ubique eccli. xviii. homo sapiens in omnibus metuit. prov. xxviii. beatus homo qui semper est pauidus. quod semper sit timendum ostendit. b. super cant. dicens.

cum adest gratia time. ne non digne opereris ea. amplius time subtracta gratia quia relinquit te custodia tua. si redierit gratia multo amplius tunc timendum. ne forte contingat pati recidiuum. recidere enim quam incidere deterius est. iuxta illud. Jo. v. ecce iam sanus factus es iam noli amplius peccare. ne deterius tibi aliquid contingat. Alie tres cause timoris possunt assignari. quarum prima tangitur in ps. delicta quis intelligit. delictum dicitur peccatum omissionis. et a derelinquendo. multi non sunt qui licet non committant peccatum mortale. nesciunt tamen utrum omittendo mortaliter peccent. alia causa timoris potest esse. quia multa uidentur hominibus bona que deus intelligit esse mala. gg. plerumque in conspectu iudicis districti uidetur quod in intentione fulget operantis. i. cor. iiii. nichil michi conscius sum. sed non in hoc iustificatus sum. Tercia causa est quia nescit homo qualis futurus sit finaliter. licet in presenti sit bonus. eccles. ix. sunt iusti atque sapientes. et opera eorum in manu dei. et tamen nescit homo utrum odio an amore dignus sit. Intellige finaliter. potest enim aliquis in modico cadere. et non adiciet ut resurgat. Ubique timendum est. quia de quolibet statu aliqui dampnantur. osee. xiii. consolatio abscondita est ab oculis meis quia ipse inter fratres diuidet. et loquitur de inferno. math. xxiiii. duo in lecto. unus assumetur et alter relinquetur. lectum intelligas quietem contemplantis. timendum est homini ex omni parte. homo enim est sicut castrum undique portas habens per quas capi potest. porte iste sensus sunt. est et homo sicut

castrum obsessum undique ab hostibus. ysa. xxiiii. creature dei in odium facte sunt, et in temptationem anime hominum, et in muscipulam pedibus insipientium. Timor sanctus non solum timetur in malis sed et in bonis. Job. ix. Verebar omnia opera mea. Gregorius. Prava meritum est dei culpa cognoscere. Ideo si placere deo veraciter optamus postquam perversa subegimus etiam in nobis bene gesta timeamus. Gregorius in secunda parte moralis. Justi omnemque agunt metuunt dum tante considerant ante quantum iudicem stabunt.

Sequitur de speciebus **De speciebus timoris.** timoris, Unde glo. super illud. Proverbia i. timor domini principium sapientie. distinguit glo. bede. duas species timoris. his verbis. Duo sunt timores domini. servilis. qui principium sapientie est. et amicabilis. qui perfectionem sapientie comitatur. Servilis principium sapientie est qui post creata sape incipit. primo timore divino corripitur ne puniatur. Hunc perfecta caritas foras emittit. Succedit huic timor domini permanens in seculum seculi quem non excludit caritas. sed auget quo timet filius ne vel in modico oculos amantissimi patris offendat. Augustinus in sermonibus distinguit iiii species timoris. his verbis. Primus timor est. ne cruciemur in gehenna. Secundus. ne excludamur a visione dei presumente tam ineffabili gloria. Tercius replet animam omni sollicitudine timidam. ne forte deserat a gratia. sed nec beda nec Augustinus. ponunt species timoris nisi divini. Unde possunt distingui sex species timoris. ut eminenter omnes species timoris. sive sit timor bonus sive malus. vel neque bonus neque malus.

Prima species timoris est timor naturalis. quo quilibet timet naturaliter nocivum nature. hic timor nec est meritorius nec demeritorius. quia non subest libero arbitrio. hoc timore timuit Christus naturaliter mortem. Marci xiiii. cepit Jhesus pavere. Secunda species est timor humanus cum scilicet aliquis timet amplius detrito corporis sui. qui timor prohibetur. Mathei x. Nolite timere eos qui occidunt corpus. et procedit ex nimio amore presentis vite. et sicut amor presentis vite est quandoque veniale peccatum ut quando est citra deum. quandoque non est mortale ut quando non est citra deum. Ita timor humanus quandoque est veniale peccatum ut quando oritur ex amore veniali. de quo amore. Jo. xii. qui amat animam suam perdet eam. Ex hoc timore humano negavit petrus Christum. Mathei xxvi. Marci xiiii. Luce xxii.

Tercia est timor mundanus. quando aliquis nimis timet rebus suis. iste timor fuit in iudeis qui occiderunt Christum. Jo. xi. Si dimittimus eum sic omnes credent in eum. et venient romani et tollent locum nostrum et gentem. Iste timor multorum habet cruciatus. Augustinus. Divitie plus cruciant adepte amissionis timore. quam concupite adeptionis ardore.

Quarta species est timor servilis. timor servilis est ut ait Augustinus. cum per timorem gehenne continet se homo a peccato. et iste timor non est cum caritate. Unde Augustinus loquens de hoc timore. Inaniter aliquis putat victorem se esse peccati qui timore non peccat. quia si non impletur foris negocium male cupiditatis. ipsa

tam mala cupiditas intus est hostis. Quod
ipsa voluntate reus est qui vult
facere quod non licet fieri. sed ideo non facit
quia non potest impune fieri. nam quan-
tum in ipso est mallet non esse iustitiam
prohibentem atque punientem. et utique
si mallet non esse iustitiam. quis du-
bitabit quod eam si posset auferret. Ac
per hoc quomodo iustus est iustitie tan-
tus inimicus. ut si potestas detur. pre-
cipientem auferat. ne comminantem
vel iudicantem ferat. inimicus ergo iu-
stitie est. qui pene timore non peccat.
amicus autem erit si eius amore non
peccet. ¶ Item super illud ps. confige
timore tuo carnes meas. dicit glo.
timor legis servilis pedagogus. in
ine processit. qui ad castum duxit.
sed non crucifiget carnem. quia vivit
peccandi voluntas. et sequeretur
opus si speraretur impunitas. et secundum
hanc glosam. non solum vocatur ti-
mor servilis. quando aliquis dimittit
peccare timore pene future. sed et
quando dimittit peccare timore pene
temporalis. ut faciebant multi in ve-
teri lege. et ut fit hodie in multis
religionibus. ro. viii. non accepistis
spiritum servitutis in timore. item.
timor servilis est quasi vestis de sac-
co. cum qua nullus ingreditur
regnum celorum. non licebit induto
sacco ingredi aulam assueri. he-
ster. iiii. ¶ Quinta species est timor
initialis. qui est cum imperfecta cari-
tate. de quo. i. Jo. iiii. perfecta caritas
emittit timorem. quoniam timor penam
habet. glo. timorem illum de quo dicitur.
Initium sapientie timor domini. qui timet
quilibet in sapiens opera iustitie. ne

veniat districtus iudex. et se nimium castiga-
tum dampnet. qui habet hunc timorem
timet puniri. et timet a deo separari.
solatio diuina p(ro)mittit(ur). q(uonia)m quidem
post illas tam facile consolatio ui
les admittit(ur). ¶ Circa t(er)tium no(tandum) est
q(uod) prima (et) maxima ca(usa) q(ua)r(e) lugentes
sunt b(ea)ti est: q(uonia)m d(omi)n(u)s tangit dicens. q(uia)
consolabunt(ur). dei uisione (et) (etiam) multis a
liis modis. ysa. vlt. In ih(e)r(usa)l(e)m consolo
nem uidebitis: (et) gaudebit cor u(est)r(u)m.
(et) luc. xv. dic(tu)m est diuiti de lazaro. n(un)c
hic consolat(ur). tu u(er)o cruciaris. Jo. xv.
Tristicia u(est)ra u(er)tet(ur) in gaudium. q(uod)
sig(nifi)cauit mutatio aque in uinum.
Jo. ii. Je. xxxi. Conu(er)tam luctum eor(um)
in gaudium. in p(re)senti (et) lugentes
consolabunt(ur). exo. xv. Aq(ue) marchat
uerse sunt in dulcedine(m). thob. viii.
post lacrimatione(m) (et) fletum exulta
tione(m) infundis. aug(ustinus) in li. confes.
inquit. q(ua)ntum inquit fleui in ym
nis (et) canticis tuis suaue sonantib(us)
eccl(esi)e tue uocib(us) commot(us) acrit(er) (et) cur
rebant lacrime (et) b(e)n(e) m(ihi) erat cum

eis. De tali qui h(ab)et h(abu)ndantia(m) lacrimar(um)
dilectum uerum est illud. q(uod) solet dici
co(m)munit(er) isti est sicut pisci qui natat
in aqua. De suauitate ista no(n) gustat
cor ignobile. p(ro)u. xiiii. Cor q(uod) cognouit
amaritudine(m) anime sue in gaudio ei(us)
n(on) miscebit(ur) extraneus. gg(regorius). in moral.
luctu suo anima pascit(ur). cum ad superna
gaudia flendo subleuat(ur). (et) intus quidem
doloris sui gemitu(m) tollerat. s(ed) eo refectionis
pabulum recipit quos uis amoris p(er) la
crimas emanat. Id(em) in eod(em). fit plerumq(ue) ut
in ip(s)is piis affectib(us) gaudii claritas eru(m)
pat. (et) mens que ceca iacuerat ad inspe(c)
tionem fulgoris intimi suspiriis uege
tata conualescat. Aliud ad b(ea)titudinem
faciens in lugentib(us) luctu salubri p(otes)t
(esse) q(uod) tales immunes sunt a tristicia
huius s(e)c(u)li que morte(m) operat(ur). ii. Co(r). vii. b.
In o(mn)ib(us) op(er)ib(us) tuis memorare nouis
sima tua. mortis errore(m) iudicii treme(n)
dum ualde discrimen ardentis gehenne
metum. ab oculis cordis tui elongari
nullatenus patiaris. cogita p(er)egrinatio(n)is
tue miseriam. recogita annos tuos in
amaritudine a(n)i(m)e tue. (et) cogita h(um)ane
uite p(er)icula. cogita fragilitate(m) p(ro)priam.
(et) in huiusmodi cogitatione si p(er)seuerau(er)is
dico t(ibi) pax senties quicq(ui)d foris uidet(ur)
(esse) molestum. dum toto corde circa inte
riorem molestiam occuparis. s(ed) nec patiet(ur)
d(omi)n(u)s sine consolatione te (esse) q(uonia)m est pater
mi(sericordi)ar(um) (et) d(eu)s totius consolationis. (et) contem
plabit(ur) omnino q(uod) pollicet(ur) ueritas. b(ea)ti q(ui)
lugent (et)c. ¶ Tercio ad b(ea)titudine(m) lugen
tium facit q(uod) lacrime eos mundant. et
ceteri eff(e)c(t)us lacrimar(um) de quib(us) in ear(um)
co(m)mendatione dicet(ur). ¶ Et no(tandum) q(uod) ad co(m)men
datione(m) lacrimar(um) primo ualere possu(n)t
co(m)mendationes quas facit sacra scriptura

plendum. Ier. vi. Luctum unigeniti fac
tibi. Idem. ix. Docete filias vestras lamentum.
Luc. xxiii. Super vos ipsas flete et super filios
vestros. Iac. iiii. Miseri estote et lugete. Eidem v.
Plorate ululantes in miseriis vestris.
Habet exempla inter que principium est
exemplum Christi. Bernardus. Christus compatitur et plorat.
compatitur et ridebit. De luctu Christi Heb.
v. Cum clamore et lacrimis exauditus
est pro sua reverentia. Et Luc. xix. videns civi
tatem flevit super eam. Io. xi. lacrimatus est
Ihesus. Commendatur nobis fletum com
passionis. creditur. n. fletum illum emi
sisse in cruce. cuius non statim in principio designa
tur. In secundo: fletum compunctionis. In ter
tio: fletum devotionis. cum flevit lazarum
revocatur ad presentem miseriam. Bernardus. in ser
monibus. Christum super lazarum et super civitatem
flevisse: et in evangeliis perhibentur se risisse.
vel iocasse nusquam. commendantur lacrime
exemplo Petri. Matthei xxvi. Egressus foras
flevit amare. Ieronimus in epistolis. Petrum ter
negantem in locum suum amare restitu
erunt lacrime. exemplum magdalene. Luc. vii.
lacrimis cepit rigare pedes eius. Tercio
ad commendationem lacrimarum potest locus
valere in quo sumus. Augustinus. In valle miserie
sumus. in qua eo magis flendum est quo minus
sentimus. In psalmo. Ascensiones in corde suo dis
posuit in valle lacrimarum. Ecclesiastici xxii. Musica
in luctu importuna narratio. Quarto
tempus in quo sumus. Ecclesiastes iii. tempus flendi et
tempus ridendi. tempus flendi est in presenti. ubi est
multa materia fletus. et lacrime sunt in
suo valore: materia fletus sunt dei iniurie et
contumelie. strages animarum. incolatus
presentis miserie. dilatio patrie. De multi
plici materia fletus require in tractatu
de luxuria. in capitulo de choreis. In futuro erit
tempus ridendi. qui erunt in paradiso non
habebunt materiam fletus. Ieronimus. hiis qui
erunt in inferno lacrime nullius erunt
valoris. tunc absterget deus omnem la
crimam ab oculis sanctorum. Apocalypsis. xxi. Ysaias. xxv.
Auferat dominus omnem lacrimam ab omni
facie. Bernardus. felices lacrime quas pia ma
nus conditoris absterget. tunc ridebunt
electi pleno ore. Iob. viii. Deus non proiciet
simplicem nec porriget manum ma
lignis donec impleatur risu os tuum et
labia tua iubilo. hic ridetur ore semiple
no. quia hic impletur illud Proverbiorum xiiii. Risus
dolori miscebitur. De virtute lacrimarum
notandum est quod lacrime primo animam mundant.
aqua lacrimarum est velud mare eneum.
in quo ingressuri tabernaculum vel tem
plum manus et pedes lavabant. Exodi. xl.
et iii. Regum vii. Aqua lacrimarum est lava
torium in claustro spirituali. quod aqua de
puteo est. Si lacrime veniant de pro
fundo peccatorum et si sint pro propriis peccatis: tunc
est puteus in ipso claustro. si non sint pro
peccatis alienis et tamen non pro propriis: tunc hoc
claustrum illud accipit aquam de alieno pu
teo. et videtur habere malum provisorem. Si vero
lacrime sint pro incolatu huius miserie vel
pro dilatione patrie. tunc est aqua que de fon
te vivo. Io. iiii. Aqua quam ego dabo ei
fiet fons aque vive salientis in vi
tam eternam. Aqua lacrimarum est bal
neum in quo abluuntur anime. ut spo
se regis celestis fiant. Ier. iiii. Lava a
malicia cor tuum. ut salva fias. Item lacri
me delent literam mortis. quam qui pec
cat diabolo scribit manu propria libro
conscientie. Dan. vii. Iudicium sedit et
libri aperti sunt. Libri inquam. id est conscientiarum.
Littere iste effusione proprii sanguinis
delende erant. si aliter deleri non possent.
sicut Christus delevit cyrographum decreti quod

erat contrarium nobis. col. ij. Delens quod ad
uersus nos erat cyrographum decreti quod
erat contrarium nobis. ipsum tulit de me
dio affigens illud cruci. Item diabolum
subiungunt. aqua lacrimarum est quasi ma
re rubrum. ubi pharaon infernalis cum exercitu
uiciorum submergitur. exo. xiiij. In ps. con
tribulasti capita draconum in aquis.
Item lacrime terram cordis irrigant et fecun
dant. aqua lacrimarum est ut fons paradi
si. gen. ij. Fons ascendebat de terra irri
gans uniuersam superficiem terre. ecc. xxiiij.
Rigabo ortum plantationis. In ps. Qui
seminant in lacrimis in ex. me. Item lacri
me holocausta impinguant. gg. super eze.
Holocaustum aridum est bonum quod oracionis
lacrime non infundunt. Holocaustum
pingue est bonum opus quod cum agitur
et lacrimis impinguatur. Item lacrime ar
dorem concupiscenciarum sedant. gg. in mor.
flammam suggestionum diaboli. citius ex
tinguit unda lacrimarum. si quis uideat
domum consciencie sue igne concupiscencie sue
succendi recurrere debet ad aquam lacrimarum.
Item mentem humiliant. pro. xij. Memorari
corde iusti humiliabit eum. Item mente
mitigant. B. in sermonibus. equum indo
mitum flagella domant. animam autem
contricio spiritus et assiduitas lacrimarum.
et ut breuiter dicatur omnem spiritualem
infirmitatem sanant. Jo. v. merentes
erigit sospitate. Item adeo quod homo quod uult
impetrant. i. reg. i. cum esset anna amaro
animo orauit dominum flens largiter quia
a domino exaudita est. ysa. xxxviij. dicitur est
eze. Vidi lacrimam tuam et ecce sana
ui te. thob. iij. Orauit thob. cum lacri
mis et sarra similiter. et exaudite sunt pre
ces amborum. Judith. viij. Indulgenciam
eius cum lacrimis postulemus. In ps.

Auribus percipe lacrimas meas. Aug. Que
uiolente sunt in precibus. Item posuisti lacrimas
meas in conspectu tuo. Jere. xxxi. In fletu
uenient et in misericordia reducam eos. Christus cum
lacrimis preces offerens exauditus est. heb.
v. Item lacrime oculos cordis clarificant.
Unde aqua lacrimarum est natatoria siloe.
et lauit et uidit. gg. mens lacrimis bapti
zata in contemplacione uidet limpidius.
Item sepe quod torpente latuit flentibus sub
tilius innotescit. Aqua lacrimarum est
collirium uisum uitians. apoc. iij. collirio
inunge oculos tuos ut uideas. Item lacri
me mentem eleuant. gen. vij. multiplica
te sunt aque et eleuauerunt archam in
sublime. gg. in mor. cum per fletum mens
ad summa rapitur compunctionis sue
nam mutatur. gaudens et licet afficiatur
afflictione sua se conspicit ad alta sub
leuari. Item lacrime uitam perditam repa
rant. gg. ipse redimimus quam ante adda
uitam quam lasciuiendo perdidimus flendo
reparamus. Item regnum celorum quasi quadam
ui optinent. gg. in omel. Regnum celorum
rapi uult tunc fletibus. quod tunc meritis
non debetur. lacrime ut uirtus eius breu
ibus uerbis exprimatur operantur in celo in
terra et in inferno. In celo: Unde ecc. xxxv.
Nonne lacrime uidue ad maxillam des
cendunt. et exclamatio eius super dedu
centem eas. a maxilla enim ascendunt ad ce
lum. In terra operantur cum multiplices fe
cerint effectus in hominibus ut predictum ostensum
est. In inferno: cum ignem infernalem
extinguant. et cruciatum ad eum qui eas effu
dit. Item lacrime possunt in deum in an
gelos in demones in homines. In deum: dum
eum quasi cogunt ad miserendum. Unde super
illud thob. iij. Tunc thobias ingemuit
et cepit orare cum lacrimis. dicit glo.

ratio dn̄i lenit. lacrima cogit. lacrime
dn̄i faciunt obliuisci iniquitatum
nostrarum. Lacrime et angelos letificant. luc.
xv. Gaudium est angelis super uno peccatore.
Bernardus. delicie angelorum sunt uite lacri
me. Item uinum angelorum sunt lacrime pe
nitentium. Item demones possunt lacrime.
in eis submerguntur ut patris dem
Circa quartum nota est quod sex inueniuntur
impedimenta lacrimarum. Primum est su
perbia que est in terra inuens. Josue xv. et Ju
dicum i. terram arentem dedisti mihi. In ps. anima
mea sicut terra sine aqua tibi. Humilitas est quasi
aqueductus. super quem lacrime ueniunt.
In oratione iudit incidi. Judith vii. Incidi
precepit holofernes aqueductum. Ipsa est
uallis ad quam descendunt aque lacrimarum.
Secundum est amor terrenorum. Unde chaym in
terfecit abel. gen. iiii. Chaym interpretatur pos
sessio. abel luctus. xxvi. Omnes puteos
quos fecerant serui abraham obstruxe
runt palestini implentes humo. Ter
tium est durities siue impietas. gen.
xxix. Os putei grandi lapide clauden
tes homines. qui non habent pietatem ad proxi
mum inueniunt dn̄m sibi inclementem. ideo cor
da eorum sunt ut petra durissima. Job.
xii. si continuerit aquas omnia siccabun
tur. ideo uocem ut uirga dei percuterent.
aqua lacrimarum inde exiret. deut.
eduxit riuos de petra durissima. Item
in ps. Percussit petram et fluxerunt aque. Quartum
est nimia occupatio. gen. xxxvi. Anna
inuenit aquas calidas in solitudine.
ysa. xxii. Recedite a me amare flebo.
Quintum est ignorantia. quod impedimentum
tangit dn̄s. luc. xix. dicens. si cog
nouisses et tu utique fleres. Sextum
est peccati magnitudo. Bernardus. in li. de conside
ratione. Si doles condoleo. si non doleo tamen

et maxime sciens a salute longius absti
nere membrum quod obstupuit. egrum
sese non sentiente. laborare periculosius est.
Gregorius in omel. loquens de phariseo et
magdalena et christo. Inter duos egros unus
medicus aderat. Sed unus eger in fe
bre integrum sensum tenebat. alter uero
in febre carnis et sensum perdiderat men
tis. in egritudine sensum perdiderat. quia
hoc ipsum quod a salute longe esse ignorabat.
Circa quintum nota est quod luctus aptat
domum scientie. Unde michael. hiis scientie spiritus il
lustrauit. ut sciant quibus malis inuoluan
tur. hanc aptationem insinuat salomon.
ecclesiastes i. qui addit scientiam addit
et dolorem. non potest homo scire in quibus
bonis uel malis in presenti uita et non esse
in luctu. mala enim per se luctum inducunt.
bona uero temporalia causam luctus. i. peccatum.
augustinus. si bene est. times. si male doles.
hanc adaptationem insinuat nobis ipsa
natura. Ad idem enim membra generantur ui
sus et luctus. Idem insinuat nobis. luc.
xix. Uidens ihesus ciuitatem fleuit super eam.

De esurie iusticie

Sequitur de esurie iustitie et recte post predicta
de ea dicendum est. que predicta ualent ad
esuriem iustitie. humilitas que ad paupe
ratem spiritus pertinet ualent ad hanc esuri
em. quia humilis sentit propriam uacuita
tem ideo esurit repletionem. econtrario superbus
qui habet bonam plenitudinem habet fastidium
iustitie. Item uoluntaria paupertas ani
mam euacuat ab amore mundi. unde
reddit eam capacem ueri boni amoris.
Amor enim mundi et amor ueri boni inui
tiose expellunt ab anima. coangustatum
est enim stratum ita ut alter decidat. et palli
um breue amores utrumque operire non
potest. mundum scilicet et uerum bonum. ysa.

ul' malicie

prom. Quomodo uero ualet ad hanc esu
riem. Certum euacuat ab amore iu
sticie. homines iniustes esuriunt mali
ciam seu proximi iniuriam. Iohannis. Is possit
perfecte esurire iusticiam. Luctus et fames
ad hanc esuriem. Qui enim lugent re
cogitant annos suos in amaritu
dine anime sue. et cupiunt facere dignos
fructus penitentie uolentes iusticie seruire
re sicut iniusticie prius seruierunt. Ro.
vi. Sicut exhibuistis seruire membra uestra
immundicie et iniquitati ad iniquitatem.
ita nunc exhibete membra uestra seruire iu
sticie. Bernardus. esuriem iusticie ad precedentem
beatitudinem ordinat hiis uerbis. Quid
aliud est inquit quod lugentibus promittitur
quam procedens de spe uenie gratia deuotionis.
et suauissima delectatio boni et gustus
sapientie licet exiguus. quibus interim
benignissimus dominus refrigerat afflictam
animam. Sed gustus ille nichil aliud est
quam irritamentum desiderii et incenti
uum amoris. sicut scriptum est. qui
edunt me adhuc esurient. et qui bibunt
me adhuc sitient. Ipsa illico subiecit.
Beati qui esuriunt et sitiunt et cetera. Et nota quod
iusticia hic sumi potest generaliter pro probi
tate seu bonitate seu rectitudine uite:
ad quod pertinet quod dicit glossa. Amatores in
quiunt ueri boni. quibus non satis est quod iu
sti sunt sed semper sitiunt opera iusticie.
Vel potest sumi iusticia prout ad eam perti
net reddere unicuique quod suum est. Unde glossa.
Iusticia est sua unicuique tribuere sibi et
proximis et deo. Item potest sumi prout atten
ditur in inflictione penarum. Unde Bernardus in ser
monibus. Alii inquit tam uehementer
alienorum delicta zelant ut uideri pos
sent esurire et sitire iusticiam si esset
apud eos de suis quam proximis iudicium.

Sed pondus et pondus utrumque abhominatio
apud dominum. Non enim alios tam imprudenter
quam manifeste estuant. seipsos tam insipi
enter quam multipliciter palpant. Esuriem iusti
cie intelligas non quemcumque amorem iusti
cie sed amorem ualde intensum. Et nota
quod opera bona cibus sunt anime. Virtutes
enim que sunt quasi quedam membra anime inde
sustentantur. reficiuntur. augentur. roborantur.
Io. iiii. Meus cibus est ut faciam uoluntatem
eius qui misit me. Ad uirtutes pertinet il
lud. ysa. iiii. Panem nostrum comedemus. Qui
de labore suo uiuunt. propriis enim peruplis [illegible] +
pascuntur et sine illis deficiunt. Item uere
dicitur esuries est iusticie. esuries enim respec
tu iniustitie et rebelles. qui esuriunt
et sitiunt iusticiam. id est uite rectitudinem
uel bonitatem. et in se et in aliis. Beati sunt
qui saturabuntur in futuro adepto quod
desiderant. ut dicit Iustinus. Item enim nullus
erit cum eis qui bonus non sit. et qui bene non
agit. Item qui iusticiam secundo modo esuriunt
et saturabuntur. totaliter enim uiuent deo
unde se totaliter reddent deo a quo totaliter
habent. et sic uere erunt iusti. Item qui esu
riunt iusticiam tertio modo tunc satiabuntur
quia tunc nullum malum relinquetur
impunitum. tunc enim implebitur illud. Psalmus.
Letabitur iustus cum uiderit uindictam. Beati
qui esuriunt et sitiunt iusticiam. Hec
beatitudo me. Primo propter leticiam que
iusticiam concomitatur. In Psalmo. Iusticie
domini recte letificantes corda. Econtrario iniusticiam concomi
tantur miserie. a qua miseria ipsi
immunes sunt. Proverbiorum xiiii. miseros facit
populos peccatum. Augustinus in libro de libero arbitrio. Tanta
est beatitudo iusticie ut nemo ab ea nisi ad
miseriam possit abscedere. Secundo quia
quanto habent maiorem esuriem iusticie
tanto habent maiorem leticiam operandi

animae ordinata vite et salus animantis. pax
hominis mortalis et dei ordinata in fide sub eter
na lege obedientia. pax hominum ordinata concor
dia. pax domus ordinata imperandi atque obe
diendi cohabitantium. Pax civitatis
ordinata imperandi atque obediendi concordia
civium. Pax celestis civitatis ordinatissi
ma et concordantissima societas fruendi deo
et invicem in deo. Pax omnium rerum tranquil
litas ordinis. et subdit descriptionem ordinis.
Ordo inquit est parium disparium que rerum sua
cuique loca tribuens. disposito ad pacem qualiter
pertinere videtur contentia repugnantis. unde dicit
glo. super ps. v. vera pax est ubi nichil repug
nat. aug. xi. li. de civitate dei. Quid est aliud
victoria nisi subiectio repugnantium quod cum factum
fuerit pax erit. Pertinentia ad commenda
Circa secundum nota quod xii. sunt tionem pacis.
que ad pacis commendationem pertinere videntur.
Primum est naturale desiderium pacis quod
inest omnibus. de quo aug. xix. li. de civitate dei.
Sicut nemo est qui gaudere nolit: ita ne
mo est qui pacem habere nolit. cum et ipsi qui
bella volunt. ad gloriosam quam pacem bellando
perveniunt. summa de virtutibus capitulo pertinent
ad istam quid est aliud victoria nisi subiectio
repugnantium. quod cum factum fuerit pax erit. Idem
in eodem. Superbia perverse imitatur deum odit enim
cum sociis equalitatem sub illo. sed im
ponere vult sociis dominationem suam pro illo.
Odit iustam pacem dei et amat iniquam
pacem suam. non amare tamen qualemcumque
pacem nullo modo potest. nullum quippe vicium
ita contra naturam est ut naturae debeat ex
trema vestigia. Secundum est multiplex
exhortatio ad pacem que nobis fit. Ad pacem
monuit nos multitudo angelorum nato domino
dicens. Gloria in altissimis deo et in terra pax
hominibus. luc. ii. ad hanc voluit christus apostolos mo
nere illos in quorumcumque domum intrarent. ipsi ut

intrantes domum salutarent eam dicentes.
pax huic domui. et luc. x. dicitur de discipu
lis. In quamcumque domum intraveritis primum
dicite. pax huic domui. Ad pacem etiam exhor
tatum monuit christus. Jo. xx. In duobus locis
tota doctrina eius ad pacem fuisse. unde
super illud. Jo. xvi. Hec locutus sum vobis
ut in me pacem habeatis. dicit glo. non so
lum que in cena sed que ab initio et maxime
que in cena. hac de causa dicit dicta ut in illo pa
cem habeant. Ad idem dicit esse doctrina ecclesie. Co
lumba ramum olive portat in ore suo. gen.
viii. Oliva signum est pacis. columba signum
est spiritus sancti. In hoc quod significatum est quod viri spiritu
ales debent portare in ore pacem. ut ad
ea que pacis sunt admoneant. Ad pacem
monet apostolus. Ro. xiiii. que pacis sunt secta
mini et cetera. eidem xii. Si fieri potest quod ex vobis
est. cum omnibus hominibus pacem habentes. i.
cor. xiii. pacem habete. ephe. iiii. solliciti
servare unitatem spiritus in vinculo pacis. heb.
xii. Pacem sequimini cum hominibus. Ter
tium est exemplum sanctorum. qui scilicet pro pace sua
tiant et ab aliis fieri volunt. num. vi.
Convertat dominus vultum suum ad te et det tibi
pacem. Ier. xxix. querite pacem civitatis et cetera.
rogate que ad pacem sunt ierusalem. ii. mach.
et aperiat dominus cor vestrum in lege sua et cetera. et
faciat pacem. Paulus fere singulis epistolis
suis pacem optat hiis quibus scribit. si
militer petrus in suis epistolis. Quartum est
quod pax est unum bonum amicorum dei. unde super
illud. pax super israel. dicit glo. uno verbo
omnia bona dicit. qui pacem non habet infe
lix est. In ps. Contritio et infelicitas in
viis eorum et viam pacis non cognoverunt. Pacem specialiter
reliquit christus discipulis suis recessurus
ab eis. Jo. xiiii. Pacem relinquo vobis
pacem meam do vobis. heb. vii. rex interpretatur
sal baptista pro deo. Solent homines mori

cum aliqua relinquere dilectis suis et magis dilectis meliora. In hoc ergo quod Christus pacem relinquit apostolis sibi dilectissimis monstravit pacem optimam esse. Multum dolere deberet qui se videt exheredatum ab eo quod Christus specialiter fidelibus legavit. iii Reg. xxi. dicit Naboth ad Achab: Propitius sit mihi deus ne dem hereditatem patrum meorum. Nec voluit aliquis in vineam quam habebat hereditare commutare. Pacem comitatur gaudium. Prov. xii. Qui ineunt pacis consilia sequitur eos gaudium. ¶ Quintum est quod pax finis videtur esse omnium in hoc seculo. Aug. xix. Tantum bonum est pax ut et in hoc seculo queratur. Ibi. Constat pacem belli esse optabilem finem. Omnis homo in bellicando pacem requirit. ¶ Sextum est quod pax enumeratur inter fructus spiritus. Gal. v. Fructus spiritus sunt caritas, gaudium, pax. Caritate diliguntur que sunt diligenda et odiuntur que sunt odio habenda. Si assint que diliguntur est gaudium. Si absint que oduntur est pax. ¶ vii. est quod pax est specialis locus dei. Ps. In pace factus est locus eius. Ad hoc significandum templum Salomonis in pace factum est. iii Reg. v. Nunc requiem dedit dominus deus meus mihi per circuitum et non est sathan neque occursus malus quamobrem cogito edificare templum nomini dei mei. Ad idem ostendendum voluit filius dei nasci in mundo tunc donec universus orbis pacatus fuit. xii. annis. ii Cor. ult. Pacem habete et deus pacis erit vobiscum. i Cor. xiiii. Non est deus dissensionis sed pacis. Deus est pacis quasi possessive quia ubi pax est ibi deus. ¶ viii. est quod deus tam care pacem emere voluit. Crux est pro pace. Loquitur per qua filius dei passus est quam crucifixus est et sepultus. quam nobis pro omni censu hereditatis reliquit. Voluit filius dei mori ut nos reconciliaret deo patri. Voluit quasi nummum cohere cum sorore nostra sed cum humana natura ut pax in mundo reformaretur. Adhuc pacem precio paratus est emere regum velorum ... illis qui tam honorabilem pacem recusant. ¶ Nonum est quod pax mundissima est. Mundat enim alia mundantur etc. sicut aqua turbata sine pace commutatur clara efficitur. ¶ Decimum est quod clare videri facit. Aqua turbata non reddit ymagines ut ait Greg. sic cor conturbatum clare non videt. In vitis patrum. Tres studiose se diligentes se facti sunt monachi quorum unus elegit litigantes ad pacem reducere. Alius visitare infirmos. Tercius abiit quiescere in solitudine. Primus laborans circa lites hominum non valens eas sedare tedio victus venit ad eum qui serviebat infirmis et invenit eum animo deficientem. Qui de communi consensu abierunt tercium videre in heremo dicentes ei tribulationes suas et rogantes ut eis diceret statum suum. Qui tacens paulisper misit aquam in cyphum dicens eis. Attendite in aquam et erat turbulenta. Et post modicum dixit eis. Attendite quomodo limpida facta est. Et cum intenderent in eam viderunt vultus suos tanquam in speculo. Et tunc dixit eis: sic est qui in medio hominum consistit. Non videt peccata sua. Cum autem quieverit maxime in solitudine tunc peccata sua conspicit. ¶ xi. est quod pax presens arra est future pacis. Ysa. ult. Erit sabbatum ex sabbato. ¶ xii. est quod grata est et deo et hominibus. Eccli. xxv. In tribus beneplacitum est spiritui meo que sunt probata coram deo et hominibus: concordia fratrum, amor proximorum et vir et mulier sibi bene consentiens. ¶ Circa tertium nota quod xii. sunt que valere possunt

ad pacem habendam. ¶ Primum est amor pacis.
Non dat deus tantum bonum illud contempnentibus
sed cum desiderio magno querentibus. In ps. Inquire
pacem et persequere eam. Hec est causa quare quidam
qui pacem oblatam recipere sed eam
primo non quesierunt. hii non videntur [illegible]
pacem hereditate [illegible] se
aliquo frequenter [illegible] ab eo qui pax est
[illegible] alius eos [illegible]
[illegible] ad hereditatem eorum recuperandam. Et
hebr. xii. Pacem sequimini cum omnibus. ro. xiiii.
que pacis sunt sectemur invicem et in
omnes. ¶ Secundum est ut a peccato nos muniamus
et ab eo pro posse caveamus. Non potest in-
veram pacem habere qui male vivit. prov.
xvi. Cum placuerint domino vie hominis inimicos
quoque eius convertet ad pacem. Aug. xix. li. de
civitate dei. Pacem inquit iniquorum in comparatione
illius pacis iustorum ille videt nec pacem
esse dicendam qui novit preponere recta pravis
et inordinata perversis. Sap. xiiii. Magna
mala pacem appellant. Ysa. xlviii. Non
est pax impiis dicit dominus. Quomodo pacem habebit
ille qui guerram habet cum omnipotente.
Cum iusticia dei gladium evaginatum teneat super
caput qui in domo proprie consciencie litem habet.
cui omnia nocent et bona et mala. Sicut in
bonis bona et mala cooperantur in bonum
ita et mala bona et mala cooperantur in malum.
Quomodo veram pacem habet qui iacet
in spinis vitiorum cum vermis consciencie mordet.
qui onus diaboli continue portat. qui
iacet in immundicia cum nobilitas animi
naturaliter refugit. ¶ Tertium est ut vo-
luntatem nostram divine voluntati stude-
amus conformare. Luc. ii. Pax hominibus
bone voluntatis. Quomodo pacem potest
habere qui ei resistit cui nequit prevalere.
Job ix. Quis restitit ei et pacem habuit. Vo-
luntati illius cui placent ea que placent

deo. nichil repugnat sicut neque volun-
tati divine. ideo pacem habet. Aug. Qui
virgo christi subiectus est subiecta habet cetera
et non laborat. quia non resistit cui subiectum
est. ¶ Quartum est frequentatio humilis
confessionis. Ysa. lvii. creavi fructum
labiorum pacem. ii. Reg. xii. peccavi domino.
dixit David. dixitque Nathan ad eum. Dominus
quoque transtulit peccatum tuum. ¶ Quintum est
districtio iusticie. Ysa. xxxii. erit opus
iusticie pax. In ps. Iusticia et pax oscu-
late sunt. Ysa. lx. ponam visitationem
tuam pacem, et prepositos tuos iusticiam.
¶ Sextum est terrenorum contemptus. Non enim potest
habere veram pacem qui terrena sequitur
quia non potest consequi. Eccl. xxxiiii. quasi qui appre-
hendit umbram et sequitur ventum: sic qui
attendit ad visa mendacia. Greg. Quid
quietius quam nichil in hoc mundo appetere.
quid laboriosius quam terrenis desideriis
estuare. Hinc est quod Israel sabbatum accepit
in munere. Egyptus percussa muscarum
multitudine. ¶ Septimum est mansue-
tudo. In ps. Mansueti hereditabunt terram
et delectabuntur in multitudine pacis. hoc in mar[illegible]
quia impatiens qui adversa fugit que
non effugit non potest habere veram pacem. sed
qui adversa amplectuntur tamquam [illegible]
sa et salubria exemplo christi qui crucem
[illegible] molestius erat elegit. secundum B. [illegible]
proposito sibi gaudio crucem. ad heb. xii.
¶ Octavum est moderata occupatio. Oci-
osus veram pacem non potest habere. nichil ita
non est impatiens sicut iratum senem. prov.
xxi. Desideria occidunt pigrum. no-
luerunt quicquam manus eius operari.
tota die concupiscit et desiderat. ¶ Item
multa occupatio aufert pacem. Mar-
tha autem turbatur erga plurima. Luc.
x. Exo. xviii. stulto labore consumeris

ait ietro ad moysen. et subdit. ultra
vires tuas est negocium. glo. aug.
non minuere sufficit nimis incertis
humanis actibus animum deo quodam modo
vacuari. quo fit tanto plenior eternis
in superna et eterna liberius extenditur. ¶ Sto
num est quod homo se non intromittat de imp-
tinentibus ad se. dilatatio enim solet hic
scissuram. ut dicit versus. b. pro. xxix. qui
se iactat et dilatat iurgia contrahit. de
dilatione reprehenditur petrus. Jo. ult. a
domino dicente sibi. quid ad te. tu me seque-
re. et discipulis act. i. non est vestrum in
quit nosse tempora vel momenta etc. ¶ De
cimum est amor sacre scripture. In ps.
pax multa diligentibus legem tuam. Jac.
.iii. que desursum est sapientia primum qui-
dem pudica est. deinde pacifica. Sicut sa-
cra scriptura hominem reddit pudicum
ita eum in pace custodit. et sicut pis-
cis in aqua quiescit extra aquam non
palpitat. thob. vi. sic cor humanum in
aqua sapientie salutaris quiescit. extra non
inquietatur. ¶ Undecimum est frequenta-
tio orationis. in qua spiritus sancti gratia hauritur.
a quo solo est pax vera. Unde pax nume-
ratur inter fructus spiritus. ad gal. v. Ro.
xiiii. est pax iusticia et gaudium in spiritu
sancto. Job. viii. Si diluculo consurrexeris
ad deum et omnipotentem fueris deprecatus.
si mundus et rectus incesseris statim
evigilabit ad te pacatum reddet habi-
taculum iusticie tue. ¶ Duodecimum est
si sensus tuos diligenter custodias. eccl.
xxviii. ori tuo facito hostia et seras au-
ribus tuis. ysa. xxvi. Claude hostia tua su-
per te. discipulis hostia habentibus clausa cum
dominus dixit eis. pax vobis. Jo. x. ¶ Circa
quartum nota est quod paci videtur adversari
bellum et lites et tumultus victores et

exactiones. et inquirendo secundum illam locutionem. Inquie-
tudo est voluntatis fugientis malum
vel presens vel futurum. vel sequentis bonum
et non consequentis. timor mali futuri et
dolor de malo presenti pacem perturbas.
In ps. non est pax ossibus meis a facie
ire tue a facie peccatorum meorum. molestias
aliquis sustinet in corpore pace turbatur.
eccl. xxxiii. precordia fatui quasi rota carri.
In murmure est de hoc quod sustinet sicut
rota carri murmurat. Unde non est in pace.
Tertio non est in pace qui transitoria ista fuga-
cia appetit. appetitio enim illa quidam
alienatio est. Unde aug. pacem anime
irrationalis dicit esse ordinatam requiem
appetitionum ut prius habitum est. ¶ Circa
quintum nota est quod triplex est pax. scilicet temporis.
pectoris. et eternitatis. De prima legitur. iii. reg.
.xx. sit tantum pax et veritas in diebus meis. ps.
Zelavi super iniquos pacem peccatorum videns. ysa.
xlviii. utinam attendisses ad manda-
ta mea. et facta fuisset quasi flumen pax tua.
baruc. iii. si in via dei ambulasses: ha-
bitasses utique in pace super terram. aug. xix.
li. de civitate dei. tantum est pacis bonum ut
in rebus creatis atque mortalibus nichil gra-
tius soleat audiri. nichil desiderabilius
concupisci. nichil postremo possit melius
inveniri. De pace pectoris. Jo. xiiii. pa-
cem relinquo vobis. De pace eternita-
tis. ysa. xxxii. sedebit populus meus in pul-
critudine pacis. In ps. qui posuit fines
tuos pacem. phil. iiii. Pax dei que exsu-
perat omnem sensum custodiat corda ve-
stra. glo. id est deus qui est summa pax quem
nec cogitari potest et ideo extra eum nullo
opus est custodia. corda et intellectus vestros in christo
ihesu. i. voluntates et intellectus vestros ut
extra ipsum nichil intelligatis. vel appe-
tatis. gg. Quid est pax transitoria ...

uestigium quoddam pacis eterne. quod quia demones esse potest quam uestigia impressa plurimum diligeret et christum a quo impressa sunt non amaret. Item nota quod est pax bona et est pax mala. de bona tamen dicendum est. Pax uero mala est triplex. scilicet inordinata. simulata. iniquata. In ordinata est cum superior obedit inferiori. ut quando sensualitati [illegible] prelatus subdito. proverbiorum. Per tria mouetur terra et quartum sustinere non potest. per seruum cum regnare ceperit. Eidem .xix. non decet seruum dominari principibus. pax [illegible] deterior est quam guerra. hanc pacem [illegible] adam potius obediens uxori quam deo. genesis .iii. quia audisti uocem uxoris tue maledicta terra in opere tuo. Pax simulata fuit pax iude. luce .xxii. Juda osculo filium hominis tradis. et .ii. regum .xx. dixit Joas ad amasam. salue mi frater. et tenens manu dextra mentum amase percussit eum in latere et effudit in testina eius. In psalmo. Loquuntur pacem cum proximo suo. mala autem in cordibus eorum. Jeremie .xii. In ore suo pacem cum amico loquitur. et occulte ponit insidias. Pax iniquitata est eorum qui sunt in malo concordes. ut pilatus et herodes in morte christi pacificati sunt. luce .xxiii. Matthei .x. Nolite arbitrari quod uenerim pacem mittere in terram. non ueni pacem mittere in terram sed gladium. gregorius in .vi. parte moralium. Sicut esse nocuum solet si unitas desit bonis. ita permissum est si non desit malum. Item peruersis quippe unitas corroborat dum concordat. et tanto magis incorrigibiles quanto unanimes facit. Item nota quod distinguitur quadruplex bellum. scilicet inter carnem et spiritum. inter hominem et deum. inter hominem et angelum. inter hominem et hominem. et e contrario quadruplex pax. pacem inter carnem et spiritum. facit subiectio carnis ad spiritum. genesis .xvi. dictum est agar ancille sarre. reuertere ad dominam tuam et humiliare sub manibus eius. Secundam pacem facit iustitia ex parte nostra. et misericordia ex parte dei. In psalmo. misericordia et ueritas obuiauerunt sibi iustitia et pax osculate sunt. Tertiam pacem facit incarnatio filii dei. reconciliati enim sunt angeli homini cum agnouerunt humanam naturam associatam diuine nature in una persona. ysaie .lvii. creaui fructum labiorum pacem. pacem ei qui longe est. id est homini. et pacem ei qui prope est. id est angelo. pacem notat fructum labiorum quia predicata erat per prophetas. Item quia exoptantibus erat impetrata. Ultimam pacem facit patientia uel mansuetudo. Romanorum. si fieri potest quod ex uobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. non uosmet ipsos defendentes karissimi. gregorius in pastorali. lex christi est caritas unitatis quam soli perficiunt qui nec cura [illegible] excedunt.

Circa sextum nota quod gratia que in uerbo isto beati pacifici et cetera commendatur non est pax sed gratia faciendi pacem in se uel in proximo. et hoc uel respectu dei uel respectu proximi. Unde pacifici sunt amatores pacis. qui studiose intendunt paci faciende uel in se uel in proximo. et primo in se. Unde glosa. super .v. Matthei. pax a nobis incipit. quia dum lex carnis repugnat legi mentis non in aliis sed ne nobis possumus esse pacifici. sed postquam interius spiritui imperet. ut totus homo spiritui seruiat. tunc pax ad alios diriuatur. ut pacem cum hominibus habeamus. bernardus in sermonibus. sunt alii qui si uiderint quempiam uel leuiter scandalizatum ualde sollicitati sunt quomodo eum ad pacem reducere possint et uidebuntur pacifici. non quia est commotio sed forte quoniam esse eos secundum dictum non uidebitur tardi uniuersis discolis potuit sedari. qui nunquam si uere pacem diligerent

tate deo ... quia eam exercent sibi ip
sis. Ideo ... v. c. dicit glo. Pacifici sunt
qui omnes motus animi componunt et ra
tioni subiciunt. et in hiis nichil repugnat.
b. in sermonibus. per munditiam cordis
reconciliati deo. Et non qui de sua reco
nciliatione non ingrati et per fratribus suis pie sol
liciti eos quos preualent sibi et deo recon
ciliare laborant. quibus in laudibus dig
num quanto amplectendum putas affec
tum illum qui sine querela conuersatur
inter fratres tota sollicitudine cauet ne
quid in eo sit quod ab aliis portari opor
teat. et quicquid in aliis est honerosum pa
tientissime portat. et qui singulorum scan
dala sua reputat. et cum apostolo loquitur.
Quis infirmatur et ego non infirmor. quis
scandalizatur et ego non uror. qui uere pa
cificus est belligerando est pacificus. aug.
Pacem debet habere uoluntas. bellum neccessi
tas. non pax queritur ut bellum exerceatur.
sed bellum geritur ut pax acquiratur. esto
ergo in bello pacificus ut eos quos expu
gnes ad pacis utilitatem uincendo per
ducas. beati pacifici. Ideo hostem pug
nantem neccessitas perimat non uoluntas.
sicut rebellanti et resistenti uiolentia
redditur. ita uicto uel capto misericordia iam de
betur. maxime in quo pacis perturbatio
non timetur. Ideo ... pacem pectoris non ab
rupto pugna ... uitiis si quando accidat.
Unde glo. super v. c. ... presenti homo pacatur.
et si bellum gerat ... uitiis in nullo
pacem abrumpit ... deus dedit. Unde pax
multa diligentibus ... tu. et c. ¶ Circa
septimum nota quod causa quare pacifici sunt beati
est illa quam dominus tangit quia filii dei uo
cabuntur. in presenti merito uocantur
filii dei. quia exercent officium illud quod ha
buit filius dei in mundo ... ipse enim

in mundo bella ista pacificauit in ps. ibi
confregit potentias arcuum scutum et gladium et
bellum. in aduentu suo impletum fuit
illud. ysa. ii. Conflabunt gladios suos
in uomeres et c. ephe. ii. ipse est pax nostra
et c. Ipse ... litem que erat inter uos
et deum. quam fecit ... aduentum meum et ...
ysa. lxiii. ego sum qui loquor iusticiam
et propugnator sum ad saluandum. ... primum
pertinet ad litis sedationem. secundum ad belli
pacificationem. Ideo ipse tumultus clamantium
dum silentio suo silendi dedit exemplum.
ysa. liii. quasi agnus coram tondente se ob
mutescet. et luc. xxiii. coram herode nichil
omnino respondit. In quietudinem quantum
ad locum pacificauit quia apostolis dixit. sede
te in ciuitate donec induamini uirtute
ex alto. luc. ult. In quietudine animi pa
cificauit cum dixit. Jo. xiiii. manete in
me et ego in uobis. eidem. xv. manete
in dilectione mea. Ideo xvi. hec locutus sum uo
bis ut in me pacem habeatis. in mundo
autem pressuram habebitis. christus finis est. quo
in ipso quiescitur. non est quiescendum in uia
sed in fine uie. ro. x. finis legis ad iusti
ciam christus omni credenti. aug. in i. li. confessionum
fecisti nos ad te. et inquietum est cor nostrum do
nec requiescat in te. christus molestias miti
gare uenit in cuius signum ecclesia cruces o
leo facit in hiis qui baptizantur uel ordi
nantur. uel confirmantur. uel ad honorem regi
um sublimantur. et in dedicatione ecclesie cru
ces parietes presentes ... post adam fessis ole
atio ... siue mitigatio per christum ¶ Circa
octauum nota quod domum sapientie hec ...
ni aptatur. qui enim pacem faciunt quasi lecti
deo preparant. locum scilicet quietis. In ps. In
pace dormiam et requiescam. Unde ipsi sunt
quasi cubicularii dei et secretarii. et consilia
sapientie eis reuelantur. Preterea animus

uacatus clarius uidetur in prima ostensum est
per exemplum de aqua. eccl. xxxviii. sapientiam scribe
in tempore uacuitatis. i. uacationis et quietis,
unde dicitur in ps. uacate primum. deinde subditur.
uidete quoniam sua ... ius est dominus. De pacientia

Ultimo tangendum est in persecutionum.
tractatu de beatitudinibus de pacientia persecu
tionum. et breuiter dicendum. quia in tractatu
de cardinalibus uirtutibus specialiter de pacientia
tractatum est. hanc beatitudinem post predictas
ordinat glo. sup. Mt. v. dicens. quod ubi ad sapientiam
perfectam conscendunt. perfecti et roborati non ce
dunt persecutionibus. quia nec mors nec uita potest
eos separare a christo. Item sicut tangit glo. in
pacientia persecutionum est ostensio perfectionis et pro
batur in precedentibus perfectio. eccl. ii. In igne
enim probatur aurum et argentum. homines uero
receptibiles in chamino humiliationis. eccl.
idem. xxvii. uasa figuli probat fornax. et ho
mines iustos temptatio tribulationis. Ro. v.
tribulatio pacientiam operatur. pacientia autem probatio
nem. qui patiuntur persecutionem propter iusticiam
sunt beati. non qui patiuntur propter scelera sua.
i. petri. iiii. Nemo uestrum patiatur quasi homicida.
aut fur. et cetera. eidem. iii. si quid patimini propter
iusticiam beati. causa quare tales sunt beati est. quam dominus
tangit. quoniam ipsorum est regnum celorum. et in
sermonibus. pauperibus pacientibus et martyribus
regnum celorum promittitur. quia paupertate quod
emitur. et in passione pro christo sine omni di
latione precipitur. eorum qui patiuntur persecu
tionem propter iusticiam regnum celorum est.
Primo: quia iusticia pro eis erit in futuro
sicut ipsi in sunt pro iusticia. unde optinebit
eis regnum celorum. non enim poterit aliquid fieri
in iudicio extremo contra iusticiam. eccl. iiii.
usque ad mortem certa pro iusticia. et deus ex
pugnabit pro te inimicos tuos. Secundo
quia regnum celorum expositum est eis uim in
ferentibus. Mt. xi. regnum celorum uim patitur.

et uiolenti rapiunt illud. ...
de illo clamatum est. quia potest uim ... supplice
prat. Mt. xix. pacientes persecutionem ...
quasi quadam ui illud capiunt. Tercio
quia precium habent pro quo regnum celorum ue
nale expositum est. Mt. xx. sedere ad dex
teram uel ad sinistram non est meum dare
uobis. uendere potius hoc uolebat quoniam
intuitu consanguinitatis eis dare. aug.
in persona domini. uenale habeo. quid domine? reg
num celorum. quo emitur? paupertate
regnum. dolore gaudium. labore requies.
uigilate gloria. morte uita. Quarto: quia
tales christo societatem faciunt. ut in uigi
lia presentis afflictionis. in pane doloris.
et in aqua tribulationis. ideo merito erunt
socii eius. in festo eterne iocunditatis. Ro.
viii. coheredes autem christi. si tamen compatimur
ut simul et glorificemur. ii. thy. ii. Si com
mortui sumus et conuiuemus et si sustine
bimus. ii. cor. i. Sicut socii passionum
estis: sic eritis et consolationis. luc. xxii.
Uos estis qui permansistis mecum in temp
tationibus meis. et ego disponam uobis sicut
disposuit mihi pater meus regnum ut edatis
et bibatis super mensam meam in regno
meo. eccl. xxii. fidem posside cum amico
tuo in paupertate ipsius ut in bonis illius
leteris. Quinto quia ipsi habent honus ce
lestis hereditatis in presenti. et ideo meri
to in futuro emolumentum eidem here
ditatis ad eos pertinebit. presentes pressu
re sunt debita quibus obligauerunt pa
rentes nostri celestem hereditatem. Trac
tatus uirtutum explicit. benedictus
dominus uirtutum. qui incepit et comple
uit amen.

Macdonald 3/72 Repair EN

12 **MS. on Vellum.**—A Thirteenth-Century MS. "*Presens opus hc. v. partes principales: Prima est de virtute in co'mum. Scdade tribus virtutibus theologici,*" &c., *written in a minute hand* ON 229 LEAVES OF THIN VELLUM, 40 *lines to a page, double column, initials and paragraph marks, first leaf with decorated border,* sm. 8vo, calf, £4 15s *Sæc. XIII.*

a/60/


M. S. S.

